Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 3
Tabla
Número 362

16-7-11

Plut. IV N.º 1 25-117 33.

R[illegible]660

# CATHOLICO REGI PHILIPPO III. MAGNO HISPANIARVM MONARCHAE

## TRACTATVM

DE CONFIRMATIONE ORDINIS MILItiæ Sancti Iacobi de Spata, Cum declaratione trium votorum ſubſtantialium, quæ in eo fiant.

LICENCIATVS DIDACVS DE LA MOTA

*Canonicus Regularis eiuſdem Ordinis Militiæ S. Iacobi, Conuentus Vclenſis, & S. Theologiæ Lector, Dicat.*

OPVS HOC VTILE ET NECESSARIVM eſt Ordinibus Militaribus, & eos profitentibus, ac ingredi volentibus.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

*CVM LICENTIA,*

Valentiæ apud Didacum de la Torre.
Anno CIↃ. IↃ. XCIX.

OSTENDIT Tractatus iſte, quod Fratres Milites Sancti Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, & eis ſimiles ſunt vere, proprie, & eſſentialiter Religioſi, & ſic ab omnibus reputari, & cenſeri debere: taliter quod contraria aſſertio eſt falſa, & nociua dictis Fratribus, & Eccleſiæ Sanctæ Dei.

NOS Ioannes de Ribera, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Patriarcha Antiochenus, Archiepiſcopus Valentinus de Conſilio ſuæ Maieſtatis &c. Tenore præſentium licentiam & facultatem, concedimus Typis mandãdi in hac Valentina Ciuitate, & in lucem edẽdi Librum, cuius titulus, & ſubſcriptio eſt. Catholico Regi Philippo tertio, Magno Hiſpaniarũ Monarchæ, tractatum de confirmatione ordinis Militiæ Sancti Iacobi de Spata, cum declaratione trium votorum quæ in eo fiunt, Auctore Licenciato Didaco de la Mota dicti Ordinis, Canonico Regulari, quem de mandato & commiſſione noſtris per Doctorem Petrum Ioannem Aſſenſio lectum examinatum, & approbatum, & nihil in eo contrarium Religioni noſtræ Chriſtianæ repertum fuit, imo omnibus eiuſdem Ordinis Militibus vtilem, & neceſſariũ fore & eſſe iudicauit. Dat. Valentiæ in noſtro Palatio Archiepiſcopali, Die xx. Menſis Nouẽbris. M.D. Lxxxxvij.

El Patriarcha Arçobiſpo de Valencia.

V. Virglius.

De mandato Domini mei Patriarchæ.

*Michael Ioan. Xnorra Notar. pro Secret.*

** Ego

*EGO Petrus Ioannes Aſſenſius, Sacræ Theologiæ Doctor, de mandato, & commiſsione D. Ioannis de Ribera Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Patriarchæ Antiocheni, & Archiepiſcopi Valentini, de Conſilio quę Maieſtatis, & eius Vicariis, & diligenter perlegi librum ſeu tractatum, cuius titulus ſic inſcribitur, Catholico Regi Philippo 3. Magno Hiſpaniarum Monarchæ tractatum de confirmatione Ordinis militiæ S. Iacobi de Spata, cum declaratione trium uotorum ſubſtantialium, que in eo fiunt, Licentiatus Didacus de la Mota Canonicus regularis eiuſdem ordinis militie Sancti Iacobi Conuentus Vclenſis, & ſacre Theologiæ Lector, dicat. Et nihil in eo inueni doctrinæ & pietati Chriſtianæ aduerſum, quin potius ſanam, & vtilem omnibus doctrinam, & militibus ordinis S. Iacobi, nec non & aliorum ordinum per quam neceſſariam. hic enim inuenire poterint, ſumma cum dexteritate, claritate & methodo elaboratum, quid ab eis fugiendum, quid ue, inſequendum, faciendumq; ſit. Quo circa librum hunc ſeu tractatum tanquam omnibus utiliſsimum, dignum cenſeo, ut in lucem prodeat. Id circo præſentibus propria manu ſubſcripſi. Die 10. Octobris Anno Dominicæ Incarnationis. 1598.*

**Petrus Ioannes Aſſenſius.**

NOS Don Hieronymus Romero, Apoſtolicæ Sedis gratia Prior Conuentus, & Prioratus Vclenſis ordinis militiæ Beati Iacobi de Spata, Philippi Domini noſtri Hiſpaniarum Regis Catholici Conſiliarius &c. communi omnium vtilitati, ſimulque noſtri Ordinis conſeruationi, incremento, & decori conſulentes: dignum, quin potius debitum exiſtimantes, vt liber, ſeu tractatus, cui titulus eſt, de Confirmatione Ordinis militiæ S. Iacobi de Spata, cum declaratione trium votorum ſubſtantialium, quæ in eo fiunt compoſitus a dilecto in Chriſto Licentiato Didaco de la Mota huius noſtri Conuentus Canonico, & ſacræ Theologiæ Lectore, in publicum euulgetur, præſentium tenore concedimus licentiam & facultatem. imo & in meritum ſanctæ obedientiæ mandamus præfato Licenciato Didaco de la Mota, vt quam primum potuerit impreſsioni, ac prælo mandet, & in lucem emittat, dummodo per Licentiatum Ioannem Conchenſem dicti Conuentus Canonicum, & Domini Regis Philippi Cappellanum fuerit prius examinatus, & approbatus, atque alia omnia ſeruentur, quę ſeruari ſolent, & debent. Dat. in præfato noſtro Conuentu die ſecundo menſis Ianuari, Anni Dominij. 1598.

Hieron. Prior. Vclen.

**Mandato Prioris Vclen.**
**Martinus Rodriguez de Vergara Not. & Secret.**

*** Librum

Librum, ſeu Tractatum de confirmatione noſtri Ordinis Militiæ S. Iacobi de Spata, cum declaratione iurium notorum ſubſtantialium, quæ in eo fiunt, Autore Licentiato Didaco de la Mota, Canonico Regulari eiuſdem Ordinis, & Cõuentus Vclenſis: de licentia noſtri prælati Prioris eiuſdem Conuentus Vclenſis, uidi, examinaui, & conſideraui, & in eo nullam diſonantem Catholicae fidei, & bonorum morum, quin potius ſanam doctrinam (his maxime noſtris temporibus) uniuerſo populo utilem, noſtrique D. Iocobi Apoſtoli Ordini, aliiſque Militijs per quam neceßarium, cum magna Autoris laude inueni. Eius namque ſummam diligentiam, & laborẽ in inquirendis Bullis Apoſtolicis, & alijs ſcriptis, optimamque ſeriem in eis diſponendis, & intellectus ſubtilitatem in diſoluendis, & elucidandis difficultatibus, & argumentis miror, & approbo, dignumque cenſeo, ut ab ordine noſtro tamquam de eo bene meritus, praecipuis fauoribus honoretur, neceſſariumque, ut praedictus tractatus typis mandetur, & in publicũ prodeat. In cuius fidem praeſentibus, proprio nomine ſubſcripſi, Matriti die 25. Aprilis, Anno 1598.

**Licenciatus Ioannes Concheñ.**

# CATHOLICO REGI PHILIPPO III. MAGNO HISPANIARVM MONARCHÆ, ET AVtoritate Apoſtolica Adminiſtratori perpetuo Ordinum Militarium Sancti Iacobi, Calatrauę, Alcantaræ, & Monteſiæ.

**Licenciatus Didacus de la Mota.**

CVM Satan hoſtis ille antiqus ſuper ſeminare zizaniam in agro dominico, nuſquã deſinat (O Catholice, & iuſtiſsime Rex) hac noſtra ętate contigit, quod quidam ſcripſerint, de dictis Militijs in ſcandalum animarum profitentium eas, & damnum Regnorum Hiſpaniarum, totiuſque Catholicæ Eccleſiæ magnum detrimentum. Quod cum vidiſſem, meque non ſolum communi obligatione, ſed lege particulari (Ordinis Sancti Iacobi Religioſus cum ſim) ad his malis occurrendum deuinctum: in Conuentu Vclenſi publice legi veritatem, tradereq. typis neceſſarium arbitratus ſum. Nam & cum detenuitate virium, & operis excellencia cogitabam licet deterrebar, tamen inde ſubleuabar: quod proprium ſit Dei infirma eligere, vt fortia confundat. Teque Regem iuſtum, & Religioſiſsimum, Pręlatumq autoritate Apoſtolica Adminiſtratorem perpetuum, & ſponſum horum Ordinum Militarium exiſtentem, cõſiderans: ſanctumque et glorioſiſsimum Apoſtolum Iacobum Patronum eſſe huius ſui Ordinis, ducemque, & protectorem tuæ Maieſtatis, prædeceſſorumque tuorum Regum Hiſpaniarum. Acceſit etiam commodum quod animabus fratrum Militum eſſe ſpero, adeo vt hanc cauſã eſſe crediderim quod te in hęc periculoſa tempora. Deus optimus maximus nobis ſeruaberit & dederit, vt ab iſtis tuis Religio-

nibus

nibus, ſpeciali prouidentia & induſtria, prædictam pernicie̅m procul amoueas, & proſpere eas in melius dirigas: Militeſque in Militari diſciplina, regularique obſeruantia exercere facias: quo ſolertiores euadant, ad perfectionem charitatis (vt religioſos decet, & eſt neceſſarium) tendentes. In dedicatione autem huius libri, nullus me audatiæ notabit: quia cum in domo tua Velenſi ortus ſit, Maieſtati tuę debebatur. Eius etiã exiguitas, tãtum patronum exigebat: vt eo prçſidio, a calumniatoribus protectus, fauorabilius, gratiuſque reciperetur ab omnibus. Accipe igitur Rex Potentiſsime & Prælate noſter, munuſculum hoc tibi multis nominibus debitum. Et vtinam Chriſtus Dominus te ad annos plurimos nobis ſeruet incolumen, faciatque in omnibus proſperum, atque fœlicem, in vitam æternam. Amen.

# PRÆFATIO, ET DIVISIO TOTIVS OPERIS.

SANCTA Mater Eccleſia (ſicut Scripturæ teſtantur) terribilis eſt vt caſtrorum acies ordinata: fortiſsimos, plurimoſq; diuerſi generis, & ſtatus milites ad ſui defenſione̅ habens. Tãta enim eſt infinitę Maieſtatis bonitas: vt contra malitiam Dæmonis (qui, dona ſua, hominibus conceſſa, varijs inſidijs, & machinamentis oppugnare numquam deſinit) ſemper certet, & ſuæ iuſtæ cauſæ, numquam deſit. Sic Eccleſiam noua ſemper prole fæcundat, & filios loco patrum facit exurgere, vt a generatione in generationem notitiã nominis ſui & lucem fidei diffundat, tueaturq;. Inter quas excelentiſsimas partes: regularis ſtatus enumeratur, his hominibus conſtans: qui per tria vota ſubſtantialia, in arctum vitæ genus, & ſublime: ad obſequium Dei, & magnam ſuarum animarum vtilitatem, & Eccleſiæ ornamentum, totaliter Deo traditi, & dicati: colocati ſunt. Quorum, quidam ſunt Monachi, in montibus: qui quaſi vigiles, huius militantis Eccleſiæ, perpetuo excubantes, clamore prope aſsiduo, hoſtes exterrent. Alij in curandis animabus; per prædicationem, & Sacramenta elaborant, vel etiam contra Hæreticos, prædicatione verbi Dei, inſiſtunt. Sunt & qui in alijs operibus pietatis occupantur, vt in curandis infirmis recipiendis Peregrinis. Alij vero qui hos omnes defendunt, & ante aciem progredi[illegible], caſtraq; hoſtilia, oratione, & gladio materiali audacter inuadunt. Hæreticos, qui erecta ceruice ſanam doctrinam contemnunt, & [illegible], cæteroſq; infideles, qui ſcintillantibus oculis, euaginato gladio, furorem, & inſaniam, aduerſus Eccleſiam ſpirant, comprimunt, confundunt, & arcent. Itaque Eccleſia terribilis vt caſtrorum acies ordinata, iure optimo eſt, & eſſe dicitur.

Sed, ecce ex eo quod Eccleſia iſta militans eſt, & adhuc non triumphans, quemadmodum illa cœleſtis, iam peſtiferus ille antiquus humani

gene-

ni generis hoſtis Dæmon, quo plus videt, has Religiones Domino militare, eo maiori conatu, malitia inſatiabili exardeſcit, vt eas ſingulari, & generali bello deſtruat, ſicut antiquæ, & recentes hiſtoriæ narrant: & experientia demonſtrat, in Anglia, Germania. Sed neque tantum id per Hæreticos exequitur, ſed etiam per fideles quandoque adoritur, eos ad inuidiam, vel maledicta vocando, & inducendo Sicut Beato Benedicto legimus contigiſſe, quod a quibuſdam Monachis ſuis ei excidium per venenum parabatur. Sic & per quoſdam Guillelmum Canonicum, & Giraldum Doctorem priuatim, & publice, etiam voluminibus conſcriptis, perdere voluiſſe Ordines Sancti Dominici, & S. Franciſci, contra quos ſurrexerunt duo illa luminaria Sanctus Thomas & S. Bonauentura. & hic pauperum apologiam, ille opuſculũ edidit contra oppugnãtes Religiones.

Aliquando etiam Satanas decipit fideles ſub ſpecie boni, vt infeſtent religionem, ſicut (proh dolor) videmus ab aliquibus fieri cõtra aliquas mendicantes, & has militias Sancti Iacobi, Calatraue, Alcantare, & monteſiæ, exiſtimantes fere eſſe abolitas per diſpenſationes, quantum ad fratres milites.

Et quia ex ignorantia inſtituti harum militiarum, & Bullarum hęc labes. (Vt D. Martinus Azpilqueta Nauarr. lib. 3. cõſ. conſi. 13. n. 5. & alij recte ſentientes docẽt) irrepſit: Coactus ſum hoc qualecumque opus, in lucem edere, & de hoc in primo libro agitur.

Secundus liber ad id tendit, & rem iſtam per 28. argumenta, Scholaſtico more diſcuſſam, cum ſua deciſione, & multorum Doctorum approbatione continet.

Eſtque tractatus iſte, vel vti complementum alterius libri Del principio de la Orden de San Tiago, in quo de hoc ago, ſed ſummatim, nec adducendo literam bullarum. (ne Lector Romãciſta grauaretur) remittendo ad hunc locum. Taliterq; ſunt compoſiti, quod diuerſi ſunt: licet in titulo, aliqua ex parte communicent, ad probandum inquam hos Fratres Milites eſſe vere Religioſos, & vt tales in vita & moribus ſe gerere debere, reddentes altiſſimo vota ſua, & per modos ſuæ Religionis ad perfectionem charitatis tendere. Siquidem omnis Religioſus, eo ipſo quod ſtatum Religionis (qui eſt Schola ſeu ſtatus perfectionis adquirendę) profitetur, ſe obligat ad dandum ſtudium, tendendi per obſeruantias ſuę Religionis

ligionis ad perfectionem adquirendam. Sicut qui profitetur ſe eſſe Scholaſticum Theologum, velleque manere in tali Schola, tenetur ſtudere, & dare operam tali ſcientiæ adquirendæ, itaque ſic, & in his Religionibus Militaribus curandum ſemper eſt, & totis viribus defendendum tam ab earum profeſſoribus, quam a reliquis omnibus Chriſtianis, Doctoribus, Prælatis, & Iudicibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus, ne detur locus malo prædicto: & vt pars iſta fortiſsima præſidij Eccleſiæ, Iaceat ſopita, vt membrum aridum, ſed potius dum obſeruantia regularis, & militaris viget profectui animarum militum conſulatur, & Sancta mater Eccleſia (quæ aduerſarijs non caret) debitis, & ſolitis, eorum non fraudetur obſequijs. Præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto qui cum Patre & Spiritu Sancto viuit & Regnat.

# ERRATA QVAE FINITA IMPRAEſione, inuenta ſunt.

FOlio 71. linea 6. Loenço lege Lorencio: fol. 71 lin. 8. ſte. l. de fol. 74. lin. 22. indefeſsi, &c. lege indefeſsi ſoliciti. &c. fol. 108. lin. 13. appellationibus. l. appellationum fol. 156. lin. 1. profeſia. lege profeſsi fol. 160. lin 19. fol. 37. leg. 137 fol. 193 lin. 3 videtur leg. videatur. fol. 204. lin. 30. diſpenſrre. l. diſpenſare. fol. 208. lin. 22. hc. l. hac. fol. 208. lin. 25. chaitatis. l. charitatis. fol. 225 lin. fin. col. 138. l. col 183. fol. 230. lin 38. raferta. l. referta. fol. 232. lin. 27. Dominus. leg. dominicus fol. 247 lin 33. incumbuit. l incumbit. fol. 253. lin 13. requiartur. l. requiratur. 329. lin. 26 f. ordinis. l ordines. f. 32a lin. 2. Theologi eſcholaſticæ. l. Theologiæ ſcholaſticæ. fo. 335 lin 19. Senenſis. l. Senenſis, ſic reſpondit. fol. 34. li. 10. valgā. l. valga. fol. 13. & 115. &17. & 19. in titulo, Ballæ Apoſtol. lege. Stabilimenta Ordinis.

¶ Errata quæ in aliquibus exemplaribus ſunt.

FOlio 5. linea 15. prefiuxere. lege profinxere. fol. 12. lin. 15. neſci. l. neſcit. fol. 73. lin. 2. exponiti. l. exponitis. f. 79. lin. 25. electionem. l. lectionem. f. 115. lin. 34. ciptome. leg. epitome. f. 126. lin. 9. Gregorli. leg. Gregorij. f. 129. lin. 7. depreſionem. l depreſionē. fol. 140 lin. 15. equitas. leg. equites. fol. 160. lin. 2. videnter. l. euidenter. fol. 160 lin. 9. præatum. prefatum. l. 194. lin. 7. charitate. l. charitatē. 198. f lin. 38. & iſte. l. & tunc iſte. f. 196 lin. 32. eſt matrimoniū. l. matrimonium. f. 196. l. 36. conſtiuti. l. conſtitui. f. 229 lin. 35. etra. extra. fol. 231 5. allegato. l. allegata. fol 232. lin. 3. non reſpicit. l. nō reſpuit. f. 232. 13. iſta. l. ita. f. 240. lin. 19. eago. l. ergo. fol. 297. lin. 3. cuſcunque l. cuiuſcūque. fol. 309. lin. 14. Reſpōdeo. l. Reſpondet. f. 309. lin 19. horas, l. hora. f. 320. lin. 16. ſeruituti. l. ſeruituri. fol. 320 lin. 24. dereten. l. tendere.

*Cætera facile corrigi poſſunt.*

# LIBER PRIMVS DE FVNDATIONE, ET CONFIRMATIONE ORDINIS MILITIÆ S. Iacobi de Spatha, ſub regula Canonicorum regularium S. Auguſtini.

## Summarium ex Cap. ſequenti.

1. *Chriſtus Dominus optime Eccleſiam ſuam fundauit.*
2. *Duodecim Apoſtolos poſuit.*
3. *Et Sanctum Petrum caput omnium.*

## Chriſtus Dominus optime fundauit Eccleſiam ſuam.

## Caput Primum.

DE ſubſtantia, ſeu natura Ordinis militiæ S. Iacobi, per 1
declarationem trium votorum religionis, quæ in eo fiunt, acturus: conueniens viſum eſt, aliqua (licet ſummatim) de fundatione Eccleſię vniuerſalis, referre, deque modo quo predictus ordo fundatus eſt, vt á Summo Pontifice pro vero ordine confirmaretur.

2 Ieſus Chriſtus Dominus optime Eccleſiam fundauit, leges dedit, Sacramenta inſtituit Paſtores & Doctores poſuit, qui verbum vitæ, annuntiarent, ſic duodecim Apoſtolos elegit, quos huius Eccleſiæ fundamenta eſſe voluit, vt eorum exemplo, & doctrina, & Sacramentorum adminiſtratione paſceretur, illaminaretur, & roboraretur Eccleſia.

3 Inter hos Sacroſanctos Apoſtolos S. Petrus maiorem acce-

pit poteſtatem, nam omnium caput, totiuſque Eccleſię fundamentum ab eo conſtitutus eſt.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *S. Iacobus filius Zebedæi, Apoſtolus eſt.*
2 *In Hiſpania prædicauit.*
3 *Hieroſolymis martyrio coronatur.*
4 *Sanctum eius corpus eſt in Galletia.*
5 *Poſtquam Diu latuit, cœlitus fuit reuelatum.*
6 *Patronus eſt Hiſpaniarum.*

## Sanctus Iacobus Zabedęi filius, vnus eſt Apoſtolorum.

## §. Primus.

EX duodecim Apoſtolis, vnus fuit Iacobus Zebedęi filius, cognomento maior, Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtę frater, ambo ab ipſo Ieſu appellati Boanerges, ideſt filij tonirui.

2 Hic Santus Iacobus Apoſtolus in Hiſpaniã venit, & in ea Euãgelium prędicauit: Hiſpania peragrata nouaque in ea Euangelij
3 luce diffuſa, redijt Hieroſolymã, vbi dum libere Ieſum Chriſtum Deũ prędicat, ab Herode Agripa capite condemnatur, primuſq; Apoſtolorum martyrio coronatus eſt.

4 Corpus ſanctum eius á Diſcipulis ſublatum, nauique impoſitũ, ad Iriam Flauiam in extrema Galletię, (qui locus hodie Padron dicitur) venit, & eſt.

Temporum ſucceſu, inſtantibusque perſecutionibus infideliũ factum eſt: quod Chriſtiani in tumba quadam abdiderunt corpus Apoſtoli, ibiq; tandiu latuit, quod nemor ſuper eam partem vbi tumba erat, creuit, & ſic ſacrum corpus oblibione obrrutum eſt. Poſtea vero tempore Regis Alfonſi cui nomẽ caſtus, per annum
5 domini. 835. ſacrum corpus cœleſti inditio nocturno tẽpore luminaribus ardentibus; Angeliſque in nemore apparentibus Epiſcopus Theodomirus inter ſyluas & frutices inuenit. Rex Alfonſus letabundus corpus viſitat, & Eccleſiam tanti Apoſtoli patro-
6 ni Hiſpaniarũ reſtaurans: in hoc eodem loco, vbi nũc eſt corpus Apoſtoli, qui Compoſtella dicitur, ędificauit.

Sum-



## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Ordo Canonicorum regularium, ab Apoſtolis inſtitutus eſt.*
2 *Vitam communem docet, & excludit diuiſibilem.*
*Tria vota ſubſtantialia continet, ibidem.*
3 *Habitus eorum regularis eſt ueſtis linea candida.*

## Apoſtoli inſtituerunt ordinem Canonicorum regularium.

## §. Secundus.

INTER opera inſignia quę Apoſtoli in ędificationem corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, & conſummationem 1
ſanctorum operati ſunt, vnum fuit inſtituere religionis regulam Clericorum, ſeu Canonicorum, qui in cõmuni viuentes tria vota ſubſtantialia paupertatis, Caſtitatis, & obedien- 2
dientię profitebantur.

3 Horum Canonicorum regularis habitus, eſt camiſia linea, ſiue colobium, ſiue toga linea, ſeu ſuperpelliceum album lineum, qui habitus etiam ab Apoſtolis delatus fuit, vnde & Apoſtoli appellabantur agentilibus, viri de albati.

Et quod Canonici regulares, ab Apoſtolis in primitiua Eccleſia ſint inſtituti: abunde declarat & probat Doctor Ioann. Trullis Epiſcopus deſignatus Albarracinenſ. in libro Ordo Canonicorum, lib. 1. c. 2. num. 3. & ſequentibus, & cap. 3 vbi etiam docet quod á magno Eccleſię Doctore Auguſtino Hypponenſi Pontifice, ordo iſte, qui iam erat labefactatus, fuit reſtauratus & ſacris inſtitutionibus illuſtratus.

*Ordo Canonic. lib. 1. cap. 12. n. 2. 3. & lib. 4. c. 2. & 4. cõſ. 1. n. 4.*

Eãdem veritatem defendit Doctor Nauarrus in cap. ſtatuimus. 19. q. 3. & aducit bullã Pij Papę 4. Datam Romæ anno 1564. de iure pręcedendi in actibus publicis.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Regulares Canonici quare dicti Clerici.*
2 *Aliqui Canonici dicuntur ſeculares & cur.*

A 2 Canonici

## Canonici Regulares ex ſuo inſtituto, & iure canonico Clerici ſunt, & nominantur.

## §. Tertius.

REGVLARIBVS Clericorum nomen in primitiua Eccleſia, ab Apoſtolis inditum fuit, quia per terrenorum renuntiationem, & Eccleſiaſticorum officiorum aſſumptionem, in ſortem domini fuerunt Aſumpti: ideoq; ipſi regulares Canonici dicuntur Clerici primitiuæ Eccleſię. Et ita Clerici Canonici, & Clerici regulares, & Canonici regulares idem ſunt. Clerici vero, vel Canonici ſeculares, dicuntur Clerici, ſed deriuatiue, quia ab ipſis primis Clericis regulariter, viuentibus originem traxerunt, vt optime tradit Ioannes de Nigraualle Bibliotecharius Apoſtolicus, lib. 13. cap. 18. in ſua Chronica, quem refert, & ſequitur ordo Canonicorum lib. 1. cap. 8. num. 7.

Probatur eadem veritas ex cap. in omnibus. de conſecra. d. 5. vbi dicitur; *Decernimus ut Canonici, uel Clerici Canonice niuant.* Vbi gloſa, ait; *Vt Canonici regulares.* Qui textus eſt Concilij celebrati Romę ſub Leone 3. vnde editus eſt liber qui dicitur Canonicus quinque capitulorum, ad ſeruandam vitam communem.

2 Qui vero ſunt Clerici, vel Canonici ſeculares, ideo ſeculares dicũtur, quia voluerũt habere proprium, & ſe exhibere ad ritũ ſecularium hominum, qui ſunt ſui iuris, dominium habentes, agenteſque vitam diuiſibilem: ideoque non regulares dicuntur, & nomen ſimplex Canonicorum retinent. Clerici autem, qui vitã communem profitentur ſecundum regulam S. Auguſtini, non tantum Canonici ſunt, & nominantur, ſed Canonici regulares. Et ita cum audimus Canonicos regulares: religioſos Canonicos intelligimus, id eſt, non ſeculares. Quod & probatur ex iure pontificio. Nam vt diſtinguat inter vtroſque, hos vocat Canonicos regulares. cap. quod Dei timorem. cap. in ſingulis. §. hoc ipſum. de ſtatu Monachorum, & Canoni. regul. de quibus videri poterit Couarruu. in Clement. ſi furioſus de homicidio parte prima. in principio. videantur etiam ordo Canonicorum, in quo hęc omnia diffuſe tractantur.

SVMMA-



## Sumarium ex §. ſequenti.

1 *Ordo Canonicorum regularium, multum eſt propagatus.*
*In eo multi Summi Pontifices, & uiri Sancti celebreſque fuere, Ibidem.*
3 *Ex eo, multæ religiones trahunt originem.*

## Ordo Canonicorum regularium, multum eſt propagatus.

## §. Quartus.

ORDO Canonicorum à Sanctis Apoſtolis inſtitutus, 1 mirabiliter eſt per orbem terrarum propagatus. In eo triginta ſex fuere Summi Pontifices. Cardinales pluſquã treceti, Sancti viri pluſquã ſeptem millia, viri inſignes plurimi.

Ex eo Canonicorum ordine omnium primo: cæteræ (vt inter alios refert Ioannes Anigrauelle) omnes religiones, veluti ex limpidiſsimo fonte profluxere, & trahunt originem, in pluresque nouos ordines veluti diſectus eſt, atque diuiſus: ſucceſſu enim temporis 3 viri quidam Sanctiſsimi, Dei, & religionis celo, & amore ardentes, pro Eccleſiæ neceſsitatibus occurrentibus, nouas congregationes erexerunt, adijcentes ad tria ſubſtantialia vota, nouas conſtitutiones.

2 Sic ſub regula iſta Canonicorum regularium S. Auguſtini militauant antiqui illi templarij refert Petrus Gregorius Syntag. iur. p. 2. lib. 15. c. 33. n. 6 & nunc fratres S. Ioannis Hieroſolymitani Syluest. verbo Eccleſia. 1. n. 6. verſ. 3. & Nauarr. de redique. 1. mon. 56. n. 4. & fratres milites S. Iacobi de Spatha. Nauar. ſupra. & Caſaneus in Catalago gloriæ mundi. 9. p. conſ. 7. fol. 4. & de hoc infra redibit ſermo lib. 2. cap. 1. §. 4. n. 7. militant etiam ſub regula Sancti Auguſtini fratres Predicatores, & ordo hoſpitaliorum S. Antonij & alij plures omnes habitu, & conſtitutionibus diferentes.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Conuentus Diui eligij Canonicorum regularium fuit Galletiæ quondam.*
2 *Magna his Canonicis fuit cura peregrinorum.*

 3 Magna

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

3 *Locupletes erant magnis abundantes redditibus.*
4 *In dicto miniſterio multum placuere Deo, & S. Iacobo.*

## De conuentu lodij Canonicorum regularium, qui fuit Galletiæ.

## §. Quintus.

1 Canonicorum regularium ſuperpellicijs vtentium, plures ſunt conuentus: & inter celeberrimos, vnus fuit in regno Galletiæ, in Epiſcopatu Lugdunenſi, dictus de ſancto Eligio, ſeu de Sant Loyo. hij Canonici regulares ſub obedientia ſui Prioris & prælati, communem vitam degebant, profitentes regulam San. Auguſtini, in habitu Canonicorum regularium, vt expreſſe docemur in lib, ſtabilimentorum ordinis. S. Iacobi fol. 6 cap. 3. refertque interalios Ioannes Mariana lib. 11. de re-
2 bus Hiſpaniæ cap. 13. vbi etiam docet hos Canonicos conſtruxiſſe domicilia pro recipiendis peregrinis, ad ſepulchrum San Iacobi, ex orbe terrarum (a tempore quo eius ſepulchrum reuelatum eſt,) confluentibus. In hoc pietatis offitio maxime floruerunt, a Deo vt animos plebis, & Principum conciliarent & ſic magnis opibus (deuotione, & oblatione fidelium) aucti ſunt. vt etiam in
3 dicto lib. ſtabilimentorum ſignificatur, & refertur ab Stephano Garibai lib. 12. capit. 18. Placuerunt etiam deo optimo maximo,
4 eiuſque D. Iacobo Apoſtolo: & ſic ſucceſſu temporis in ſpeciales alumnos tanti Patroni aſſumpti ſunt; ſignoque Sanctiſsimæ Crucis Chiſti, ſub inuocatione eiuſdem. San Iacobi, inſigniti. quod vt intelligatur, & etiam quibus modis & forma ordo militaris, S. Iacobi (qui hodie eſt:) fuerit inſtitutus, & compoſitus ex Clericis, & militibus, factumque & approbatum vnum corpus religionis ad idem inſtitutum & finem; notandum eſt. Fuiſſe Canonicos de, ſan Loyo (vt modo dicebam) antequam hæc vnio fieret: fuiſſeque etiam milites ſanct. Iacobi. Et quia huc vſque de Canonicis dictum eſt; modo de militibus, & ſtatim de cunctis, ſecundum quod in vnum ordinem religionis conuenere, agendum eſt.

Sum-



## Summarium ex Cap. ſequenti.

1 *Circa primam originem militiæ S. Iacobi, opiniones recenſetur.*
2 *probabilius eſt incepiſſe tempore Regis Ramiri Primi.*
3 *S. Iacobus Apoſtolus apparuit Regi Ramiro.*
4 *De priuilegio Regis Ferdinandi conceſſo monaſterio Salmanticenſi.*

## De origine militiæ S. Iacobi, antequam milites eius, Canonicis agregarentur.

## Cap. Secundum.

MILITIA S. Iacobi plurimos ſtatus habuit. primo fuit inuenta: deinde temporum calamitatibus, & hominum vecordia, & malitia labefacta: poſtea per annũ Domini 1169. reſtaurata.

Quod attinet ad primam eius inſtitutionem, videtur habuiſſe originem, ad inſtar cuiuſdam fraternitatis: vt patet ex quadam eſcriptura antiqua, quę in iſto conuentu habetur, & multa continet ſtatuta, ſimilia eis, quę continentur in regula S. Iacobi. Sed neque conſtat quando ſic inceperit, nec ſcriptura deſignat tempus in quo facta fuit. Loquendo autem quando formam verę religionis accepit: diuerſimode Doctores loquuntur. Quidam dicunt, ab Alfonſo Caſto incepiſſe: quidã à Ramiri ętate: alij comitis Caſtellę Ferdinandi Gonſalui: Alij tempore Regis Ferdinandi ſecundi legionenſis, & Alfonſi Caſtellę 9. *El de las Nauas.* Et hanc opinionem tenet Enchiridion temporum fol. 28. Garibai lib. 12. c. 18. n. 15. & Ioã. Mariana de rebus Hiſpanię. lib. 11. c. 13. Alfonſus Venereus, & Raphael Bolateranus, & in hanc etiã inclinat Antonius Nebriſſenſis. decada 1. lib. 2. cap. 9. quos refert Vaſſeus fol. 125 ſub anno 825. ſed non ſequitur eos.

2 Communis opinio eſt, incepiſſe tempore Ramiri Regis, huius nominis primi, qui in Regno ſucceſsit prefato Regi Alfonſo Caſto. Regnareque incepit anno Domini 824. tenẽt hiſtoria Regis Alfonſi. 10. 2. p. cap. 64. & Fortalitium fidei, de bello Sarracenorum bellum. 39. Echius in Sermone de victoria contra Turcos ad finem. fol. 271. Archiepiſcopus D. D. Martinus Ayala in explicatione regulę S. Iacobi, in prologo. Magiſter Iſla. fol. 65 Licenciatus Rades in hiſtoria huius ordinis. cap. 1. fol. 4. Ioan Vaſeus ſupra. Caſtillo in hiſtoria de los Reyes Godos. lib. 3. diſcur. 5. Illeſ-

cas in pontifi.1.part. lib.4. in vita Regis Ramiri, & in vita Alexandri Papę 3. frater Ioan Benedictus monachus S. Benedicti. En la nobleza de Eſpaña cap.34. & F. Athanaſius de Lobera Monachus S. Bernardi en la hiſtoria de las grandezas de la Ciudad de Leon 2.part. fol.189. fauent Hieronymus Roman. lib.2. Reipublicæ cap.1. & 2. Ambroſius de Morales. lib.9. fol.240. F. Ioan Marieta, in hiſtoria Eccleſiaſtica lib.22. & Villegas. 2.part. del Floſanct. en la vida de Aron. F. Emanuel Rodriguez in qq regul.q.6.art.5.

Ratio dicendi ſummitur ex apparitione, quæ fecit hic, S. Iacobus Apoſtolus Ramiro Regi, apud Clauigiũ: quando in equo candido, niueum vexillum preferre viſus eſt. (quod rubrę crucis figura diſtinctum erat.) & in manu dextera enſem, quo magnas ſtrages in mauros effecit. Et certe ratio hæc augeri poteſt, ex eo quod militia hæc ſancti Iacobi in Vexillis vtitur tali ſigno, & pro habitu regulari vtitur Cruze ad modum enſis.

4 Probaturque irrefragabiliter huius militię antiquitas, ex diplomate, quod Ferdinandus Rex Caſtellę, & legionis conceſſit monialibus, quę Salmanticæ, à Sancto Spiritu nomen habent, in quo fit mentio de militibus S. Iacobi, & de commendis, & de emiſsione voti, & de magiſtro ordinis. datum anno domini 1030. & confirmatum eſt à Rege Philippo 2. anno 1562.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Fratres tredecim fuerunt ante confirmationem Ordinis.*
2 *Non certo conſtat quæ perſona fuerit cauſa initij militiæ S. Iacobi.*
3 *Tempore Alexandri 3. uiri nobiles eam inſtaurarunt, & ueluti fundarunt.*
4 *Principalis fuit dominus Petrus Ferdinãdus: qui & coniugatus eſſe creditur.*

## An aliqua ſingularis perſona inſtituerit militiam Sancti Iacobi.

## §. Primus.

EX ſupradictis conſtat militiam S. Iacobi incepiſſe ante annum Domini 1030. quę autem perſona eam inuenerit, ſeu inſtituerit; non eſt certum quidam dicunt Regem Ramirum, huius nominis primum dediſſe initium.

Magiſter



Magiſter Iſla inclinat in hoc quod eam non fundarunt tredecim viri: ſed aliqua ſingularis perſona, & quod paulatim creuit. Dicit etiam quod in confirmatione regulæ huius militię facta ab Alexandro Papa 3. fuerunt tredecim fratres primitus inſtituti.

Alij volunt quod tredecim viri eam fundarunt.

1 In hac re hoc ſit certum. Tredecim fratres milites fuiſſe ante confirmationem factam ab Alexandro Papa 3. qui tredecim elegerunt ſibi, & militię in Magiſtrum Dominum Ferdinandum, & hoc ita eſſe probo ex lib. ſtabilimẽtorum impreſsionis anni 1555. fol.2.cap.2. in quo agitur; *De como ſe juntaron los Caualleros con los Canonigos de S. Auguſtin.* Et dicitur, quod ante confirmationem Alexandri 3. *Auia freyles Caualleros que tenian poder para elegir Maeſtre.*

2 Dico ſecundo, quod ſi loquamur de primęua inſtitutione: certo non conſtat de perſona inſtituente.

3 Dico 3. quod ſi loquamur de tempore reſtaurationis: fuerunt nobiles quidam uiri vt dicet Bulla confirmationis, & hos intelligo fuiſſe tredecim, qui maiori conatu inter alios remagreſsi ſunt, inter eoſque precipuus Domus Petrus Ferdinandus fuit.

4 Fuiſſe autem ex his fundatoribus, aliquos coniugatos: certũ eſt, & probabile eſt fuiſſe coniugatos maiori ex parte, & quidem fuiſſe coniugatum iſtum Magiſtrum D. Petrũ Ferdinandum, pro certo habeo: fuitque eius vxor *La Infanta doña Catalina*. Vt refertur in quodam libro manu ſcripto, qui eſt in archiuo huius Conuentus Velenſis.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Per annum Domini 1163. militia Sancti Iacobi erat labefactata.*
2 *Per annum 1169. incepit reſtaurari, & infra. n.3.*
3 *Don Celebrunus erat electus Archiepiſcopus Toletanus, anno 1167.*
4 *Milites S. Iacobi tractant de faciendo unum corpus religionis, cum Canonicis Regularibus S. Auguſtini.*

## Quod hęc militia S. Iacobi fuit labefactata: & Dominus erexit eam.

## §. Secundus.

1 HISPANIA noſtra antiquitus gratam ſe Deo, eiuſque diuo Iacobo Apoſtolo exhibuiſſe, ex eo cõſtat, quod (vt dictum eſt) in eius obſequium, & laudem inſtituit militiam S. Iacobi. Floruitq; militia iſta tantum, quod hoſtis ille antiqus ſedata mente (vt ſolet) ferre non potuit, & ſator cum ſit iniquitatis, ſua malitia, & hominum iniquitate factũ eſt, quod per annum Domini 1163. colorem optimum perdidit, & veluti in profundo malorũ lapſa ſine nomine, & decore iacebat: militibus eius totius malitię iniquitatis irretitis: vt iure opt. D. Paulus admoneat ad Corintios, 10. cap. qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Deus tamen Optimus Maximus, intercodentibus Apoſtoli Iacobi precibus, pectora Prȩlatorum Hiſpaniarum mouit, & inflamauit, linguas eorum faciens diſertas, & ignitas, & eorum inſtante prȩdicatione, & exortatione hos milites conuerſit, & a fauſtu ſecularis vitȩ, & operibus Satanȩ miſericorditer reuocauit: adeo quod firmo ſtatuerunt propoſito pro lege Dei, & defen-
2 ſione Cheiſtianitatis ſemper domino militare. Quod per annum Domini 1169. factum eſt, & exeo colligitur; quia anno 1171. iſti milites agebant prȩlia contra Mauros, vt patet ex priuilegio Regis legionenſis Ferdinandi 2. in quo fecit donationem Magiſtro militię S. Iacobi, & omnibus militibus eius, hȩreditatum, quæ ſunt inter terminos de Vadalloſo, videlicet Vallem de Alboera, cum Luchena &c. & eodem anno Rex Alfonſus Caſtellȩ 9. *El de las Nauas*, fecit donationem Caſtri de Mora.

3 Per annum autem Domini 1165. non militabant Domino, erant enim peccatis in voluti: quod ex eo oſtendo quia vnus Prȩlatus, qui in conuerſione horũ militum laborarunt Archiepiſcopus Toletanus D. Celebrunus fuit: hoc autem anno Celebrunus non erat Archiepiſcopus, ſed fuiſſe videtur D. Ioannes Archiepiſcopus Toletanus, & D. Celebrunus Epiſcopus Segontinus. Anno autem Domini 1167. erat electus Archiepiſcopus Toletanus, vt conſtat expreſſe ex ſcripturis quȩ ſunt in archiuo Vclenſi, & eas refero in libro *Del principio deſta Orden*, in quo hȩc omnia diffuſſe explicantur, & ibi ſunt legenda. Fuit ergo conuerſio iſtorum militum facta per annum Domini 1169. vt ex dictis colligitur, & confirmatur teſtimonio fratris

Hurtado





Hurtado Canonici huius Conuentus Vclenſis, qui in ſuo lib. manu ſcripto dicit iſtam conuerſionem fuiſſe factam dicto anno 1169. & hic liber eſt in prȩdicto archiuo.

4 Poſtquam autem iſti milites ad bonum conuerſi ſunt, ſtatim Sancto ſtatuerunt propoſito domino militare, cogitaruntque in intra ſe, & dixerunt, non poſſe ſine Sacerdotibus, (á quibus ſpiritualia reciperent) inſtitutum ſuum ſecundum debitum finẽ per agere: & inito cum Epiſcopis conſilio, rogarunt prȩfatos Canonicos Monaſterij de S. Loyo, vt ſuarum animarum curam reciperent, & in vno religionis corpore conuenirent: quod & factum eſt, vt ſequenti capite oſtendo. Et eſt notandum pro intelligentia huius tractatus.

## Summarium ex Cap. ſequenti.

1 *Magiſter, & fratres S. Iacobi, & Prior, & Canonici regulares, in unum corpus religionis conuenerunt.*

2 *Hoc factum fuit, anno Domini 1170.*

### Canonici Regulares S. Auguſtini, & milites Sancti Iacobi, vnum corpus religiones fecerunt.

## Cap. Tertium.

DESIDERIO defenſionis Chriſtianitatis, & incrementi: prior & Canonici regulares monaſterij de S. Loyo, & Magiſter & fratres S. Iacobi tenebantur, & fragrabant, anno Domini 1170. quando maior pars Hiſpanię ab infidelibus mauris poſſidebatur: & Reges Chriſtiani diſcordes, & diſoni interſe pugnabant. Ex parte vero infidelium vrgebat numeroſitas Sarracenorum, vt Eccleſiã Dei diſtrueret. Tunc hi fratres milites, ſe vt murum fidelitatis, infidelium furori oppoſuerunt: & vt efficatius preſtarent, vnum corpus religionis, cum dictis Canonicis ſub regula S. Auguſt, facere ſtatuerunt, adhibitis certis capitulationibus interſe, & modificationẽ voti caſtitatis coniugalis, pro fratribus militibus, matrimonium contrahere volentibus. Qũod hȩc vnio facta fuerit hac tempeſtate, ex dictis capite prȩcedenti colligitur, quod eorum a peccatis conuerſio, ad Dei obſequium, facta fuit anno Domini 1169. 1

& quod

& quod anno 1171. iam domino militabant. Probatur etiam ex quodam libro, qui eſt in hoc archiuo Vclenſi, in quo ſunt ſcripta plurima notabilia, & in eo habetur ad notatum, quod era 1208. fuit inſtitutus Ordo fratrum militiæ S. Iacobi, qui annus Domini eſt 1170.

De capitulationibus, & ordinationibus quas Clerici Canonici, & milites fecerunt: docet regula S. Iacobi. & Bulla confirmationis eius, & aliæ bullæ Apoſtolicæ. vna eſt Vrbani Papa 4. Data apud vrbem veterem anno 3. ſui Pontificatus, quæ bulla maxime eſt notanda pro intelligentia huius ordinis, eiuſque fundrtionis. Tractant etiam de hoc libri Stabilimentorum in principio, vbi agunt de fundatione ordinis: inter quos fuſius explicat capitulationes iſtas liber impreſsionis anni 1555.

## Summar. ex. §. ſequenti.

1 *Amor Dei, neſcit tarda molimina.*
2 *Fratres milites S. Iacobi totam ſuum ſtatum poſuerunt, in belli generendo pro Deo.*
3 *Milites Abulenſes ordinem S. Iacobi ſumſerunt.*
4 *Rex legionenſis Ferdinandus ſecundus, expulit omnes fratres S. Iacobi & Regno ſuo.*
5 *Rex Caſtellæ Alfonſus nonus eos benigne recepit.*
6 *Cardinalis Iacintus venit in Hiſpaniam, anno 1172.*
7 *Fratres S. Iacobi ingrediuntur urſetiam, anno Domini 1174.*
8 *Anno Domini. 1174. Ord. S. Iacobi non erat confirmatus á Summo Pontifice.*

## De aliquibus rebus geſtis a fratribus militibus, & Clericis antequam eorum Ordo a Summo Pontifice confirmaretur.

## §. Primus.

DOMINVS accenſit ignem ſui amoris, in cordibus
1 fratrum S. Iacobi. per annum 1169. (vt modo dicebamus)
& cum Spiritus ſanctus neſciāt tarda molimina: confe-
ſtim totum ſuum ſtatum poſuerunt imbelligeren-
do prodeo, ſub inuocatione Sancti Iacobi Apoſtoli: & ſic in-
2 cæpit florere & ſummopere dilatari, neque vero his tempo-
ribus neceſſarium erat petere a Sancta Sede Apoſtolica ordinis
reli-



religionis confirmationem, & ita Magiſter S. Iacobi D. Petrus Ferdinādus admittebat ad habitum & ordinem. v.g. milites Abulenſes, vt patet ex ſcriptura quę eſt in hoc arehiuo Vclenſi, ex e qua, (quia ad plurima conducit) traſcripſi ſequentia; *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Quoties deuotio fidelium operari aliquid deſiderat ad ſalutem animarum, dignum eſt, ut commendetur perpetuitati litterarum, ne aliquo caſu labatur à mente mortalium: proinde præſenti commendatum eſt cartæ. Quod diuina inſpirante clementia, nonnulli Abulenſes de optimatibus eiuſdem ciuitatis, præſentis uitæ conuerſatione nociuis ſolicitudinibus, & infructuoſis laboribus fore plena conſpiciens, ſub habitu, & ſignis ordinis militiæ S. Iacobi, obſequi Deo elegerunt: & uelut ipſa militia ad defenſionem Eccleſiæ contra Crucis Chriſti inimicos inceſſanter pugnare; & domino P. Ferrandi eiuſdem militiæ primitus Magiſter, eiuſque ſucceſſoribus, tam ipſi quam eorum ſucceſſores obedire, & ſecundum tenorem ſuæ regulæ uiuere, compromiſerunt, &c. Facta carta era 1210. 4. idus Maii.* Hęc ex iſta ſcriptura, quę aliqua alia notāda cōtinet: & ſubſcripſerunt plurimi. v.g. *Iacintus Dei gratia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus.* Confirmarunt & Petrus Cōpoſtellanus Archiepiſcopus, & Epiſcopus Legionēſis, & a Çamorenſis, & Salamantinus, & Abulenſis, & Comes Vrgelenſis, & alij. anno domini 1172. & ante confirmationem factā ab Alexandro Pp. 3. anni tres. Hoc tēpore incepit ordo multum creſcere. Et Rex Ferdinādus legionēſis 2. expulit e ſuo Regno omnes fratres huius ordinis Magiſtrum & milites, Priorē & Canonicos, & bonis expoliauit, & (quantū ego capio) præcipua cauſa expulſionis fuit: quia eos fauere Regi Caſtellæ ſuſpicabatur, vel potius videbat. Tūc enim, iſti Reges ſecum pugnabāt, & Rex Alfonſus Caſtellę, magni habebat ordinem iſtum S. Iacobi optabatque eum intra regnū ſuum habere. Sic anno. 1171. donauit Magiſtro, & ordini, Caſtellum de Maura ſitum in termino Toleti, & Villam Moncot, & Orellam, & alia, annoque 1174. donauit Caſtellum de Vcles cum ſuis terminis.

De legionenſi autem Rege, legimus quod anno Domini 1172. 7. idus Iulij (quo annò famoſiſsimus dominus Cardinalis Iacintus Apoſtolicę Sedis Legatus venit in Hiſpaniā) caſtellum de Caſtrotoraf, quod promiſerat daturus ordini: non conceſsit, ſed dedit hoc caſtellum huic Cardinali Iacinto, & Eccleſię Romanę, iure hæreditario.

Et

Et hęc eo inter alia dixerim, vt videatur, quod ante confirmationē ordinis ab Alexandro Papa 3. factam: Rex Ferdinandus legionenſis expulit omnes fratres milites, & Canonicos è Regno ſuo: ſicque omnes migrarunt in Caſtellam: & in ripa tagi per hęc tempora commorati ſunt, pręcipue in caſtello de Alfarella, & anno domini. 1174. intrarunt caſtellum Vcleſem quo anno, ordo iſte non dum erat confirmatus a Summo Pontifice: confirmauit autem anno 1175. vt patet ex ſequentibus.

## Summatium ex §. ſequenti.

1 *Ordo S. Iacobi primo confirmatus fuit in Hiſpania ab Epiſcopis,*
2 *Et a Domino Cardinali Iacinto, Legato Apoſtolico.*
3 *Hanc confirmationem fecit D. Cardinalis, anno 1172.*
4 *Magiſter & fratres adeunt Romam, pro confirmatione ordinis.*
5 *Alexander Papa 3. cum ſua ſancta Sede ordinem, magno præmiſſo exauine confirmauit.*

## De aprobatione Ordinis S. Iacobi de Spatha.

## §. Secundus.

EXiſtentibus in Caſtella Magiſtro militię S. Iacobi, & eius Fratribus Clericis, & Laicis, & maxime apud Vrſetiam, ſeu Vcleſium, Vehementer deſiderabant ordinem, à Sancta Sede Apoſtolica confirmari. Licet enim dominus Iacintus Cardinalis Legatus Apoſtolicus confirmauerat: tamen pro plena infallibilitate. & firmitate veræ religionis: approbari á Summo Pontifice, deſiderabant.

2 Pro quorum intelligentia notetur, ordinem iſtum Sancti Iacobi duplicam habuiſſe confirmationem: vnam in Hiſpania ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & à Cardinali Iacinto, qui (vt docet regula) à domino Alex. Papa, Legatus deſtinatus venit in partes Hiſpaniarum, & tunc ad inſtantiam illuſtrium Regum, & varonum, & ad preces Epiſcoporum, hunc ordinem, autoritate Apoſtolica qua fungebatur confirmauit.

3 Quo autem anno dominus Cardinalis hanc fecerit confirmationem, expreſſe non inueni: certum tamen mihi eſt, confirmaſſe anno domini. 1172. quia hoc anno venit in Hiſpaniam, vt expreſſe con-



ſe conſtat ex priuilegio Regis legionenſis Ferdinandi. 2. ſuper Caſtrumtoraf. Factum in çamora 7 idus Iulij, era 1210. & dicitur in priuilegio. *Factam fuiſſe donationem de Caſtrotoraf Eccleſiæ Romanæ, apud Camoram, eo anno, quo famoſiſſimus atque pius dominus Cardinalis Iacintus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, uenit in Hiſpaniam.* & inſcriptura militum Abulenſium, (vt vidimus §. pręcedenti) facta, era 1010. 4. Idus Maij fit mentio regulę militię S. Iacobi, ſub Magiſtro D. Petro Ferrando. Et confirmauit ſcripturā iſtam Dominus iſte Cardinalis Iacintus Apoſtolicę Sedis Legatus. Hoc ergo anno, facta eſt confirmatio, & quidem factam fuiſſe videtur mēſe Aprili, vt colligitur ex dictis, & ex quadam annotatione facta a domnino Fernando de Loſa Priore quondā Vclēſi ſuper illa verba regulę Diui Iacobi. *Cum Regna Hiſpaniarum intraſſet &c. & Soriam perueniſſet Magiſtrum dictæ militiæ cum aliquantis fratribus ibidem recepit. &c.* vt infra loco citato cap. 4. §. 1. num. 15.

4 Quod vero attinet ad confirmationem factam à Sancta Sede Apoſtolica docet liber ſtabilimentorum. fol. 6. cap. 3. quod, domino Cardinali Iacinto pręfato redeunte Romam, ipſum commitatus eſt Magiſter dominus Petrus Ferdinandus, cum aliquibus fratribus ſuis Clericis, & Laicis, & coram domino Alexandro Papa 3. eos pręſentauit, & petiit confirmationem ordinis: quem dominus Papa cum ſua ſancta Sede magno pręmiſſo examine, ingentique gaudio approbauit & ad perpetuam rei memoriā confirmauit. Vt patet ex regula, & bulla quę appoſitiſsime declarāt titulum huius libri, & naturam trium votorum, quę in hac Religione emittuntur, & propterea pono hic eas, & alias Bullas Apoſtolicas, & primo iſtam bullam Alex. 3. 5

## Summarium ex bulla ſequenti.

1 *Bulla confirmationis Ordinis S. Iacobi, loquitur per ſe, & directe cum fratribus Clericis, & militibus. Magiſter eſt prima perſona ordines, ibid. Eandem uitam communem profitentur fratres Clerici, & milites. ibid.*
2 *Deus pro patribus, filios in Eccleſia facit exurgere.*
3 *Ordo S. Iacobi eſt unus de Eccleſiaſticis gradibus.*
4 *Homo exiſtens in terra, cogitatione conuerſetur in cœlo.*
5 *Bulla de principali intento loquitur cum fratribus militibus, & ſupra n. 1. & per totam bullam.*

6 Vide

6 *Vitæ Chriſti ſit mentio.*
7 *Religio, & habitus regularis ordinis S. Iacobi.*
8 *Ordo, & Regula S. Auguſtini modificata per caſtitatem coniugalem, in regula S. Iacobi.*
9 *Chriſtus de fœmina naſci uoluit, & cum hominibus conuerſari.*
10 *Fratres milites coniugati, & cœlibes uni Regi militant.*
11 *Magiſter habet prouidentiam ordinis.*
12 *Papa cum ſua Sancta Sede, Ordinem confirmauit,*
13 *Et bona habita: & habenda, & ibi.*
14 *Vnica, & ſingularis intentio fratrum eſt militare pro Deo.*
15 *Tria uota ſubſtantialia ponit, & etiam ſupra n 5.*
16 *Vſus matrimonij, eſt ad bonum prolis, & infirmitatis humanæ remedium.*
17 *Tori coniugalis continentia non uiolanda.*
18 *De licentia Magiſtri contrahendum matrimonium.*
19 *Nullus frater ad ſeculum redire, uel ad alium ordinem tranſire, ſine Magiſtri licentia audeat.*
20 *Qui diſceſerit redire cogatur.*
21 *De loco capituli generalis, & unoquoque anno faciendo.*
22 *Vnus prior Ordinis.*
23 *De tredecim fratres.*
24 *Vacante ſede Magiſttali Prior gubernat Ordinem.*
25 *Aliena iuditia uitanda a fratribus.*
26 *In cap. agendum de profectu ordinis, & animarum ſalute, & ſuſtentatione corporum, & defenſione Chriſtianorum.*
27 *Bellandum non deſiderio ſanguinis.*
28 *De Viſitatoribus.*
29 *Clerici obediant ſuo Priori, & adminiſtrent ſpiritualia fratribus, & populis, & filios fratrum inſtruant ſcientia literarū.*
30 *Clerici induantur ſuperpellicijs, & clauſtrum ſub ſuo priore teneant.*
31 *Faciant humiliter, quod ab ipſo, ſecundum Deum fuerit Imperatum.*
32 *Fratres milites, uaccent orationi.*
33 *Decimas dent fratribus Clericis.*
*Clerici prouideant Eccleſijs ordinis, & ſibimet adminiſtrent neceſaria. ibid.*
34 *De officio commendatoris.*
35 *Sit præcipua cura hoſpitum, & indigentium.*





36 *De Eccleſijs, & locis de ſertis.*
37 *Eccleſiæ gubernandæ per Clericos ordinis.*
*Exemptio Eccleſiarum. ibid.*
38 *De oratorijs conſtruendis.*
39 *Ne fratres excommunicetur: niſi a delegato deſtinato.*
40 *De generali inter dicto.*
41 *Quod fratres milites, gaudent priuilegio Canonis.*
42 *De decim Malachinis ſoluendis ſedi Apoſtolicæ.*
43 *Pœnæ contra eos: qui contra ueniunt huic bullæ.*
44 *Data bulla anno domini. 1175.*

# BVLLA ALEXANDRII PAPÆ TERTII, DE confirmatione Ordinis. Militiæ Sancti Iacobi de Spatha.

ALEXANDRE Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Petro Ferrandi Magiſtro militię S. Iacobi, eiuſque fratribus Clericis, & Laicis tam pręſentibus, quam futuris communē vitam profeſsis, in perpetuam memoriam. Benedictus Deus in donis ſuis & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui Eccleſiam ſuam noua ſemper prole fœcundat; & ſic pro patribus, filios in ea facit exurgere. Sic a generatione in generationem notitiam nominis ſui; & lucē fidei Chriſtianæ diffundit: vt ſicut ante ortum ſolis ſtellæ ſeſe ad occaſſum in firmamento ſequntur; ita in Eccleſiaſticis gradibus generationes iuſtorum (antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & tenebras noſtras veri ſolis ſplendor illuminet) per tempora ſibi ſuccedant: & ſicut multi ſæpe per caudam draconis deiiciuntur in terram: ita & per adoptionem ſpiritus quotidiana fiat re-

ratio perditorum, & de profundo inferni, ad quęrēda mul
ti cœleſtia erigantur: & ita corpore teneantur in terra, vt
4 tanquam ciues Sanctorum, & domeſtici Dei, cogitatio-
ne, ac deſiderio conuerſetur in cœlis. Hęc ſane tempori-
5 bus noſtris, in partibus Hiſpaniarum, de diuino factum
munere gratulamur, vbi nobiles quidam viri, peccatorū
vinculis irretiti, & miſeratione illius, qui vocat ea, quæ
non ſunt, tanquam ea quę ſunt, ſuperna gratia ſunt af-
flati & tacti ſuper multis transgreſsionibus ſuis dolore cor
dis intrinſecus, & pręteritorum agentes pœnitentiā pec-
catorum, non ſolum poſſeſsiones terrenas, ſed & corpo-
6 ra ſua in extrema quęque dare pericula pro domino
decreuerunt, & ad exemplum domini noſtri Ieſu Chriſti,
7 qui ait, non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui
miſsit me patris: in habitu, & conuerſatione religionis
ſub vnius Magiſtri ſtatuerunt obedientia commorari: eo
vtique moderamine propoſitum ſuum, & ordinem tem-
8 perantes, vt quia vniuerſa turba fidelium in coniugatos,
continentes que diſtinguitur, & dominus Ieſus Chriſtus
9 non ſolum pro viris, ſed & pro fœminis quoque, de fœ-
mina naſci voluit, & cum hominibus conuerſari ha-
beantur in ipſo ordine, qui cœlibem ſi voluerint ducant
vitam, & conſilium beati Pauli ſequantur, qui dicit, de vir
ginibus autem pręceptum Domini non habeo, conſi-
lium autem do, ſint etiam qui iuxta inſtitutionem domi-
nicam, ad procreandam ſobolem, & incontinentiæ
præcipitium euitandum coniugibus ſuis vtantur, & vna
cum eis ad incolatum ſupernę patrię de conualle lacry-
marum, & terrena tranſire peregrinatione nitantur,
& lacrymis diluant, & operibus pietatis: ſi eos ſuper
fundamentum ſuum (quod Chriſtus eſt) pro cura car-
nis, & affectibus liberorum ligna, fœnum, ſtipulā ædi-
ficare contingat: cum alij expeditores, & continentes
ędifi-



ędificent aurum, argentum, & lapides prętioſos: & iſti
tamen, & illi militent vni Regi, & ſuper vnum fundamē 10
tum cœleſtem vnam ædificent manſionem, promiſsio-
ne Pſalmiſtæ in Domino roborati, qui minora quoque
membra Eccleſiæ confortat, & dicit. Imperfectum
meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcri-
bentur. In horum autem fidelium Chriſti collegio, tu 11
dilecte in Domino fili Petre Ferdinandi per volunta-
tem Dei Magiſterium ſuper alios, & prouidentiam
ſuſcepiſti: qui cum quibuſdam fratrum tuorum ad
præſentiam noſtram accedens cum humilitate qua
decuit, a Sede Apoſtolica requiſiti, vt vos tanquam
peculiares filios in defenſionem noſtram, & locum
in quo caput ordinis factum fuerit, in ius, & proprieta-
tatem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ recipere debe-
remus. Vnde nos deuotionem veſtram, & bonum in 12
Domino deſiderium attendentes, de communi fra-
trum noſtrorum conſilio, in ſpeciales ac proprios Sa-
croſanctæ Romanæ Eccleſiæ filios vos recipimus: &
ordinem veſtrum autoritate Apoſtolica confirmantes,
præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt
quaſcumque poſſeſsiones, quæcumque bona in præſen-
tiarum iuſte, & legitime poſsidetis, aut in futurum
conceſsione Pontificum, largitione Regum, vel Prin-
cipum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis prę-
ſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis, veſtris
que ſucceſſoribus, & illibata permaneant: in qui-
bus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: Lo-
dium, & monaſterium cum cauto, & pertinentis ſuis
Burgum de Ponteminij contra Lodium cum ſuis per-
tinentijs, Creſcente cum cauto & pertinentijs ſuis,
Quintanella de Pedro Herez cum cauto, & ſuis perti-
nentijs. Baria cum cauto, & ſuis pertinentijs, Lenta-
nio, cum ſuis pertinentijs. Sanctum Saluatorem de

 Liſtriana

de Liſtriana cum cauto & ſuis pertinentijs, Monçot cum cauto & ſuis pertinentijs. Penagoſſent cum ſuis pertinentijs, Sanctam Mariam de Pinel cũ ſuis pertinentijs, Veles cum ſuis pertinentijs, Alfarella cũ ſuis pertinentijs, Orella cum ſuis pertinentijs, Mora cum ſuis pertinentijs, Moraueja cum ſuis pertinentijs, Decimę de Valera, & de Portadgo cum ſuis pertinentijs, Eſtremera cum ſuis pertinentijs, Alcaçar cum ſuis pertinentijs, Almodana cum ſuis pertinentijs, La Ruda, cum ſuis pertinentijs, la çarça cum ſuis pertinentijs. Sanccimus prætereа, ne occaſione antiquę detentionis, ſiue ſcripturę, quiſquam vobis poſsit auferre quę vltra memoriam hominum ſub Sarracenorum detenta ſunt poteſtate: & de munificentia principium, ſeu veſtro ſtudio, & labore, aut iam obtenta ſunt, aut in futurum (auxilliante domino) poteritis obtinere. Cum enim vnica ſit vobis intentio, & ſingularis cura ſemper immineat pro defenſione Chriſtiani nominis decertare, nec ſolum res, ſed perſonas ipſas pro tuitione fratrum incũctanter exponere: plurimum poſſet hoc pium opus, & laudabile ſtudiũ impediri, ſi labores, & ſtipendia veſtra quæ incommuni proficiunt, prærriperentur ab alijs, & otioſi, ac deſides, atque in laboribus ſuis, non quæ Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt requirentes, emolumenta illa perciperent, quæ pro tantis laboribus vobis, & pauperum Chriſti vſibus ſunt prouiſa: dicente Apoſtolo, qui non laborat, non manducet. Inter ea ſane, quæ in profeſsionis veſtræ ordine ſtatutum eſt obſeruari, primum eſt: vt ſub vnius Magiſtri obedientia, in omni humiliate, atque concordia, ſine proprio viuere debeatis: illorum fidelium exemplum habentes: qui ad fidem Chriſtianam Apoſtolorum prædicatione conuerſi, vendebant omnia, & ponebãt pretium ad pedes illorum: diuidebatur quę ſingulis, prout cuique opus erat: nec aliquis eorum quę poſſederat, quicquam



quam ſuum eſſe dicebat: ſed erant eis omnia commu-
nia. Ad ſuſcipiendam quoque prolem, quę in timore do- 16
mini nutriatur, & infirmitatis humanę remedium, iuxta
inſtitutionem Domini, & indulgentiam Apoſtoli, qui
ait, bonum eſt homini mulierem non tangere: propter
fornicationem autẽ vnuſquiſq; vxorem ſuam habeat, &
ſimiliter mulier virum ſuum: qui continere nequiue-
rit coniugium ſortiatur, & ſeruet inuiolatam fidem
vxori, & vxor viro, nec tori coniugalis continentia vio-
letur. Si autem viri pręmortui fuerint, & relictę ipſo- 17
rum, quæ ordinem ſuſceperunt nubere voluerint, de-
nuntietur hoc Magiſtro ſiue commendatori, vt cum il-
lius conſcientia, cui mulier ipſa vult nubat, ſecundum 18
verbum Apoſtoli Pauli dicentis; mortuo viro, ſoluta
eſt mulier a lege viri, cui vult nubat tantum in domino.
Quod etiam de viris intelligitur obſeruandum: vna ete- 19
nim vtrique lege tenentur. Statuimus quoque, vt nul-
lus fratrum, ſiue ſororum poſt ſuſceptionem ordinis
veſtri, & promiſſam obedientiam, vel redire ad
ſeculum, vel ad alium ordinem ſine Magiſtri licen-
tia audeat ſe transferre, cum ſint in ordine veſtro lo-
ca ſtatuta, vbiquiſque diſtrictius valeat conuerſari.
Diſcedentem vero nullus audeat retinere, ſed ad
ordinem ſuum per cenſuram Eccleſiaſticam, qui diſce-
ſſerit redire cogatur. Vt autem in ordine veſtro, cum
maiori omnia deliberatione tractentur, Statutum eſt in- 20
ter vos, vt locus aliquis ordinetur, in quo per ſingulos
annos in ſolemnitate omnium ſanctorum, generale ca- 21
pitulum teneatur. Et ſit ibi Clericorum Conuentus, & 22
Prior, qui eorum & aliorum Clericorum, qui de ordine
veſtro fuerint curam poſsit habere: ac fratrum cum ne-
ceſſe fuerit prouideat animabus. Sint autem trede-
cim ordine fratres, qui Magiſtro (cum opus fuit) in con- 23
ſilio & diſpoſitione domus aſsiſtant, & eligendi Magi-

24 ſtri curam habeāt competentem. Prior ſiquidem Clerico
rum, cum magiſter de hac luce migrauerit, de domo &
ordine ſolicitudinē gerat. Cui, ſicut magiſtro, omnes
obedientes exiſtent, donec per prouidentiam tredecim
prædictorum fratrum magiſtri electio celebretur. Is (cum
tranſitus magiſtri fuerit auditus, & cognitus.) tredecim
illos fratres ſine dilatione aliqua conuocabit, & ſiquiſquā
eorum infirmitate, vel alia ex cauſa infra quinquaginta
dies adeſſe nequiuerit, cum aliorum conſilio, qui præ-
ſentes fuerint alium abſentis loco conſtituet, vt magiſtri
electio ex aliquorum abſentia minime differatur. Illi ve-
ro tredecim fratres. (Si magiſter qui protempore fuerit,
pernitioſus, aut inutilis aparuerit.) cum conſilio Prioris
Clericorum, & ſanioris partis Capituli maioris domus,
corrigendi aut etiam amouendi eum habeant poteſta-
tem. Et ſi inter eum, & capitulum aliquid emerſerit quæ-
25 ſtionis, debitum ei finem imponant, ne per aliena iudi-
tia, vel dilabatur ordo, vel temporalis ſubſtantia diſſipe-
tur. In nullam autem ex hoc fratres illi ſuperbiam eleuen
tur, ſed magiſtro ſuo deuoti & obedientes exiſtant, quod
ſiquis eorum ex hac vita tranſierit, vel pro culpa, ſeu alia
quacumque fuerit occaſione mutandus, magiſter cum
conſilio reliquorum, aut maioris partis, alium, loco eius
26 ſubſtituat. In capitulo autem quod annis ſingulis dixi-
mus celebrandum, tredecim iſti fratres, & commendato
res domorum, niſi euidens, & magna eos neceſitas deti-
nuerit, ad ſtatutum locum incunctanter occurrant: & com
muniter tractent, quæ ad profectum ordinis, animarum
ſalutem, & ſuſtentationem corporum fuerint ſtatuenda:
vbi præcipue ad defenſionem Chriſtianorum intendere
moneantur, & diſtricte præcipiatur, vt in Sarracenos,
non mundanæ laudis amore, non deſiderio ſanguinis
27 effundendi, non terrenarum rerum cupiditate craſſen-
tur, ſed id tantum in pugna ſua intendant vt vel Chriſtia-
nos



nos ab eorum tueantur in curſu, vel ipſos ad culturā poſ
ſint Chriſtianæ fidei prouocare. Eligantur & tunc Viſita- 28
tores idonei, qui domos fratrum per anni circulum fide
liter viſitent: & quæ ibi digna correctione inuenerint, aut
ipſi corrigiant, aut ad generale capitulum deferant corri 29
genda. Clerici preterea veſtri ordinis per villas & oppida
ſimul maneant, & Priori, qui ſuper eos fuerit ordinatus,
obedientes exiſtant: Et filios fratrum qui eis a Magiſtro
commiſſi fuerint, inſtruant ſcientia litterarum, & fratri-
bus tam in uita, quam in morte ſpiritualia ſubminiſtrent.
Induentur autem ſuperpellitijs, & conuentum, & clauſtrū
ſub Priore ſuo tenebunt, & humiliter facient, quod ab ip
ſo illis ſecundum Deum fuerit imperatum, vbi fratres
quoque, de quibus Magiſtro viſſum fuerit conuerſentur.
Et nō ſint otioſi, ſed vacent orationi & alijs operibus pie- 30
tatis. Clericis vero de laboribus & alijs bonis adeo prę-
ſtitis, decime reddantur a fratribus, vnde libros, & con- 31
grua Eccleſiarum faciant ornamenta, & in neceſsita-
tibus corporis conuenienter ſibi prouideant, & ſi ali- 32
quid ſuper fuerit, ſecundum prouidentiam Magiſtri
in vſus pauperum erogetur. Vt autem concordia in- 33
ter vos, charitasque ſeruetur, & a peccato detractio-
nis, & murmuris cuncti debeant abſtinere: qui com-
mendator inquolibet loco fuerit inſtitutus, pro fa- 34
cultate domus in ſanitate, & ægritudine quodcumque
opus fuerit cum ea ſolicitudine, ac beneuolentia ſub-
miniſtret: vt neque in ſubſtantia parcitatem, neque in
verbo amaritudinem gerere videatur. Sit vobis præci-
pua cura hoſpitum, & indigentium, & neceſſaria illis pro
facultate domus liberaliter conferantur. Exhibeatur Præ 35
latis Eccleſiarum honor, & reuerentia, Subminiſtre-
tur cunctis Chriſti fidelibus, Canonicis, Monachis
templarijs, hoſpitalarijs, alijſque in ſanctæ Religionis
B 4 obſer-

obſeruantia poſitis, conſilium, & auxilium: quorumlibet
etiam indigentia, ſi facultas fuerit, ſublebetur, vt & Deus
in veſtris glorificetur operibus: & alij, qui viderint, humi-
litatis & charitatis veſtræ prouocentur odore. Ad hęc adij
36 ciendum decreuimus, vt ſi locus aliquis, in quo Epiſcopus
eſſe debeat, in veſtram venerit poteſtatem: ſit ibi Epiſco-
pus, qui cum Eccleſijs, & clero ſuo deſignatos ſibi reddi-
tus, & poſſeſsiones, & Spiritualia iura percipiat: reliqua
vero cedant in vſus veſtros, & in veſtra diſpoſitione, ſine
cuius quam contradictiione perſiſtant. Profecto in parro-
chialibus Eccleſijs quas habetis, nolumus Epiſcopos ſuo
iure fraudari. Si autem in locis deſertis, aut ipſis terris Sar
racenorum de nouo Eccleſias conſtruxeritis, Eccleſiæ illæ
plena guadeant libertate: nec aliqua per Epiſcopos deci
marum, aut alterius rei exactione grauentur. Liceatque
37 vobis per clericos veſtros idoneos eaſdem Eccleſias cum
ſuis plebibus gubernare: neque interdicto per Epiſcopos
vel excommunicationi ſubdantur, ſed fas ſit vobis, tam
in maiori Eccleſia, quæ caput fuerit ordinis, quam in illis
etiam excõmunicatis, & interdictis excluſis diuina ſem-
per officia celebrare. Præterea ne humanis vexationi-
38 bus, & calũnijs, a defenſione Chriſtianorum retrahi valea
tis, Apoſtolica autoritate decernimus, ne perſonas veſtras,
præter legatum Apoſtolicæ Sedis a Latere Romani Pon-
tificis deſtinatum, interdicere quiſquam, aut ex cõmuni-
care pręſumat. Quod etiam de familijs & ſeruientibus ve-
ſtris ſtatuimus, qui ſtipendia veſtra percipiunt, donec iuſti
tiam parati fuerint exhibere, niſi forte talis fuerit culpa,
ex qua ipſo facto Eccleſiaſticam cenſuram incurrant.
Chriſma vero, oleum Sanctum, Conſecrationes alta-
rium, ſeu baſilicarum, ordinationes Clericorum veſtro-
rum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, A dioe-
ceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fue-
rit & gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis
habue-



habuerit: & ea gratis, & abſque vlla prauitate vobis
voluerit exhibere, alioquin liceat vobis, quem ma-
lueritis adire antiſtitem, qui noſtra fultus autoritate, 39
quod poſtulatur indulgeat. Liceat præterea vobis, in lo-
cis veſtris vbi quatuor vel plures fratres fuerint, orato-
ria conſtruere in quibus fratres & familiæ veſtræ tantum,
& diuinum audire officium, & ſepulturam Chriſtianam
poſsint habere. Ita enim volumus neceſsitati veſtræ
conſulere. Vt non debeant ex hoc adiacentes Eccle-
ſiæ iniuriam ſuſtinere. Cum autem generale interdi-
ctum terræ fuerit, licet vobis clauſis ianuis, excluſis ex- 40
communicatis, & interdictis, non pulſatis campanis,
ſuppreſa voce Diuina officia celebrare. Præſenti ni- 41
hilominus decreto ſanccimus vt ſiquis in aliquem ve-
ſtrum, fratrum videlicet, vel ſororum violentas manus
iniecerit, excommunicationis ſententia ſit aſtrictus: &
Illud idem, pro Tutela veſtra: tam in ſententia, quam
in pœna ſeruetur, quod ſub felicis memoriæ Papę In-
nocentio prædeceſſore noſtro, de tuitione clericorum
generali Concilio noſcitur inſtitutum. Decernimus
ergo vt nulli omnino hominum liceat iura vel poſeſ-
ſiones veſtras temere perturbare, aut veſtra bona au-
ferre: vel ablata retinere; minuere, ſeu quibuslibet ve-
xationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra con-
ſeruentur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtenta-
tione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura ſalua
Sedis Apoſtolicę autoritate. Ad inditium autem huius
a Sede Apoſtolica perceptę libertatis, decem malachi- 42
nos nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſol
uetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularis 43
ve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens
contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertio ve
commonita, niſi pręſumptionem ſuam digna ſatisfactio
ne

ne correxerit poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſsimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltionis diſtrictę vltioni ſubiaceat. Cunctis autem vobis veſtra iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & ij fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem pręmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen. Vias tuas Domini demonſtra mihi. Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Alexander Papa tertius. Ego Alexander Catholicæ Eccleſię Epiſcopus. Ego Gualtærus Albañ. Epiſcopus. Ego Ioannes Presbyrer Cardinalis Sanctorum Ioannis, & Pauli, tituli Pamachij. Ego Ioannes Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Anaſtaſiæ. Ego Albertus Preſbyter Cardinalis tituli Sancti Laurentij in Lucina. Ego Boſſo Preſbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ tituli Paſtoris. Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Cęciliæ. Ego Petrus Presbyter Cardinalis tituli Sāctæ Suſannæ. Ego Iacintus diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Coſmidim. Ego Arditio Diaconus Cardinalis Sancti Theodori. Ego Cinthius Diaconns Cardinalis Sancti Adriani. Ego Vitellus Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergij, & Bachi. Ego Laborans Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu. Ego Raynetius Diaconus Cardinalis Sancti Gregorij ad Vellum aureum. Ego Viuianus Diaconus Cardinalis Sancti
24 Nicolai in carcere Iuliano. Datis ferentin. per manum Gratiani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, & Notarij, tertio nonas Iulij in dictione octaua, incarnationis Dominicæ, anno milleſsimo centeſsimo ſeptuageſsimo quinto, Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ tertij anno ſextodecimo.





## Summarium ex Regula S. Iacobi de Spatha.

1 *Spiritus Sanctus, Clementer irradiauit partes Hiſpaniæ.*
2 *Quoſdam uiros nobiles a ſeculo reuocauit.*
3 *Erant armorum potentia Illuſtres.*
4 *Erant equites diaboli.*
5 *Nunc milites Chriſti, certatim gloriantes portare iugum Dei.*
6 *Non ſua, ſed fratrum commoda quærentes.*
7 *Primum Deo, deinde hominibus, propter Deum, placere ſatagunt.*
8 *Illa tempeſtate fluctuauat Eccleſia in Hiſpania.*
9 *Tunc Reges Hiſpaniæ erant diſcordes.*
10 *Sarraceni inſtabant.*
11 *Fratres S. Iacobi ſe oppoſſuerunt eis.*
12 *Crucem in modum enſis, pectori, ſub innocatione S. Iacobi impreſſerunt.*
13 *Totus ſuus ſtatus in belligerendo pro Deo eſt.*
14 *Epſcopi apporbarunt hunc ordinem.*
15 *Iacintus Cardinalis, Alexandri pp. 3. Legatus, intrauit Hiſpaniam.*
16 *Ordinem iſtum conformauit.*
17 *Alexander Papa. 3. cum ſua ſancta Sede longo præmiſſo examine approbauit hunc ordinem.*
18 *Epiſcopi ordinē ſanctum, & cōfirmatione dignum atteſtati ſunt.*
19 *Albertus Cardinalis id probauit autoritatibus Apoſtoli Pauli, & ſanctorum patrum.*
20 *Idē Albertus Cardinalis, regulam S. Iacobi dictauit, & ordinauit.*
21 *Regula S. Iacobi in tribus uotis, caſtitatis coniugalis, obedientiæ, & uiuere ſine proprio conſiſtit.*
22 *Hæc tria uota ad uere & perfectæ charitatis complementum ſunt inſtituta.*
*Fratres milites S. Iacobi, ex ui ſuæ profeſsionis diuerſis martyrijs, indiferenter ſunt expoſiti. Ibidem.*
23 *de horis Canonicis, quas recitant, per Pater noſter & gloria Patri.*
24 *Quo præceperit Commendator, ire tenentur.*
25 *Eorum intentio eſt defenſio fidei Chriſti.*
26 *Magis placet Deo obe dientia, quam uictima.*
27 *Abſtinentiæ facienda ſecundum prouidentia Magiſtri.*
28 *Maior dilectio, quæ ſit.*
29 *De maceratione corporis notanda doctrina.*

30 *Adhortatio, pro fratribus.*
*De his quæ magis placent Deo. Ibidem.*
31 *Opera miſericordiæ frater defenſor adimplet.*
32 *Abſtinendum ab vxoribus, certis diebus.*
33 *Fratriſa, ſeu ſoror poteſt de licentia Magiſtri, eſſe extra monaſterium.*
34 *Admiſsio ad habitum, ſit de facultate Magiſtri.*
35 *Nullus frater exhæredet filium ſuum.*
36 *Frater vbicumque ſit, regulariter uiuat.*
37 *De uenatione.*
38 *De tolerantia.*
39 *De noniurando, nec litigando ſine licentia Magiſtri.*
40 *Temperantia in omnibus ſeruanda.*
41 *Obedientes ſint Magiſtro: in omnibus & per omnia.*
42 *Caſte uiuendum*
43 *Et ſine proprio.*
44 *Non retinendum aliquid, niſi de licentia Magiſtri.*
45 *A Magiſtro Conmendator inſtituendus.*
46 *De lectione.*
47 *De ueſtibus.*
48 *Omnium eſt ſpecialis, & unica intentio defendere Ecleſiam Dei.*
49 *Non præliandum cauſa rapinæ, aut crudelitatis.*
50 *Clerici obediant Priori.*
51 *Imbuant ſcientia filios fratrum.*
52 *Et adminiſtrent ſpiritualia fratribus.*
53 *Fratres etiam uacent Diuinis.*
54 *De decimis.*
55 *De loco Capituli Generalis.*
56 *Vnus Prior ordinis.*
57 *De electione Magiſtri.*
58 *De pœna fornicarij, & homicidæ.*
59 *Pœna homicidæ, imponenda à domino Papa.*
60 *De fratre incendario, aut ſacrilego.*
61 *De pœna cuiuſcumque delicti.*

FRAG.



# FRAGM. EX REGVLA S. Iacobi.

## §. Primus.

SANCTI Spiritus gratia, in his vltimis tem 1
poribus, partes Hiſpaniarum clementer irra- *Deſumpta ex bulla plũbea Iulij Papæ ſecundi, quæ eſt in in Archiuo Vclenſi.*
diauit: & nonnullos nomine magis, quam nu-
mine, numero pluſquam merito Chriſtianos, a
faſtu ſecularis pompæ, ab operibus Satanę miſericordi-
ter reuocauit. Erant enim in Hiſpania viri generis exce-
llentia nobiles, huius mundi ſapientia inſignes, armorũ
potentia Illuſtres, temporalium afluentia locupletes, &
& omnis tranſitorię felicitatis extollentia non parum cõ
mendabiles. In his tam pręclaris hominibus, prauitas ne- 2
fandæ vitę nimis obduxit ſplendorem laudis terrenæ: quia 3
nimirum rerum ſuarum prodigi, alienarũ cupidi, ad om-
ne facinus præcipites, ad cuncta nefanda effrenes, ſicut
militię ſtrenuitate ad plenum ſunt pręditi: ſic malitię to-
tius enormitate omnimode extiterunt irretiti. Deo autẽ
gratias: qui tam ſceleroſos, tantiſque criminibus inuolu-
tos: de cõuerſatione paternæ traditionis, de barathro per
ditionis, tranſtulit ad admirabile Regnum claritatis fi- 4
lij ſui, vt qui prius fuerant equites diaboli: nunc certatim
glorientur portare iugum Dei. Qui Spiritu ſancto pręduce 5
ce immutantes opera, priſtia perdiderunt nomina: diui-
na ſic loquente Clementia, non memor ero nominum
ſuorum per labia mea. Conuerſi namque ad Dominum,
ſe de liberis nequitiæ, ſeruos iuſtitiæ facientes: non ſua, 6
ſed potius fratrum commoda quęrentes Deum ſuper om
nia, & proximum diligentes, & corpora ſua iugi marty-
rio propter Chriſtum exponentes, in obedientia ſub alie 7
no dominio degentes, primum Deo, deinde hominibus,
propter

Propter Deum, placere Satagũt. Tempore ſuę conuerſio-
8 nis, ſub hac tempeſtate, in Hiſpanijs fluctuabat Eccleſia:
Reges ad inuicem diſperabant deſidia. Portugalenſis ſci-
9 licet, Alegionenſi, legionen. a Portugaleñ. & Toletaleñ.
Toletañ. Alegionenſi, & Nauarrenſi. Nauarrenſis a Tole
tañ. & Aragoneñ. Regibus ita diſſonis, Sarracenorũ nume-
10 roſitas innumerabiliter citro Mare trãsfretauit: vt Chriſtia
norũ terminos deuaſtaret Eccleſiã Dei deſtrueret. Prędi-
ctiſiquidẽ milites Spiritus S. gratia inſpirati, Chriſtianis
11 cernẽtes in enarrabile (niſi præcideretur imminere peri-
culũ) vt inimicorũ Chriſti curſus hoſtiles reprimerẽt: & Ec
cleſiã Dei deffenderent, vt ſe velut murum fidelitatis, in fi
delium furori opponerent, Crucem in modum, enſis,
12 cum ſigno, & inuocatione beati Iocobi, pectori ſuo impre
ſerunt. Chriſtianos vlterius non impugnare: nec res eorũ
aliquibus moleſtijs in ſeſtare: ſeculari pompæ, in ſplendo
re veſtis prætioſſe, in capillorum prolixitate, & in re-
bus cæteris, quibus plurimum vanitatis, & nihil vtilitatis
13 in eſſe conſtat, renuntiauere. Totum viuendi, & conuer-
ſandi ſtatum vt ſacrarum ſcripturarum offenſam, in nul
lo prouocarent, & contra paganos belligerentes, Deum
ſibi placarent, ordinare ſe, præuia Diuinæ legis autoritate,
& Eccleſiaſticarũ perſonarum inſtanti exortatione, propo
ſuerũt. retinentes quæ ſine offenſa legis Dei, retineri poſ
ſunt: & reſpuentes quæ legem ipſam offendunt. Ad hæc
ipſos Diuinitus compuctos, Celus domus Dei, propria
deuotio, Archiepiſcoporum atque Pontificium conſtan-
tiſsima prędicatio obligauit. Dominus Celebrunus Ar-
chiepiſcopus Toletanus, D. Petrus Archiepiſcopus Cõ-
poſtellanus. D. Ioãnes Brachar. Archiep. D. Ioãnes legio
nenſis Epiſcopus, D. Ferdinandus Aſtoriceñ. Epiſcopus.
Dñs Stephanus Camorenſis Epiſcopus, & cæteri om-
nes prędictis Archiepiſcopis ſubditi Pontifices: huius mi-
litię primordium conuerſionis, & propoſitum ſanctę con-

uerſa-



uerſationis, totamque viuendi formam vnanimi bene-
uolentia, pari conſenſu, & autoritate firmiſsima loco & 14
tempore ſuo communire gauiſi ſunt. Poſtea vero Do- 15
minus Iacintus Cardinalis, Sacroſanctę Romanę Ec-
cleſię Diaconus, Apoſtolicę Sedis Legatus a Sanctiſsimo
& vniueſsali Papa Domino Alexandro, ad Hiſpaniarum
partes Diuina prouidencia deſtinatus, cum regna Hiſpa
niarum intraſſet: & pro pace inter Reges reformanda, So 16
riam perueniſſet: Magiſtrum dictę militię, cum aliquan-
tis fratribus ibidem recepit: ad inſtantiam illuſtrium Re
gũ domine ſcilicet, magnifici Regis Ferdinãdi, & domini
Alfonſi Regis Caſtellæ, & Domini Alfonſi Regis Arago
nũ, & varonum eorũ Regum, & ad preces & teſtimoniũ
Petri Cõpoſtelañ. Archiepiſcopi, tũc vero Salamanticẽ-
ſis Epiſcopi, cui dictus Cardinalis magis quã alicui perſo
næ de terra illa tũc credere videbatur, & Oxomeñ. & Cau
rienſis Epiſcoporum: Magiſtrũ & fratres eius, ſub prote-
ctione Sacroſanctę Romanę Eccleſiæ recepit, & eorũ or-
dinem autoritate Apoſtolica qua fungebatur confirma- 17
uit. Poſt modum vero ad præſentiã Domini Papæ accedẽ
tes, & ab eo in proprios, & ſpeciales filios ſunt recepti, &
eorum ordo ab eodem Papa, & a ſuis ſanctis, ac diſeretis
perſonis, lõgo ſtudio, & examine tractatus: contemplẽtes
fore ibi ſyncerę fidei nitorẽ puriſsimũ, necnõ & Catholi
cę matris Eccleſię tutamẽ, & ingentẽ vtilitatẽ, autoritate
Apoſtolica eſt ratus, & cõfirmatus, ad vltimũ vero poſt lõ
gã certaminis diſceptationé Archiepiſcoporũ, & Epiſco 18
porũ inter fuere conuentus. Qui cũ magno gaudio & ce-
lebritate, ordinẽ Sãctũ, & confirmatione dignũ atteſtati 19
ſunt. Deinde Cardinalis Magiſter Albertus circa hũc or-
dinẽ non parum deuotus, approbans cum exẽplis, & auto
ritatibus Apoſtoli Pauli, & plurimorũ Sanctorũ Patrum, 20
Sãctum, & confirmatione dignũ ore ſuo dictauit, & ſtilo
exarauit, autoritate Apoſtolica cõfirmauit. Qui talis eſt.

In no-

21 Innomine Patris,& Filij, & Spiritus Sancti amen. Incipiant ſtatuta fratrũ ordinis militiæ beati Iacobi. Qui in tribus capitulis totus conſiſtit: ſcilicet in coniugali caſtitate, in obedientia conſeruanda, in viuendo ſine proprio. videlicet in cõiugali caſtitate ſine crimine viuendo, antiquis patribus aſsimilentur: cum melius ſit nubere quam vri: noſtriſque progenitoribus meliores eſſe nõ poſsimus: nec temere ſit præſumendum, nos ea poſſe perficere: quæ ipſi non potuerunt portare. Quare ſub tali conuerſatione,
22 creatori omnium placere ſatagãt, & in eius ſeruitio conſtanter perſeuerare contẽdant. In obedientia vero cõſeruãda: illius gratiam credunt promereri, qui fuit obediens Patri vſque ad mortem: cum virtus obedientiæ magis ſit Deo acceptabilis, quã ſacrificium. viuẽdo autem ſine proprio: illi, aſsimilari nitũtur, qui cum omnia poſsideret, vbi caput reclinaret ſe non habuiſſet, teſtatus eſt. Et ipſi quamuis multa poſsideant tamen ſecundum Apoſtolum tanquã nihil habentes eſſe conantur. Prædicta autem tria ad verę, & perfectæ charitatis complementum, ſunt inſtituta, cum enim perfecta charitas foras omnem abijciat timorem: & prædicti fratres, pro exaltatione Chriſtianæ fidei, & fratrum defenſione perſonas, & res vniuerſas diuerſis periculis & martirijs in diferenter exponant: Deum tota mente, & totis viribus, & proximum ſicut ſe ipſos diligere comprobantur. Vnde cum perfecta chatitate in dubitanter regantur: & vbi charitas, ibi Deus a vera charitate ipſorum ſtatuta ſic incipiunt.

Cap. 1. Epiſcopis, & prelatis Eccleſiarum honorem, & reuerentiam exhibebunt. *& infra.*

Cap. 2. Hoſpites vero cum omni gaudio recipiantur, & neceſſaria ipſis, ſecundum facultatem domus liberaliter adminiſtrentur, & ſi alicuius ordinis fuerint, per tres dies magis honorefice quam fratres, tractentur. *Et infra.*

Cap. 4. Quolibet die, pro Domino Papa, & Romana Eccle-





ſia. III Pater noſter dicant pro Magiſtro ſuo vt Deus det ei ſcientiam, potentiam, & gratiam, &c. *Et infra.* Qui omnes ſunt. 23. Pat. noſt. & a quolibet fratrum omni die debent dici. *Et infra.*

23 Cum horas diei audire non poterint: dicant I. Pat. noſter & hoc genuflexu niſi feſtum fuerit. Pro Matutinis diei, & Matutinis Beatę Mariæ 26. pat. nr̃. dicant pro ſingulis aliis horis, tam diei quam B. Mariæ, ſcilicet, pro prima, tertia, ſexta, & 9. & pro completorio dicant 6. Pat. noſt. in principio vero omnium horarum I. Pat. noſt. dicãt genuflexu, ſicut diximus, & poſtea incipient, cum Deus in auditorium meum intende, & gloria Patri, vſque in finẽ. Et in fine vniuſcuiuſque horæ Pat. noſter. dicant Gloria Patri, totum: pro veſperis autem die, & B. Mariæ. 10. pat. nr. dicant &c. *Et infra.* Cap. 6.

24 Quo præceperit commẽdator, pro ſalute animę ſuæ, & domus proficuo, vadant. Die vero Dominica ſpatioſius capitulum teneant: vbi cum maiori deliberatione, & maiori grauitate, poſtpoſita omni cura, negotia domus tractent, & quæ ad ſalutem animarum, & domus vtilitatem cognouerint ſpectare (diuina gratia auxiliante) perficere ſtudeant. *Et infra.* Cap. 7

Cap. 9
25 Verum cum vniuerſorum intentio ſit, defendere Chriſti fidẽ, & eius fideles: & hoc vniuerſi promiſſerint: & ma 26
gis placeat Deo obedientia, quam ſacrificium: ſi aliqui
ex fratribus a cibis abſtinere, vel alias abſtinentias quã 2
prelibatum eſt, facere propoſuerint: ſecundum prouidentiam Magiſtri illas faciant, ita quod non propter hoc relinquant defenſionem & ſeruitium chriſtianitatis. nam ſicut redemptor noſter Ieſus Chriſtus monuit nos, & in-
ſtruxit exemplo ſui, qui eſt debeat animam pro fratribus 28
ponere: dixit eis, maiorem dilectionem nemo habet, quã
vt animam ſuam ponat quis, pro amicis ſuis: multo plus 29
eſt, & difficilius peſonam magnis, & in enarrabilibus ex

ponere periculis pro ſuis proximis: quam in domo otij &
trãquilitatis corpus multa maceratione affligere. Eia nũc
ergo milites, expergiſcimini; & opera tenebrarum abijci
te, & induimini arma lucis, ne vos poſsit ſeducere aduer-
Cap. 10. ſarius veſter Hoſtis antiquus: qui circuit, querens quem de
uoret, nititur multis modis vos reuocare a tramite iuſtitię,
a ſemita veritatis, & rectitudinis. Nunquam enim a fra-
trum, & proximorum tuitione, & Chatolicæ Matris Ec-
cleſiæ deſiſtatis. Sane non eſt quicquam glorioſius, & Io-
cundius apud Deum, quam pro defenſione, & conſerua-
tione legis Dei: eligere vitam finire per gladium, vel per
ignem, ſeu aquam, aut per captiuitatem, & alijs multis mo
dis periculis atque inenarrabilibus. Sic enim cariſsimi
expedit vobis per multas tribulationes introire in Re-
gnum Dei: & ad illam peruenire fœlicitatem: quam Deus
promiſsit diligentibus ſe. Quod ſilicet, nec oculus vidit,
nec auris audiuit, nec in cor Hominis aſcendit. Inde eſt,
quod ſi quis corpus ſuum debilitauerit ciborum parſi-
monia, vel ieiuniorum magna inſtantia: & vires eius
in legis Dei, & fratrum defenſione defuerint: ſe reum iu-
dicio ſciat, & peſsimam rem facturum. *Et infra.*
Cap. 11 31 Qui defenſor exiſtit: ea omnia facere comprobatur:
quæ Dominus eſt dicturus iuſtis in diſtricto examine. Di-
cet enim eſuriui &c. *Et infra.*
Cap. 13 32 Cum autem ieiunauerint, non conueniant cum vxo-
ribus, nec in ſolemnitatibus Sanctæ Mariæ, Sancti Ioan-
nis Baptiſtæ, Apoſtolorum, nec in alijs maioribus feſ-
tiuitatibus, aut vigilijs earum. In illis igitur locis quibus
fuerit Conuentus fratrum non habentium vxores: in præ
dictis duabus quadrageſsimis, viri qui vxores habuerint,
Conuentum teneant, & mulieres ſimiliter cum illis quæ
non habuerint viros, præfatis temporibus in mona-
ſterijs morentur. Si vero fratres ſuper Sarracenos fue-
rint, aut ad alia negotia: Et vxores eorum interim vo-
luerint



luerint ſtare in clauſtro conuerſationum mulierum: reci-
piantur &c. & hoc ſecundum prouidentiam Magiſtri. Mu-
lieres illæ, quarum viri deceſſerint, in Monaſterijs ma- 33
neant. Quod ſi aliqua quæ in ordine ſuo vitam honeſtam
duxerit, extra Monaſterium remanere voluerit. Si Magiſ-
ter pro bono viderit, ſecundum Magiſtri prouidentiam
poterit remanere *Et infra.* Filius vero qui in ordine natus
fuerit (ſi Pater eius voluerit) nutriatur in ipſa domo, &
pars hæreditatis illius ſeruiat domui, vſque ad quindecim
annos ſimiliter, ſi vero hæreditatem non habuerit, nutria
tur de communi domus, vſque ad quindecim annos ſimi-
liter, & ſi tunc in ordine remanere voluerit, ſit in proui-
dentia Magiſtri. Quod ſi noluerit frater fieri: recedat cum 34
eo quod pertinet ei, ſtatutum eſt enim, vt nullus fratrum 35
exhæredet filium ſuum.
36 Præterea ſi aliquis ex fratribus, de mandato Magi- Cap. 14
ſtri in terra ſua, aut in aliqua hæreditate quam domui de
dit, vel ei domus dedit, moratur: viuat ibi ſecundum ſta-
tutum ordinis, & ſit obediens Magiſtro in omnibus & per
omnia.
Vnuſquiſque fratrum totum id quod ad domum Cap. 15.
ſuam pertinet, ſic fideliter cuſtodiat, vt nullo modo in eã
damnum faciat, vel conſentiat inferri, ſed omnes ad do-
mus incrementum cum honeſtate intendant. Quod ſi ali-
quis fratrum domui damnum intulerit: ſecundum Magi-
ſtri, aut commendatoris, & capituli prouidentiam emen-
detur. *Et infra.*
37 Liceat eis habere quicquid eſt venationi neceſſarium Cap. 17
ſecundum prouidentiam Magiſtri.
38 Nulli hominum dent malum reſponſum. *Et infra.* Cap. 18.
39 Nullus iuret niſi cum licentia Magiſtri &c. *Et infra.* Cap. 19.
patientes ſint ad omnes Chriſtianos, *Et infra.* Nec in-
ter ſe litigent, niſi cũ Magiſtri, vel qui eius loco fuerit pro-

uidentia, & conſenſu, temperantiam ſeruent, in loquen-
40 do, ambulando, & in omni opere ſuo, & in omni geſtu
corporis ſuis.
Cap. 20. 41 Obedientes ſint Magiſtro in omnibus, & per omnia.
42 Illi qui habuerint vxores, caſtitatem teneant coniugalē,
& qui non habuerint vxores, caſte viuant. Nullum
43 proprium habeant, nec retineant quicquam, niſi quod a
44 Magiſtro, vel Commendatore fuerit eis conceſſum.
Cap. 21. 45 A Magiſtro commendator inſtituatur, qui reliquis fra
tribus, ſiue maneant in conuentu, ſiue in domo, cum vxo-
re & familia, ſecundum facultatem domus cui præfuerit,
in vniuerſis neceſſaria prouideat. *Et infra.*
Cap. 23. 46 Vbi conuentus fuerit, quolibet die lectio audiatur.
47 Veſtes albi, nigri, & pardi coloris tantum habeant, & pel
Cap. 24 les aginas, & alias parui pretij. Similiter & omnia ſupra-
dicta conſeruent, ſecundum Magiſtri prouidentiam.
Cap. 25. 48 Vniuerſorum ſpecialis, & vnica intentio ſit, Eccleſiā
Dei pro viribus defendere, pro exaltatione nominis Chri
49 ſti animas ponere, Sarracenorum crudelitati iugiter ob
uiare, ita tamen quod cauſa humani ſanguinis effunden
di, aut humanæ laudis, aut cupiditatis, & rapinę, vel cru
delitatis, eorum terram non deprędent, vel quicquid con
tra eos fecerint, pro exaltatione nominis Chriſti faciant,
vel, vt Chriſtianos ab eorum impugnatione defendant,
vel ipſo ad culturam Chriſtianæ fidei valeant prouo-
care.
Cap. 33. 50 Clerici vero tā in caſtris, quā in villis, ſimul maneāt
ſub Priore, qui ſuper eos fuerit ordinatus, &c. *Et infra.*
51 Filios fratrum, de quibus pręceperit Magiſter, lite-
rarum ſcientia imbuant, & fratribus, tam in vita, quam
52 in morte ſpiritualia ſubminiſtrent. Qui ſuperpellitia defe-
rant ſecundum prouidentiam Prioris, Clauſtrum, & con-
uētū teneāt, vbi fratres quomodo placuerit, Magiſtro con
53 uerſentur, & in cōuentu manere, & diuinis vacare poſsint.





54 Ipſis vero Clericis, de laboribus, & alijs bonis adeo col Cap. 34.
latis decimæ reddantur a fratribus, &c. *Et infra.*
55 Conſtituatur autem locus, in quo tannis fiat genera-
le capitulum, vbi ſit conuentus Clericorum, & Prior qui Cap. 35
illorū, & aliorū Clericorū curā poſsit habere, & fratrū, cū
neceſſe fuerit, prouideat animabus. & cum Magiſter de 57
hac luce migrauerit, donec alius per prouidētiā tredecim
fratrum, qui ad hoc ſunt electi, eligatur, curam domus, &
ordinis habeat, cui omnes ſicut Magiſtro, obedientes
exiſtant, *Et infra.*
58 De fornicatione autem, & homicidio confiteantur Cle Cap. 144
ricis, qui conceſsi fuerint ad hoc, de Magiſtro & commu
ni capitulo ſi autem coram conuentu accuſatus fuerit, in
omnibus ſicut prædictum eſt pœniteat: ſed in conuentu ta
men, non in populo, adhuc etiam qui publice peccaue-
rit, publice pœniteat. *Et infra.*
59 Si caſu acciderit (quod abſit) quod aliquis frater, fra- Cap. 47.
trem ſuum, aut aliquem alium, cuiuſcumque ordinis oc-
cidat, ſi fieri poſsit capiatur, & in compedibus poſitus, tan
diu pœniteat per pœnitentiam vnius anni, donec per Ma
giſtrum iniūgatur ei pęnitentia de tanto homicidio a Do
mino Papa, vel qui vices eius tenuerit prolata, ſimi-
liter ſi forte acciderit, quod aliquis frater vxorem ſuam
interficiat, eodem modo fiat ei.
Aduc ſi caſu euenerit, quod frater hominem, qui non Cap. 48.
ſit frater occidat (quod abſit) & veniens per ſe ipſum de ta-
li homicidio veniam deuote poſtulauerit non capiatur.
ſed ſubiiciatur ſatisfactioni vnius anni tenendę tandiu,
donec per Magiſtrum iniungatur ei pœnitentia a domi-
no Papa, vel qui vices eius tenuerit data. Si per alium ac-
cuſatus fuerit, captus cogatur idem perficere.
Si quis frater (quod abſit) membrū ſui fratris caſu abſ-
ciderit, ſi fieri poſsit capiatur, & hæc eadem pœniten-
tia iniungatur ei capto tenenda, donec Magiſter ſuper

huiuſmodi reatu conſultus iniungat ei pœnitentiam com
petentem.
60 Frater qui fecerit incendium, vel Eccleſiam, aut
Cap.49 quemlibet aliũ ordinatum percuſſerit, ſiue Dei Eccle-
ſiam violauerit, aut aliquod aliud ſacrilegiũ fecerit, ſu-
biiciatur pœnitentię vnius anni tenendę, donec a Ma-
giſtro iniungatur ei pœnitentia tali reatui compe-
tes. *Et infra*, ſiquis ſimile, vel diſſimile deterius vt peccatũ
7 fecerit aut dixerit, quã in hoc libello inuenitur, iuxta mo
Cap.1.6 dum culpæ pœniteat. Explicit regula ordinis miliciæ S.
Iacobi de Spata. *Et Infra*. Datis Romæ apud S. Petrũ anno
Incarnationis Dominicæ. 1507. pridiæ kalend. Nouen-
bris Pontificatus noſtri anno. IIII. hæc tranſcripſi ex
Bulla Iulij. Papa. 2. quæ regulam S. Iacobi refert, & do-
minus Papa decerta ſcientia, & autoritate Apoſtolica
approbat, & confirmat.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Bulla iſta loquitur cum Eccleſia uniuerſali.*
2 *Religio Deo grata eſt ordo Iacobi.*
3 *Signum Crucis in modum Spatæ reuerendum eſt.*
4 *Ordo religionis eſt militia S. Iacobi.*

## Bulla Alexandri. Pp.3. commendatitia pro ordine Sancti Iacobi.

## §. Secundus.

1 *Eſt in lib. becer. qui eſt ſigillo Regis Al fonſi mu-*

ALEXANDER Epiſcopus Seruus ſeruorum
Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis Epiſ
copis, & dilectis filijs Abbatibus, & vniuerſo cle-
ro, & populo, ad quos literæ iſtæ peruenerint ſalutem &
Apoſtolicam benedictionem. verſus Hiſpaniam contra-
gentem nefariam paganorum, ſurrexerunt de nouo viri



Deum timentes, & zelantes legem Domini, videlicet
fratres S. Iacobi, qui pro defenſione fidei Chriſtianę ſe
ipſos extrimis periculis exponunt, & fines Chriſtianita-
tis, ab in curſibus paganorum induti lorica fidei, & mul-
tiplici ſuccincti virtute tuentur. Horum vtique propoſitum 2
in Domino digna gratiarum proſequimur actione, & ei,
a quo omne bonum procedit ad ſcribimus. Quod tem-
poribus noſtris ſurrexit in partibus illis religio, quæ Deo
grata eſt, ſicut indubitãter credimus, & accepta, & Chri-
ſtianitati neceſſaria plurimum: cum hij qui religionem
ipſam aſſumunt, ad hoc ſpecialiter, & pręcipue ſtudio to-
tius ſolicitudinis elaborent, vt inimicos Crucis Chriſti,
eo adiuuante, confundant, & fines Chriſtianitatis ver-
ſus Hiſpaniam ab eorum incurſibus protegant, & defen-
dant. Vnde cum expediat vniuerſis qui nomine Chriſtia
no cenſentur, tam fortes athletas Chriſti, propter dñm. 3
feruenti Charitate diligere, & ſignum, & quod geſtant
in pectore reuereri, per quod ad tuitionem fidei noſtrę
ſe oſtendunt ſemper armatos. Rogamus vniuerſitatem
veſtram, monemus, & hortamur in domino, atque in re
miſſionem veſtrorum peccatorum iniungimus, quate-
nus ſi quando aliquos prędictorum fratrum vos videre
contingerit, eos pro charitate Chriſti, & reuerentia beati
Iacobi, cuius milites ſe eſſe fatentur, curetis benigne reci
pere, & eis humanitatis, & charitatis affectum propter
Chriſtum humiliter exhibere. vobis quoque autoritate,
qua fungimur arctius inhibemus, ne quis, veſtrum eos in
perſonis, vel rebus offendere audeat, quia cum nos eos,
& eorum domum, conſiderato religionis ordine, quem
ſumpſerũt, ſub beati Petri, & noſtra protectione, prono-
ſtri officij debito ſuſceperimus, propter diuinam offen-
ſam in contemptum Romanę Eccleſiæ cederet. Si quid
moleſte, vel grauaminis a quolibet in debite paterentur,
Dat. Ferent. iij. nonas Auguſti.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Militia S. Iacobi eſt religio.*
2 *Habitus regularis*
*Qui iſtam militiam aſſummunt, ſeculum relinqunt.*
3 *Profeſsio, & religio.*

## Bulla Alexandri Papa. 3. Contra fratres Apoſtatas.

### §. Tertius.

*Canon commiſ. Appoſt.*

ALexander Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, ve-
nerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſco-
pis, per Hiſpaniam conſtitutis ad quos litteræ
iſtæ peruenerint. Salutem, & Apoſtolicam be-
nedictionem. Cum veniſſent olim ad ſedē Apoſtolicam
dilectus filius noſter Petrus Ferdinandi Magiſter Militiæ
S. Iacobi, cum quibuſdam de fratribus ſuis, humiliter po
ſtulabit. ordinis ſui obſeruantias a ſede Apoſtolica confir
1 mari. Nos igitur ipſius, & aliorum fratrum precibus incli
nati, ſtatuimus, vt locū aliquē arctiorem haberent, in quo
fratres qui ſine vxoribus vellent eſſe, & caſte viuere,
ſub arctiori regula poſſent domino de ſeruire. Quod & ip
ſi (ſicut audiuimus) facere curauerunt. Nūc vero quidam
de fratribus magis animi leuitate, qnam obtentu maio-
ris religionis inducti, ad alia loca ſe transferunt: nonnul-
li etiam reiecto habitu regulari, & ordine ſpreto, in quo vo
uerant domino militare, ad ſeculum, tanquam canis ad
vomitum redeuenres, ſeculariter viuere non verentur.
Ne igitur de cætero fratrum aliquis poſt ſuſceptum ha-
bitum, & factam ibidem profeſsionem, ad alium locum
arc-



arctioris religionis intuitu, ſine licentia Magiſtri & Conuentus tranſire cogatur, cum in hoc ordine ſubſtrictiori obſeruātia peccata ſua valeat expiare. Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, vt ſi aliquis hoc attentare preſumpſerit, vel ſi forte hoc hactenus quiſquam animi leuitate præſumpſit, ſi commonitus a vobis ad obedientiam prædictorum fratrum humiliter non redierit, ipſum (nullius appellatione obſtāte) per excommunicationis ſententiam compellatis. Dat Signiæ. XIII. Kalendas Auguſt.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Fratres ſunt religioſsi.*
2 *Religionis cultum in domino receperunt.*
3 *Ordinem confirmat.*

## Fragmenta ex Bulla Lutij Papa. 3. de confirmatione ordinis Sancti Iacobi. Vt Alexandre Papa. 3.

### §. Quartus. 1

*In lib. becerro prædicto.*

LVCIVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, dile-
ctis filijs fratribus militię beati Iacobi, &c. Licet
vniuerſos religioſos viros, paterna charitate te-
neamur, eos tamen benigniori nos conuenit oculo in-
tueri, qui relictis carnalibus deſiderijs, quę militant ad-
uerſus animam religionis cultum in domino receperunt:
vt eo fortius in ſui propoſiti obſeruantia ſolidentur, &c.
*Et infra.* Ea propter dilecti in domino filij veſtris iuſtis
poſtu- 2

poſtulationibus clemẽter annuimus & fælicis recordatio nis Alexãdri Pp. prędeceſſoris noſtri veſtigijs inhęrentes, vos,& domum veſtram, quę Beati Petri ſpecialiter iuris exiſtit,ſub Beati Petri tutela, & noſtra protectione ſuſcipimus,& ordinem veſtrum autoritate Apoſtolica confirmantes pręſentis ſcripti priuilegio communimus. *Et infra.* Inter ea ſane, quę in profeſsionis veſtrę ordine ſtatutum eſt obſeruari, primum eſt: vt ſub vnius Magiſtri obedientia in omni humilitate atque concordia ſine proprio viuere debeatis: illorum fidelium exemplum habentes, qui ad fidem Chriſtianam Apoſtolorum prędicatione conuerſi vendebant omnia, & ponebant prętium ad pedes Apoſtolorum, diuidebaturque ſingulis prout cuique opus erat, nec aliquis eorum quę poſſederat quicquam ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Ad ſuſcipiendam quoque prolem quę in timore domini nutriatur, & infirmitatis humanæ remedium, iuxta inſtitutionem domini, & indulgentiam Apoſtoli, qui ait, bonum eſt homini mulierem non tangere, propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat, & ſimiliter mulier virum ſuum, qui continere nequiuerit coniugium ſortiatur,

3 &c. *Et infra.* Statuimus quoque vt nullus fratrum ſiue ſororum poſt ſuſceptionem ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam, vel redire ad ſeculum, vel ad alium ordinem, ſine Magiſtri licentia, audeat ſe transferre: cum ſint in ordine veſtro loca ſtatuta, vbiquiſque diſtrictius valeat conuerſari, diſcedentem vero nullus audeat retinere, ſed ad ordinem ſuum per cenſuram, qui diſceſſerit, redire cogatur. *Et infra.* Præſenti nihilominus decreto ſancimus, vt ſi quis in aliquem veſtrum fratrum videlicet, vel ſororum violentas manus iniecerit, excommunicationis ſententia ſit aſtrictus. &c.

Dat.



Dat. Veroñ. 15. Kalend. Decembris, anno Domini 1184. Pontificatus vero Domini Lucij Papę Tertio, anno quarto.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Profeſsio, & habitus.*
2 *De non traſeundo ad alium ordinem contra priuilegium fratribus conceſſum.*
3 *Ordinis profeſsio, & ſuſceptio habitus.*
4 *Profeſsionis obſeruantia.*

## Bulla Lucij Pp. 3. contra relinquentes hunc ordinem.

## §. Quintus.

*In lib. bezer. prædicto.*

LVCIVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſco- 1
pis per Hiſpaniam conſtitutis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filij noſtri Magiſter, & fratres militię Sancti Iacobi, ſua nobis aſſertione monſtrarunt, quod quidam poſt factam promiſsionem, & habitum eorum aſſumptum: ſuadente diabolo aſpi- 2
cuint retro: & cum graui ſcandalo proximorum, vel in ſeculo remaneant, vel intrare alium ordinem contra priuilegium quod fratribus Eccleſia Romana conceſsit temeritate propria, Magiſtri licentia poſt poſita, moliuntur. Vnde quoniam de vniuerſa ſalute fideliũ pro ſuſcepto tenemur miniſterio cogitare, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta pręcipiendo mandamus, quatenus

nus illos quos fratres ordinem ſuum profeſſos, & ſuſce-
3 piſſe habitum legitime demoſtrauerint, aut qui hoc
confeſsione propria in iure duxerit reuelandũ, ne in ſecu
lo ſine Magiſtri licentia remaneant, aliqua leuitate, vel
ad alium ſe ordinem trasferant, diſtrictius moneatis: ſi-
4 quis autem prohibitionem veſtram contempſerit; excõ-
municationis eum vinculo innoderis, & faciatis donec
ad profeſsionis ſuę obſeruantiam veniant, ſicut excom-
municatum ab omnibus euitari. Dat. Vellet. 2. Idus
Octobris.

## Summarium ex Bulla Sequenti.

1. *Fratres Clerici, & milites eandem communem uitam profitentur.*
2. *In habitu & conuerſatione religionis.*
3. *Confirmat ordinem cum regularibus obſeruantijs.*

## Fragm. ex Bulla Vrbani Pp. 3. de confirmatione Ordinis Sancti Iacobi. vt Alex. Pp. 3.

## §. Sextus.

1 *Caxõ. bb. conf. Ap.*

VRBANVS Epiſcopus Seruus ſeruorem Dei. Dilectis filijs Sanctio Fernandi Magiſtro militiæ Beati Iacobi, eiuſque fratribus Clericis, & laicis, tam pręſentibus quam futuris communem vitam profeſsis, in perpetuam memoriam: Benedictus Deus.
2 *Et infra*. Nobiles quidam viri &c. in habitu & conuerſatione Religionis ſub vnius Magiſtri ſtatuerunt obedientia commorari, eo vtique moderamine propoſitum ſuum, & dinem temperantes, &c. *Et infra*. Sint etiam qui iuxta inſtitutionem dominicam, &c.



&c. Coniugibus ſuis vtantur & *infra*. Bonæ memorię Pe
trus quondam Fernandi per voluntatẽ Dei Magiſterium
ſuper alios, & prouidentiã tunc accepit, qui &c. *Et infra*.
ad pręſentiam fœlicis recordationis Alexandri Pp. prædę
ceſſoris noſtri accedens &c. Nos igitur eiuſdem anteceſ-
ſoris noſtri veſtigijs inhærentes, domum veſtram in ius
& proprietatem Eccleſiæ Romanæ, & vos in Filios reci-
pimus ſpeciales, & ordinem veſtrum cum regularibus ob 3
ſeruantijs eius auroritate Apoſtolica confirmamus &c.
Datis Veroneñ. Anno. 1187. Pontificatus Domini Vrba-
nij Pp. 3. anno. 2.

## Sumarium ex Bulla Sequenti.

1. *Ad petitionem Suerij Roderici Magiſtri, Innocentius Pp. 3. Ordinem confirmauit.*
2. *Eandem vitam comunem profitentur Fratres Clerici, & milites.*
3. *In habitu, & conuerſatione religionis.*
4. *Ordo eſt modificatus, ut Fratres milites poſint matrimonium contrahere.*
5. *Innocentius Papa 3. confirimauit ordinem ut Alex. 3.*
6. *Obſeruantias huius ordinis, regulares eſſe docet.*
7. *Profeſionis faciendæ mentionem facit.*
8. *Nullus Frater, ſiue ſoror poteſt redire ad ſeculum, uel tranſire ad alium ordinem ſine licentia Magiſtri.*
9. *Fratres, & ſorores coniugati gaudent priuilegio canonis.*

## Fragmenta ex Bulla Innocentij Pp. 3. de confiirmatione ordinis S. Iacobi, vt Alexand. Pp. 3.

*Eſt in dicto lib. Becerro qui ſigillo Regis Alfon. eſt munitus.*

## §. Septimus.

INNOCENTIVS Epiſcopus Seruus ſeruorũ Dei. Dilectis filijs Suerio Roderici Magiſtro mi- 1
litiæ S. Iacobi, eiuſque fratribus Cleriris, & laicis,
tam

tā præſentibus quā futuris communem vitā profeſsis in
2 perpetuam memoriam. Benedictus Deus in donis
3 ſuis, &c. Nobiles quidam viri, &c. In habitu, & con
uerſatione religionis, ſub vnius Magiſtri ſtatuerunt obe
dientia commorari, eo vtique moderamine propoſi-
4 tum ſuum, & ordinem temperantes, &c. Et habean-
tur in ipſo ordine, qui cœlibem, ſi voluerint ducant
vitam, &c. *Et infra.* Sint, & qui iuxta inſtitutionem Do-
minicam, ad procreandam ſobolem, & incontinen-
tiæ præcipitium euitandum coniugibus ſuis vtantur,
5 &c. *Et infra.* Bonæ memoriæ Petrus Ferdinandi per vo-
luntatem Dei ſuper alios magiſterium, & prouiden-
tiam tunc accepit, cum quibuſdam fratrum ſuorum,
ad præſentiam fœlicis recordationis Alexandri Papæ
prædeceſſoris noſtri accedens, &c. *Et infra.* Nos igitur
6 eiuſdem anteceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes do-
mum veſtram in ius Eccleſiæ Romanæ, & vos in filios
recipimus ſpeciales & ordinem veſtrum cum regula-
ribus obſeruantijs eius, autoritate Apoſtolica confir-
7 mamus, &c. *Et infra.* Inter ea ſane quæ in profeſsionis
veſtræ ordine ſtatutum eſt obſeruari primum eſt: vt ſub
vnius magiſtri obedientia in omni humilitate, atque
concordia viuere debeatis, illorum fidelium exem-
plum habentes, qui ad Fidem Chriſtianam, Apoſto-
lorum prædicatione conuerſi, vendebant omnia, &
ponebant pretium ad pedes Apoſtolorum &c. *Et infra.*
Ad ſuſcipiendam quoque prolem, quæ in timore do-
mini nutriatur, & infirmitatis humanæ remedium,
&c Qui continere nequierit coniugium ſortiatur &c.
*Et infra.* Statuimus quoque vt nullus Fratrum ſiue ſoro-
8 rum poſt ſuſceptionem ordinis veſtri, & promiſſam
obedientiam, vel redire ad ſeculum, vel ad alium or-
dinem ſine magiſtri licentia audeat ſe transferre: cum
ſint



ſint in ordine veſtro loca ſtatuta, vbi quiſque diſtrictius
valeat conuerſari: diſcedentem vero nullus audeat re- *Caxon. de claſ. Summ. Pont.*
tinere, ſed ad ordinem ſuum per cenſuram Eccleſia-
ſticam redire cogatur, qui diſceſſerit. *Et infra.* ſancimus,
vt ſi quis in aliquem veſtrum, Fratrum, videlicet, vel
ſororem, violentas manus iniecerit excommunicatio- 9
nis ſententia ſit aſtrictus. Et illud idem pro tutela veſtra
&c. *Et infra.* Decernimus ergo vt nulli omnino hominum
liceat &c. Datis Romæ anno. 1205. Pontificatus vero do-
mini Innocentij Pp. 3. anno. 8.
Idem Innocentius Pp. 3. poſtea confirmauit iterum hunc
ordinem Sancti Iacobi ſimiliter ad longum, & de certa *Cax. b. de confir. Appoſt.*
ſcientia, & de plenitudinis poteſtate vt Alex. Pp. 3. Datis
Lateran. per Manum Ioannis S. Mariæ Eccleſiæ Cancel
larij. 8. Martij indictione xiij. Incarnationis Dominicæ an
no 1209. Pontificatus vero domini Innocentij Pp. 3. Tertio
decimo.

## Summarium ex Bulla Sequenti.

1 *Profeſsio.*
2 *Habitus regularis.*
3 *Regula ordinis grandimontenſis.*
4 *Regula ordidis S. Iacobi.*

## Ex Bulla Innocentij Pp. 3. circa Regulam Sancti Iacobi.

§. 8.

INNO-

Caxon. de clar. Sum. Pont.

INNOCENTIVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Magiſtro militiæ S. Iacobi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte tua fuit propoſitum coram nobis, quod quidã miles (vt idẽ aſſerit) Infirmitate detentus, apud fratres Grandĩmontenſis profeſſionẽ fecit tantummodo, ſed habitum non recepit. Quem cum reſtitutus poſt modum ſanitati, humiliter poſtulaſſet: fratres præfati niſi pretium hęreditatis ſuæ ſecum afferret, ſibi concedere noluerunt: Nec etiam dare licentiam ad Religionem aliam tranſeundi. Porro miles prædictus ad quandam Domũ
1 militiæ S. Iacobi veniens, ibidem facta profeſſione ſuſ-
2 cepit habitum regularem, fratribus domus eiuſdem ignaris penitus pręmiſſorum, vnde poſtulabas per Sedem Apoſtolicam edoceri, vtrum ipſius militis aſſertioni ſimplici ſit credendum, vt a pręfata domo recedat, vel in eadem debeat remanere, in qua ipſum non eſt dubium fa-
3 cta profeſſione, habitum ſuſcepiſſe. Nos igitur Inquiſitio-
4 ni tuæ taliter reſpondemus, quod cum Grandimontenſis Ordinis Regula longe arctior ſit, quam veſtra, ei, ad illam maxime redire volenti, non eſt difficultas aliquatenus ingerenda. Dat. Sore Kalen. Septemb. Pontificatus noſtri anno vndecimo.

## Summarium ex Bulla Sequenti.

1 *Religio.*
2 *Religioſorum Domus*
3 *Profeſſio.*
4 *De licentia Magiſtri, matrimonium contrahendum.*
5 *Regula S. Iacobi Seruanda in contrahendo matrimonio.*

## Bulla Innocentij PP. 3. quod matrimonium cum licentia Magiſtri contrahatur.

INNO-



## §. 9.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ 1 Cax. ext.
Dei, Dilecto filio Magiſtro militię S. Iacobi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, Cura ſuſcepti regiminis nos inducit, vt ea quæ ad Religionis augmentum poſſunt proficere, fauore Apoſtolico proſequamur, & illa nihilominus receſemus, 2
per quę religioſorum domos diſſolutionis poteſt materia ſuboriri, & interdum ſcandalum generari. Cum igi- 3
tur in ordine militię S. Iacobi iam contractum, ante factam profeſſionem, matrimonium toleretur, & poſt etiã ex Magiſtri licentia contrahi permitatur: quidam de fratribus ipſis (ſicut te ſignificante didiſcimus) ex his occaſionem ſumentes, a te deducendis vxoribus, nituntur indulgentiam extorquere, quę ſi paſſim daretur, in detrimentum domus non modicũ redundaret. Nos ergo indemnitati domus tibi commiſſę, paterna ſolicitudine pręcaue-
re volentes, auctoritate præſentium inhibemus, ne ali- 4
quis fratrum eiuſdem ordinis a te, vel ſucceſſoribus tuis contra regulam veſtram licentiam extorqueat contrahẽdi: ita vt eadem regula firmiter obſeruetur. Nulli ergo &c. Dat. Sore 4. nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

*Ad petitionem Gartiæ Gundiſalui Magiſtri* Honorius Papa 3.
1 *Ordinem S. Iacobi confirmauit.*
2 *Eandem uitam communem profitentur fratres Clerici, & milites.*
3 *In habitu & conuerſationis religionis.*
4 *Ordo eſt modificatus, ut fratres milites poſſint matrimonium contrahere.*
5 *Honorius Papæ. 3. confirmat* Ordinem, ut Alexand. 3. & *Innoc. 3.*

6 *Præcipua cura & cautela continua in ſeruanda caſtitate.*
7 *Nullus frater ſiue ſoror poteſt redire ad ſeculum, uel tranſire ad alium ordinem ſine lientia Magiſtri.*
8 *Fratres & ſorores gaudent priuilegio canonis.*

## Fragment. ex Bulla Honorij Papę 3. qua Ordinem S. Iacobi confirmat, vt Alexand. Pp. 3.

## §. 10.

*Caxon commiſ. Apoſt.*

1 HONORIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.
Dilectis filijs Garſię Gundiſalui Magiſtro militię
S. Iacobi, eiuſque fratribus Clericis, & laicis tam
pręſentibus, quam futuris, in perpetuā memoriā. Benedi
2 ctus Deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus
ſuis. Qui Eccleſiam ſuam noua ſemper prole fæcundat, &
ſic pro patribus filios in ea facit exurgere &c. *Et infra.* Hoc
ſane temporibus bonæ memoriæ Alexand. prędeceſſoris
noſtri, in partibus Hiſpaniarum, de diuino factū munere
gratulamur: vbi nobiles quidam viri &c. *Et infra.* Non ſo
lum poſſeſsiones terrenas, ſed & corpora ſua in extrema
dare quęque pericula pro domino decreuerunt, & ad exē
3 plum domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ait non veni facere
volūtatem meam, ſed eius qui miſsit me patris, in habitu
& conuerſatione religionis ſub vnius Magiſtri ſtatuerūt
obedientia commorari: eo vtique moderamine propoſi
4 tum ſuum, & ordinem temperantes &c. habeantur in ip-
ſo ordine, qui cælibem, ſi voluerint ducant vitā &c. Sint
etiam, qui iuxta inſtitutionem dominicam ad procrean
dam ſobolem, & incontinentiæ pręcipitium euitandum
coniugibus ſuis vtantur. *Et infra.* Ad exemplar ipſius Ale-
xandri, & felicis recordationis Innocentij 3. Romanorū
5 Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, in ſpececiales, &
pro-



proprios ſacroſanctæ Romanę Eccleſiæ filios vos recipi-
mus, & ordinē veſtrum auctoritate Apoſtolica confirmā-
tes, pręſentis ſcripti priuilegio communimus. *Et infra.* In-
ter ea ſane, quæ in profeſsionis veſtrę ordine ſtatuta eſt
obſeruari, primum eſt: vt ſub vnius Magiſtri obedientia in
omni humilitate, atque concordia, ſine proprio viuere
debeatis, illorum fidelium exemplum &c. & *Infra,* ad ſuſ
cipiendam quoq; prolem, quæ in timore domini nutria-
tur, & infirmitatis humanæ remedium iuxta inſtitutionē
domini, & indulgentiam Apoſtoli &c. *Infra.* qui contine
re nequiuerit coniugium ſortiatur, & ſeruet inuiolatam
fidem vxori, & vxor viro &c. & *Infra.* ſit tamen omnibus 6
præcipua cura & cautela cōtinua vt qui cōiugiū ſortiti fue
rint, continentiā cuſtodiant coniugalem, & qui ſine
coniugio manere decreuerint, inuiolatam teneant caſti- 7
tatem. Statuimus quoque vt nullus fratrum, ſiue ſororum
poſt ſuſceptionem ordinis veſtri, & promiſſam obedien-
tiam, vel redire ad ſeculum, vel ad alium ordinem ſine
Magiſtri licentia audeat ſe transferre: cum ſint in ordine
veſtro loca ſtatuta: vbi quiſque diſtrictius valeat cōuerſari;
diſcedentem vero nullus audeat retinere, ſed ad ordinem
ſuum per cenſuram eccleſiaſticam, qui diſceſſerit redire
cogatur, *Et infra.* Sancimus vt ſi quis in aliquem veſtrum:
fratrum, videlicet vel ſororum, violentas manus inie-
cerit excommunicationis, ſententia ſit aſtrictus, & illud
idem pro tutela veſtra &c. *Et infra* decernimus ergo vt
nulli omnino hominum liceat &c. Dat Signiæ 5. idus Au-
guſti anno. 1224. Pontificatus Domini Honorij Papę 3.
anno 8.

## Summarium ex Bulla Sequenti.

1 *De miſsione manuum ad aratrum.*
2 *Militia S. Iacobi, militia dei eſt.*
3 *Dedicata defenſioni Chriſtiani nominis.*

Apo-

4 *Apoſtatæ ſunt eius deſertores.*
5 *Habitus regularis. Ibid.*

## Bulla Honorij PP. 3. contra fratres Apoſtatas.

### §. 11.

1 HONORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,
Caxon cõ firm. App Chariſsimis in Chriſto filijs illuſtris viris Regibus Hiſpaniarum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum nemo mittens manum ad aratrũ, & retro reſpiciens aptus ſit Regno Dei: ſolicite de his cogitare
2 nos conuenit qui de militia Dei, quæ Beati Iacobi dicitur, per ſeculum quandoque præſumunt, tanquam ſuſpirantes ad relictos ęgypti pepones & allia euagari. Prædicta enim militia continue pro fide Chriſtiana decertat. Hęc elegit defenſioni ſe Chriſtiani nominis dedicare, parata ſemper pro fratribus offerre ſeipſam ſacrificiũ Deo
3 patri: per hanc etiam barbaries deprimitur in fideliũ ſanguinem ſitientium Chriſtianum, quare merito dolendũ eſt, de talibus eiuſdem militiæ deſertoribus, & diligentius ſuper hoc per noſtram ſolicitudinem prouidendum proinde ſerenitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur in domino: quatenus tales tanquam Apoſtatas ha-
4 beatis, & euitetis omnino, ſiue abijciant, ſiue ferant in ſeculo habitum regularem, vt ſic ſaltem repleta facie ipſorum ignominia: vel inuiti cogantur redire ad militiam
5 ſupradictam, & vos dum pro Dei reuerentia ex eorum pollui participio recuſatis, copioſius exinde mereamini apud ipſum. Dãt. Signię ſexto Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno octauo.

### Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Fratres S. Iacobi, ſunt athletæ Domini.*
2 *PP. uniuerſitati mandat, in fauorem militiæ S. Iacobi.*
3 *Eccleſiæ libertas.*

## Bulla Gregorij PP. 9. de exemptione fori.

§. 12.



### §. 12.

GREGORIVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus Epiſcopis, & dilectis filijs Ca x. ex a alijs Eccleſiarũ prælatis per Hiſpaniã conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Pro fidei exaltatione certantibus, nõ obſiſtere debent, ſed ad eſſe Chriſtiani nominis profeſſores, vt promouere potius, quam impedire tam pium negotium comprobentur. Cum itaque dilecti filij Magiſter & fratres militiæ S. Iacobi oppoſitã 1
Sarracenis frontariam, ſicut Athletæ domini in perſonis proprijs tueantur: vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli ſubditos veſtros, ne ip- 2
ſis quos deficientibus neceſſarijs, & eorum libertate temere conculcata, ſuper hoc contingeret impediri: victualia, & alia neceſſaria vendi prohibeant, vel eos in Eccleſiaſticæ libertatis diſpendium, ſeculari iuditio ſtare compel- 3
lant: moneatis attentius, & efficaciter inducatis: ipſos ad hoc, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſt poſita, compellentes. Dat. Peruſij. nonas Decembris Pontificatus noſtri anno 8.

### Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Quidam excommunicati intrarunt ordinem.*
2 *Quidam percuſſores fratrum, abſoluuntur ab excommunicatione.*
3 *Qui enormiter percuſſerunt, adeant Romam pro abſolutione excommunicationis.*

## Fragment. ex Bulla Gregorij Papę 9. pro certis abſolutionibus, a quibuſdam prælatis faciendis.

### §. 13.

D 3 Grego-

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Magiſtro, & fratribus Militiæ Sancti Iacobi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis quod nonnulli de veſtris fratribus pro redemptione captiuorum, aut alio modo, dando Sarracenis animalia, & res alias, ſeu vendendo. Et alij pro violenta iniectione manuum in ſeipſos, vel eorum Clericos, excommunicationis ſententiã incurrerunt. Quidam etiam eorum intrauerunt ordinem, excommunicationis vinculo innodati. Quare nobis humiliter ſuplicaſtis, *Et infra.* Veſtris igitur precibus inclinati, præſentium vobis auctoritate concedimus, vt ab Archiepiſcopis & Epiſcopis, &c. *Et infra.* Dicti excommunicati, & illi ex veſtris fratribus, qui in ſeipſos vel eorũ Clericos manus iniecerint violentas, abſolutionis beneffícium, iuxta formam Eccleſię valeant obtinere: iniuncto eis quod de iure fuerit iniungendum. Ita tamen vt manuum iniectores, paſſis iniuriam ſatisfaciant competenter, & illi quorum fuerit grauis, & enormis exceſſus, veniant ad Sedem Apoſtolicam abſoluendi. Nulli ergo &c. Dat. Lateran. iiij. kalend. Februarij Pontificatvs noſtri anno duodecimo.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Magiſter S. Iacobi immediate ſub eſt Romanæ Eccleſiæ.*
2 *Per electionem creatur, ſicut cæteri prælati.*

## Fragmenta ex Bulla Innocent. PP. 4. de auctoritate Magiſtri.

## §. 14.

1 Cax.exe. INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ
Dei. Dilecto filio P. Pelagio Petri Magiſtro ordinis militię S. Iacobi, ſalutem & Appoſtolicam benedictionem. Super dubitationem articulis, in priuilegio felicis recordationis Innocentij Papę 3. prędeceſſoris noſtri, contentis, ordini veſtro conceſſo, de quibus
nos conſulere voluiſti: deuotioni tuę taliter reſpondemus, 1
quod Magiſter, qui per electionem tredecim fratrum, ſecundum formam prędicti priuilegij electus extiterit: cum immediate Romanę Eccleſię ſubeſſe noſcatur, proculdubio non temporalis, ſed perpetuus eſt cen-
ſendus, ſicut cęteri ſuperiores Prelati, qui per electio- 2
nem creantur. Sane cum ex certis cauſis Magiſter, qui fuerit pro tempore poſſe dicatur a Magiſtratus officio remoueri, vt pote, ſi pernitioſus, vel inutilis apparuerit: certi iuris eſt, quod cauſæ illę apparere debent, & probari iuris ordine obſeruato: nemini enim venire debet in dubium quod Magiſter non confeſſus, vel legitime conuictus, pro libito voluntatis illorum tredecim, aut maioris partis ipſorum, non poſsit, nec debeat amoueri. Ad hæc Magiſtrum inutilem tunc fore dicimus, cum &c. Dat. Lugduni. x. kalend. Martij Pontificatus noſtri anno iij. 1



## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Aliqui fratres erant uagantes.*
2 *Excommunicatos denuntiari publice, præcipitur.*

## Bulla Innocentij Papæ 4. contra fratres vagantes.

## §. 15.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum
Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Cax.exe.
Epiſcopis, & dilectis filijs alijs Eccleſiarum Prælatis per Hiſpaniam conſtitutis ſalutem, & Appoſtolicam benedictionem. Cum ſicut dilectus filius Magiſter ordinis militiæ S. Iacobi, nobis expoſuit, nonnunquam aliqui fratres ipſius ordinis, relicto eodem ordine, in ſeculo turpiter in animarum ſuarum perniciem eua-
gentur Vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, 1
& horta-

& hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus dictos fratres, ad requiſitionẽ ipſius Ma-
2 giſtri, vel Commendatorum eiuſdem ordinis, excommunicatos publice nuntietis. Dat. Lugduni. 4. Kalend. Septemb. Pontificatus noſtri anno 3.

## Summarium ex Bulla Sequenti.

1 *Ne fratres in ſeculo uagentur.*
2 *Ad ſuum ordinem reuocandi.*
3 *Ad requiſitionem Magiſtri, Ibidem.*

## Bulla Innocent. Papę 4. Ad idem.

### §. 16.

*Caxon. exemp.* INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Chariſsimo in Chriſto filio Illuſtri Regi Portugallię, Salutem & Apoſtolicam benedictionẽ.
1 Cum ſicut dilectus filius, Magiſter ordinis militiæ ſancti Iacobi, nobis expoſuit. Nonnunquam aliqui fratres ipſius ordinis, relicto eodem ordine in ſeculo turpiter in animarum ſuarum perniciem euagentur, ad quorum correptionem, & reuocationem, non ſufficit perſe ipſum: celſitudinem tuam rogamus, monemus, & hortamur attente quatenus eidem Magiſtro, cum ab eo fueris requiſitus, vt
2 prędictos fratres ad ſuum ordinem reuocare valeat: ob reuerentiam Apoſtolicę Sedis, & noſtrę, tribuas conſiliũ, auxilium & fauorem. Ita quod exinde diuinam & eiuſdẽ ſedis gratiam vberius merearis. Dat. Lugduni. 4. nonas. Septembris, Pontificatus noſtri anno 3.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *De compoſitionibus, ſeu ſtatutis factis contra regulam S. Iacobi.*
2 *Quod talia non ſeruentur, denuntiandum eſt.*

Bulla



## Bulla Innocentij Papę 4. contra quandam non bonam compoſitionem, ſeu concordiam.

### §. 17.

INNOCENTIVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Palentino Epiſcopo Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut dilectis filijs Magiſtro, & fratribus ordinis militię ſancti *Caxon commiſ. Appoſt.*
Iacobi accepimus intimantibus, quidam eiuſdem Magiſtri prædeceſſores ſimplicitate ducti compoſitiones, & ſtatuta quædam contra ſui ordinis regulam, & tenorem priuilegij eidem ordini ab Apoſtolica ſede conceſsi, cum conniuentibus Clericorum & domorum, ac Commendatoribus hoſpitalium eiuſdem ordinis, facere præſumpſerunt ex quibus in eodem ordine frequenter grauia ſcandala oriantur. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus. quatenus ſi eſt ita: compoſitiones, & ſtatuta prædicta autoritate noſtra viribus carere decernens: de nuncies illa de cætero non ſeruanda, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſt poſita, compeſcendo. non obſtant, &c. Dat. Lugdun. XVII. Kalend. Octobris Pontificatus noſtri anno. 3. 1 2

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Ad petitionem Pelagij Magiſtri Innocen. Pp. 4. ordinem confirmauit.*
2 *Eandem uitam communem profitentur fratres Clerici, & milites.*
3 *In habitu, & conuerſatione Religionis.*
4 *Ordo eſt modificatus, ut fratres milites poſsint matrimonium contrahere.*

*Innocentius Papæ 4. ordinem confirmauit, ut Alex 3.*

D 5 Nullus

6 *Nullus frater, ſiue ſoror poteſt redire ad ſeculum, nec tranſire ad alium ordinem ſine licentia Magiſtri.*

7 *Fratres, & ſorores gaudent priuilegio canonis.*

# Fragmenta ex Bulla Innocentij Papæ 4. de confirmatione Ordinis Sancti Iacobi.

## §. 18.

1 *Caxon cõ firm. App*

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis filijs Pelagio Petri Magiſtro militię Beati Iacobi, eiuſque fratribus Clericis, & lai.
2 cis tam præſentibus quam futuris communem vitam profeſsis, in perpetuam memoriã. Benedictus Deus in donis ſuis, &c. Nobiles quidam viri, &c. in habitu & conuerſatione Religionis, ſub vnis Magiſtri ſtatuerunt obedientia commorari eo vtique moderamine propoſitum ſuum & ordinem temperantes, &c. Et habeantur in ipſo ordine
4 qui cælibem, ſi voluerint ducãt vitam &c. *Et infra.* ſint etiã qui iuxta inſtitutionem dominicam ad procreandam ſobolem, & in continentię pręcipitium euitandum coniu-
5 gibus ſuis vtantur. *Et infra.* De communi fratrum noſtrorum conſilio in ſpeciales ac proprios ſacroſantę Romanę Eccleſiæ filios, ad exemplar felicis recordationis Alex. Pp. prędeceſſoris noſtri vos recipimus, & ordinem veſtrũ
6 autoritate Apoſtolica confirmantes, pręſenti ſcripti priuilegio communimus. *Et infra.* Statuimus quoque vt nullus fratrum, ſiue ſororum poſt ſuſceptionem ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam, vel redire ad ſeculũ, vel ad aliũ ordinem ſine Magiſtri licentia audeat ſe transferre: cum ſint in ordine veſtro loca ſtatuta vbiquiſque diſtrictius valeat conuerſari, diſcedentem vero nullus audeat retinere, ſed ad ordinem ſuum per cenſuram Eccleſiaſticam qui



qui diſceſſerit redire cogatur. *Et infra,* Sãccimus, vt ſiquis in aliquem veſtrum, fratrum videlicet, vel ſororum violẽ
manus iniecerit excommunicationis ſententia ſit aſtri- 7
ctus, & illud idem pro tutela veſtra, &c. Dat. Lugduni anni 1247. Pontificatus vero Innoc. Papæ 4. anno 5.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Viri religioſi paſsim ſuſtinent iniurias a malefactoribus.*
*Vniuerſitati mandat. & cum uniuerſis Prælatis loquitur.*
3 *Et de poſſeſsionibus ordinis. S. Iacobi.*
4 *Et delegatis in teſtamento.*
5 *Et de uiolẽta manuum iniectione in fratres.*

# Fragmenta ex Bulla Alexand. PP. 4. de aliquibus articulis.

## §. 19.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Vene- 1
rabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, &c. Nõnuſquã dolore cordis, & plurima turbatione didiſcimus, quod ita pleriſque partibus Eccleſiaſtica cenſura diſſoluitur, & Canonicæ ſententiæ ſeueritas eneruatur. Vt viri religioſi & hi maxime qui per Sedis Apoſtolicę priuilegia maiori donati ſunt libertate, paſsim a malefactoribus ſuis iniurias ſuſtineant, & rapinas: dum vix
inuenitur, qui congrua illis protectione ſubueniat, & pro- 2
fouenda pauperum innocentia ſemurum defenſionis opponat: ſpecialiter autem dilecti filij Magiſter, & fratres ordinis militiæ Sancti Iacobi, tam de frequentibus iniurijs quã de ipſo quotidiano defectu iuſtitię cõquerẽtes, vniuerſitatẽ veſtram literis petierunt Apoſtolicis excitari. *Et infra* Itaq; vniuerſitati veſtrę per Apoſtolica ſcripta mãdamus atq. pręcipimus, quatenus illos qui poſſeſiones vel res ſeu domos

*In libro in quo bullæ ſcribuntur. c. 110.*

domos prędictorum fratrum, vel hominum ſuorum irre-
4 uerenter inuaſſerint: aut ea iniuſte detinuerint quę prędi-
ctis fratribus ex teſtamento decedentium relinquntur:
ſeu in ipſos fratres. Vel ipſorum aliquem contra Apoſto-
licę Sedis indulta ſententiam excommunicationis, aut
interdicti pręſumpſerint promulgare, &c. *Et Paulo infra.*
monitione pręmiſſa, ſi laici fuerint publice candelis accē
ſis, ſinguli veſtrum in diœceſi, & Eccleſiis veſtris excom-
municationis ſententia procellatis, ſi vero Clerici vel Ca
nonici regulares, ſeu monachi fuerint eos appellatione re
mota, ab officio, & beneſficio ſuſpendatis: neutram rela-
xatam ſententiam, donec prædictis fratribus plenarie ſa-
tisfaciant, & tam laici quam Clerici ſeculares qui pro
violenta manuum iniectione in fratres eoſdem, vel ipſo
rum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati: cum
diœceſani Epiſcopi literis ad Sedem Apoſtolicam ve-
nientes ab eodem vinculo mereantur abſolui. Datis La
teranen. xv. Kalendas Ianuarij Pōtificatus noſtri anno 2.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Cum uniuerſis Prælatis loquitur.*
2 *Fratres ordinis militiæ S. Iacobi ſunt Religioſi, & athletæ Chriſti.*
3 *De uiolenta manuum iniectione.*
4 *Satisfaciendum eſt paſſo, & abſolutio excommunicationis petenda eſt ab Apoſtolico.*

## Bulla Alexandri Papę 4. de manuum violenta injectione.

### §. 20.

Cax. Bull. exemp.

ALEXANDER Epiſcopus Seruus ſeruorum
Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, ac
dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Ar-

chie-



chidiaconis, & alijs Eccleſiarum Prælatis ad quos literę
iſtæ prouenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionē.
Paci & quieti religioſorū virorum fratrum ordinis mili-
tię S. Iacobi Apoſtolica nos conuenit ſolicitudine pro- 2
uidere & tam ipſos, quam eorum bona tanto ſolicitius a
malignorum incurſibus, & rapinis tenemur protegere:
quanto pro fide Chriſtiani nominis ſe diuturnioribus ex-
ponunt periculis, & aduerſus prauas, & exteras nationes
labores ſubeunt grauiores. inde eſt, quod tam fortes ath-
letas Chriſti, in ſuo ſancto propoſito volentes attentius cō
fouere: ad defenſionem ſui ſolicitudinem veſtram duxi-
mus cōmonēdā. Vt magis ac magis poſſint ad promouen
dū propoſitū quod ſumpſerunt intēdere, cum fuerint ſoli
citudine Prælatorum Eccleſię, a malignantium inquie-
tione ſecuri, monemus itaque vniuerſitatem veſtram, at-
que præcipimus quatinus ſi quando Clerici vel laici paro
chiani veſtri in aliquem prædictorum fratrum capiendo,
vel de ſuis equitaturis diiciendo, aut alias in honeſte tra-
ctando violentas manus, inijciunt. Huiuſmodi præſump
tores ſublato appellationis obſtaculo, accenſsis candelis, 3
dilatione, & ocaſsione poſt poſitis: excommunicatos pu-
blice nuncietis, & tandiu faciatis ſicut excommunicatos
arctius euitari, donec paſo iniuriam cōgrue ſatisfaciant
& pro abſolutionis beneſficio impetrādo, Apoſtolico cōſ- 4
pectui Repræſentēt eos vero qui in prędictos fratres ma-
nus non inijciunt violentas: ſed equitaturas, ac alia alio-
rum bona violenter diripiunt: ſi a vobis commoniti abla
ta eis reſtituere noluerint, & de illatis injurijs, ſatisfactio-
nem congruam exhibere. anathematis vinculo aſtringa-
tis quo ipſos vſque ad dignam ſatisfactionem teneatis a-
ſtrictos. Datis Viterbij. 4. nonas Aprilis Pontificatus no-
ſtri anno. 4.

Sum-

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *PP. cum uniuerſis loquitur Prælatis.*
2 *Fratres Ordinis militiæ S. Iacobi ſunt Religioſi, & athletæ Chriſti.*
3 *Violentam manuum iniectionem punitur Alex. PP. 3.*
4 *Satisfaciendum paſſo, & abſolutio excommunicationis petenda a Papa.*

## Fragm. ex Bulla Vrbani Papę 4. de manuum violenta iniectione.

### §. 21.

1 Caxon. exemp.
VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabi-
libus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, &c.
2 Paci, & quieti religioſorum virorum fratrum ordi-
dinis militiæ S. Iacobi Apoſtolica nos conuenit ſolicitu-
dine prouidere. *Et infra.* Inde eſt quod tam fortes athletas
Chriſti in ſuo ſancto propoſito volentes attentius confoue-
re: ad defenſionem ſui ſolicitudinem veſtram duximus cō-
3 mōnendā, &c. *Et infra.* Vniuerſitatem veſtram adinſtar fe-
licis recordationis Alex. Papæ prædeceſſoris noſtri mone-
mus atque præcipimus, quatenus ſi quando Clerici, vel lai-
ci Parochiani veſtri in aliquem prædictorum fratrum ca-
piendo, vel de ſuis equitaturis deijciendo, aut alias in ho-
neſte tractando violentas manus iniciunt, huiuſmodi præ-
ſumptores, veritate cognita, & ſublato appellationis ob-
ſtaculo, accenſis cādelis, dilatione & occaſione poſtpoſi-
4 tis, excommunicatos publicæ denuntietis. Et tandiu facia-
tis ſicut excommunicatos arctius euitari donec paſſo iniu-
riam congrue ſatisfaciant, & pro abſolutionis beneficio
impetrando Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent. Eos
vero qui in prædictos fratres manus non iniciunt violen-
tas



tas, ſed equitaturas, aut alia aliorum bona violenter diripiunt, ſi a vobis commoniti abblata eis reſtituere noluerint. Et de illatis iniurijs ſatisfactionem cōgruam exhibere. Vinculo anathematis aſtringatis, quo ipſos vſque ad dignam ſatisfactionem teneatis aſtrictos. Dat. apud Vrbem veterem xvj. Kalen. Februarij Pontificatus noſtri anno ij.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Inſignis Ordinis Sancti Iacobi religio ſuis ſignis ſuos profeſſores inſignit.*
2 *Sub regulari obſeruantia.*
3 *Capitulum Generale ubi & quando celebrandum.*

## Fragment. ex Bulla Vrbani Papę 4. circa Capitulum Generale.

### §. 22.

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Di- 1 Cax Bul. exemp.
lectis filijs Magiſtro, & fratribus militię S. Iacobi, ſa-
lutem & Apoſtolicam benedictionem. Inſignis
ordinis veſtri religio, ſuę inſtitutionis auſpicia ſignis, & in
titulatione deſignans meritis militiæ titulis, ſuos non im-
merito profeſſores intitulat, & eiuſdem inſignijs ipſos ſig-
nanter inſignit. Vos ſiquidem ſalubriter cogitantes mili-
tiam eſſe vitam hominis ſuper terram, & cupientes mili-
tiæ cœleſtis exercitus aggregari, exercituum domino ſub
regularis obſeruantiæ ſtudio militare ſalubri conſilio de-
creuiſtis. *Et infra.* Nos itaque vt efficatius in tan ſancto pro- 2
ficiatis propoſito, profectibus veſtris libenter intendimus,
& ne inter vos vitiorum ſpinæ ſubcreſcant, ſed idem or-
do flores honoris, & honeſtatis fructus in vbertate produ-
cat, operoſę ſolicitudinis ſtudiū, & ſtudioſam operā prōp-
tis affectibus adhibemus, & ideo &c. *Et infra.* Generale ca-
pitu-

pitulum annis ſigulis celebretur in loco ad hoc per Magiſtrum ipſius ordinis de Conſilio & conſenſu tredecim fratrum eiuſdem ordinis vel maioris partis eorum &c. Dat. apud Vrbem veterem Kal. Februarij Pontificatus noſtri anno. 3.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Dirimendæ lites inter religioſos.*
2 *Iuxta ſuum ordinem domino famulentur.*
3 *Quidam fratres litigabant.*
4 *Papa dirigit ſcripta Magiſto.*

## Fragmentum ex bulla Vrbani Papæ. 4. pro pace tuenda.

### §. 23.

VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Chariſsimo in Chriſto filio regi Caſtellæ ac Legioni illu- 1 Alexẽ.
ſtri in Romanorũ regem electo ſalutẽ & Apoſtol. benedictionem, ad dirimendas lites præſertim inter religioſos ex ortas libenter Apoſtolicæ ſolicitudinis ſtudiũ adhibemus, vt eo liberius iuxta ſui debitũ ordinis poſsint
2 domino famulari, quo fugatis rancoribus & qualibet ſeditione ſedata, maiorẽ quietem ſenſerint animarũ. licet
3 igitur inter dilectum filium Magiſtrum Ordinis militię S. Iacobi ex parte vna. & quoſdam ipſius Ordinis fratres ex altera ſuper certis certa fuiſſet articulis materia quęſtionis, illam tamen noſtro & fratrum noſtrorum diligenti diſcuſam examine per ſalubrem examinationem diximus terminandam, pro vt per literas Apoſtolicas inde confectas plenius tibi poterit apparere. deſiderantes igitur in eodem ordine ſeruari gratiam ſolitę charitatis: eidẽ Magiſtro ſcripta noſtra dirigimus: vt eiſdem ſui ordinis fratribus pretextu litis pręteritę notam in obedientię nõ
4 impingat, nec aliquam penam quaſi fuiſſent proter hoc obedien-



obedientię tranſgreſſores infligat, ſed eos potius ſyncera in domino charitate pertractet &c. Datis apud Vrbem Veterem. 10. kalen. Martij. Pontificatus noſtri anno. 3.

## Summarium ex Bulla ſequenti

1 *Fratres S. Iacobi mancipati ſunt ſupernæ Maieſtatis obſequiis.*
2 *Ordo S. Iacobi in Eccleſiæ firmamento, ut turris fortitudinis diuinitus inſtitutus eſt.*

## Fragmentum ex quadam bulla Vrbani Papę 4. pro concordia, & obedientia tuenda.

### §. 24.

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs vniuerſis fratribus militię Sancti Iacobi 1 Caxon. exemp.
ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Mancipati ſupernæ maieſtatis obſequijs põdus & pondera inſpiritus humanitate portatis, fructus perutiles in domo domini producentes. Nos igitur qui ordinem veſtrum in Eccleſiæ firmamento quaſi turrim fortitudinis diuinitus 2
inſtitutum, paterna beneuolentia & fauore proſequimur, vigilanter inſiſtimus, & libenter impẽdimus operam ac ſolicitudinẽ ad hibemus: vt ſemper in ipſo vigeat gratię ſolidæ charitatis, & in ſolubili fraterni fœderis vnione cõiuncta vnanimi deuotione ac deuota vnanimitate promiſſum exoluatis virtutum domino famulatum. &c. Datis apud vrbem Veterem nonis Aprilis Pontificatus noſtri anno. 3.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Religioſis uiris Magiſtro & fratribus, Papa aſsiſtit defenſione.*
2 *Sedi Apoſtolicæ ſunt immediate ſubiecti.*
3 *Eorum priuilegia ſunt ſeruanda.*

## Bulla Gregorij Papæ decimi pro conſeruatione priuilegiorum.

### §. 25.

Cap. cõmiſ. App.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Archiepiſcopo Toletano ſalutem & Appoſtolicam benedictionem, & ſiquibus libet
1 religioſis perſonis, & locis iniunctę nobis ſeruitutis officio defenſionis pręſidio aſsiſtere teneamur: illis tamen ſpecialius, & efficatius ad eſſe nos conuenit qui Sedi
2 Apoſtolicę immediate ſubjecti non habẽt præterRomanum Pontificem alium defenſorem. Cum itaque ſicut ex parte dilectorũ filiorũ Magiſtri & fratrum domus ordinis militiæ Sancti Iacobi in Hiſpania fuit propoſitum coram nobis, a nonnullis qui nomen domini recipere in vacuũ
1 nõ formidant, graues patiuntur iniurias, & iacturas. Nos volentes, & præſumptorum huiuſmodi refragari conatibus, ac eorumdem Magiſtri, & fratrum prouidere quieti, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mãdamus. quatenus ipſis Magiſtro & fratribus efficaciter præſidio defen-
3 ſionis aſſitens, nõ permittas ipſos contra indulta priuilegiorum Sedis Apoſtolicę ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores huiuſmodi per cenſuram Eccleſticam appellatione poſtpoſita, compeſcendo &c. Datis Lugduni. 5. idus Iunij Ponficatus noſtri anno. 3.

### Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Fratres milites Sancti Iacobi dedicant domino ſe, & ſua totaliter*
2 *In habitu, & obſeruantia regulari: ſub unius Magiſtri obedientia.*
3 *Summi Pontifices confimarunt huuc ordinem.*
4 *Magiſter præ eſt ordini, in ſpiritualibus & temporalibus. Diuiſio fugienda.*

## Fragmentum ex Bulla Bonifatij Pp. 8. qua Reuocat quandam conceſſionem factam per



## per Nicolaum Pp. 4. & præcipit, vt ſit vnus Magiſter Generalis S. Iacobi in Regnis Caſtellæ & Portugalliæ, ſicut ante conceſionem Nicolai, erat.

### §. 26.

Cax. Pleytocõ Portugal

BONIFATIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Toletano & Epiſcopo Salmãticenſi &c. ab antiquis retro tẽporibus quidam viri nobiles Hiſpaniarum incolæ, &c. *Et* 1
*infra.* perſonas & bona ſua dedicare domino totaliter de creuerunt, & fundato ordine militię Sancti Iacobi ab ipſo eiuſdem Ordinis fundationis exordio, inter alia obſeruari ſtatutum eſt, vt in habitu & obſeruantia regulari ſub 2
vnius Magiſtri obedientia ſine proprio in omni concordia, & vnitate viuatur. Cumque hoc ad notiam Sedis Apoſtolicæ perueniſſet felicis recordationis Alexd.
3 primo de communi fratrum ſuorum conſilio, ac ſubſequenter ad inſtar ipſius, nonnulli alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, fratres dicti ordinis tanquam peculiares filios, in defenſionem ſuam, & locum in quo caput eiuſdem ordinis factum eſt, in ius & proprietatem Romanæ Eccleſiæ receperunt, & ordinem ipſum cum 3
regularibus obſeruantijs eius, autoritate Apoſtolica confirmarunt. *Et infra.* Fuit expoſitum coram nobis dudum ſuggeſto felicis recordationis Nicolao Papa 4. prædeceſſori noſtro. Quod magiſter eiuſdem ordinis, &c. *Et infra*, idem prædeceſſor Nicolaus, &c. *Et infra*, per ſuas literas ſtatuit ac etiam ordinauit vt vniuerſi commendatores, & fratres prędictorũ Regnorũ Portugaliæ, & algarbii aliquẽ ex eis idoneũ, &c. & in eorũ & dicti ordinis, in eiſdẽ regnis prouincialẽ Magiſtrũ aſſumere poſſet. qui prę[illegible]

 ordi-

4 ordinis perſonarum, & bonorum eius in ſpiritualibus & temporalibus curam & adminiſtrationem haberet in regnis ipſis &c. *Et infra.* Nos attendētes quod huiuſmodi ſtatutum & Ordinatio prædicti prædeceſſoris Nicolai, per quod generalis vnitas, & vniuerſalis maſſa roboris memorati ordinis in particularis diuiſionis, quinimo deſola
5 tionis partes diſrumpitur, ne dum ipſi ordini deſtructionis incommoda, ſed etiam alijs ordinibus, necnon, & ſecularibus Regnis, & populis exempli mali pernitiem ſubminiſtrat, cum caput nequeat ſine doloris immeſitate præſiſtere, cui membra corporis ſucciduntur, quinimo vt plurimum cogatur ex ipſa ſuccisſione perire, quodque ſimile in minorum, & prædicatorum, ac templariorū, & hoſpitaliorum, & nonnullis alijs ordinibus, proceſſu temporis poſit contingere, veri ſimiliter formidantes: diuerſa in ſuper, & grauia in diuerſis Regnis, & partibus ex his futura pericula pertimentes, &c. *Et infra.* Huiuſmodi ſtatutum & ordinationem, ac literas prælibati prædeceſſoris Nicolai cuiuſcunque formæ vel tenoris, &c. *Et infra.* reuocauimus, &c. quo circa diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut vnus veſtrum &c. inducatis &c. non obſtant. &c. Dat. Anagniæ xiij. Kalend. Auguſti Pontificatus noſtri anno primo.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1. *Militia S. Iacobi Romanæ Eccleſiæ ſubeſt immediate.*
2. *Iura & bona eius ſeruanda illeſa.*

## Fragmentum ex Bulla Clementis Papæ 5. contra occupantes bona Ordinis militiæ. S. Iacobi.

§. 26.

CLE-



CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri ... Archipo. Tolerano ſalutem & Appoſtolicā benedictionem. Significarunt nobis dilecti filij Magiſter & fratres domus militiæ S. Iacobi in Hiſpania ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, quod non nulli iniquitatis filij, &c. Datis Pictauis xij Kalen. Ianuarij Pontificatus noſtri anno iij.

*Caxō comiſ.* 1 2

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1. *Cum Archieep. & Epiſ. loquitur.*
2. *Magiſter & fratres S. Iacobi ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ.*
3. *Ad Romanam Eccleſiam pertinent immediate.*
4. *Priuilegia eis ſeruanda.*

## Bulla Clementis PP. 5. pro conſeruatione Priuilegiorun Ordinis S. Iacobi.

§. 26.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus vniuerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Regnum Hiſpaniæ conſtitutis, ſalu-

*In lib. ubi ſunt Bullæ ſcriptæ. cap. 80.*

tem & Apoſtolicam benedictionem. Et ſi quibuslibet per- 1
ſonis Eccleſiaſticis ex iniunctæ nobis ſeruitutis officio aſ- 2
ſiſtere gratioſis & opportunius fauoribus teneamur. Illis tamen efficatius ad eſſe nos conuenit, quæ ad Romanam Eccleſiam nullo pertinent mediante. Cum itaque dilectos filios Magiſtrum, & fratres domus militię Sancti Ia- 3
cobi in Hiſpania ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, ſpecialis fauoris beneuolentia proſequamur vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus & hortamur atentius per Apoſtolica vobis ſcripta mādantes, qua tenus contra indulta priuilegiorū Apoſtolicę Sedis vllam 4



eis

eis in perſonis, locis, & bonis eorum in debite moleſtiam inferatis, nec quantũ in vobis fuerit a quibuſuis aliis quomodolibet permittatis inferri, moleſtatores huiuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticã appellatione poſtpoſitã conpeſcendo. Dat. Pictauis xij. Kal. Ianuarij Pontificatus noſtri anno 3.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1. *Militia Sancti Iacobi Romanæ Eccleſiæ immediate ſubeſt.*
2. *Eius iura & bona ſeruanda.*

## Fragment. ex Bulla Clementis Papę 5. contra occupãtes bona ordinis militiæ S. Iacobi.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri ... Epiſcopo Laſcurienſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filij Magiſter, & fratres domus militiæ S. Iacobi ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, quod nõ nulli iniquitatis, quos prorſus ignorant, decimas redditus cenſus, legata, terras &c. *Et infra.* Malitioſe occultare, & occultata detinere preſumũt, &c. *Et infra.* In eos generalẽ excommunicationis ſententiam proferas, &c. Dat. Pictabis 4. idus Februarij Pontificatus noſtri anno 3.

1 *Caxon commiſ. Apoſt.*

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1. *Licentia teſtandi de certis bonis.*
2. *Bona domus ordinis illeſa ſeruanda.*
3. *Magiſtro & adminiſtratori iura reddenda.*

## Fragmentum ex Bulla Clementis, prout in quadam ſcriptura autentica inueni.





## §. 28.

EN el nombre de Dios Amen. Miercoles veynte y ſeys dias del mes de Deziembre, año del nacimiento de nueſtro Saluador Ieſu Chriſto de mil y trecientos y nouenta y ſiete años. En Elerena dentro en los Palacios del Maeſtre, el muy grande e noble ſeñor don Lorenço Suarez de Figueroa, por la gracia de Dios Maeſtre de la Orden de la Caualleria de S. Tiago, en preſencia de mi Notario Apoſtolical, e Imperial, e de los teſtigos adelante ayuſo eſcriptos, moſtro, enſeño, e preſento vnas letras Apoſtolicales de nueſtro Señor el Papa Clemente 7. predeceſſor deſte Padre ſancto bendito, que aora es, eſcriptas en pergamino, bulladas a manera de Corte Romana, con bulla de plomo pendiente, en cuerdas de filos de ſeda amarilla, e bermeja. *Et infra.* El tenor de las quales letras Apoſtolicales de verbo ad verbum es eſte que ſe ſigue, de Latin en Romance. *Cax. B disp. App*

CLemente Obiſpo ſieruo de los ſieruos de Dios. Para memoria perdurable deſta coſa. El deſſeo, e affecto de la limpia deuocion que los amados hijos Maeſtre, e Cõmendadores, e Freyres de la Orden de la Caualleria de S. Tiago de Spada, han a nos, e a la Igleſia de Roma: merece que les otorguemos eſpeciales fauores, e que en quanto con Dios pudieremos partamos con los ſus votos, e deſſeos el nueſtro benigno aſentimiento, onde e fuenos moſtrada vna peticion, &c. *Et infra.* Por ende codiciando embargar los tales daños, inclinandonos a las ſuplicaciones del dicho Maeſtre, Comẽdadores, e Freyres, que ellos y ſus ſucceſſores, e cada vno dellos puedã libre y fielmente diſponer y ordenar en el tiempo, y por razon de ſu muerte, de la mitad de todos los bienes muebles, que ellos ganaren, de las poſſeſsiones, caſas, lugares, edificios dellos encõmendados. Los quales bienes

muebles ſe entiendan ſer aquellos que ſobraren auiendo dado primeramente cuẽta e razon con pago, de todos
2 los biens que reſcibieron e adminiſtraron de la dicha Caualleria, e tornando, e pagando primeramẽte las poſſeſsiones, caſas, lugares, edifficios que les fueron encomendados en tal eſtado y valor en que ſe les fuerõ encomẽdados E otro ſi tornadas todas las joyas, e eſpojos, e otras coſas al dicho Maeſtre, e a los otros mayores de la dicha Caualleria. Lo qual todo aſsi tornado de la meitad de los otros bienes muebles que quedaron acoſtumbrados de dar, pueda de la mitad dello eſtablecer e ordenar, lo que quiſieren en la dicha ſu poſtrimera volundad, e en el tiẽpo, o por cauſa de la muerte, no embargantes los eſtatutos e coſtumbres, &c. Dada en Auiñon poſtrimero dia de Ganero, del nueſtro Pontificado del año 14.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Ordo S. Iacobi, militia eſt Religionis.*
2 *Eam ſummentes, ſunt Ordinis profeſſores.*
3 *Perſonarum. & bonorum plena exemptio. ibidem.*
4 *S. ſedi Apoſtolicæ immediate ſubſunt.*
5 *Vbi cunque ſint.*
6 *Coram alijs Reſpondere non tenentur.*
7 *Siquæres contra agantur: non ualent.*

## Bulla Martini. Pp. 5. de exemptione Ordinis Sancti Iacobi.

## §. 29.

Cex.exč, MARTINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Magiſtro, & Fatribus ordinis militiæ S. Iacobi de Spatha ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Glorioſa Relıgionis veſtrę militia, qua aduerſus Chriſtiani nominis ęmulos certando, vos, & veſtra exponitis intrepide, curiæ indeffeſis ſincerẹque deuotionis affectus, quẽ ad nos & Romanam Eccleſiam geritis comprouamini, meretur nõ indigne, vt ea vobis fauorauiliter cõcedamus, perquę ſingulis oppreſionibus a biectis, corde tranquilo in huiuſmodi certamine feruentius, & quietius poſsitis altiſsimo militari. Nos igitur ex pręmiſis & certis alijs cauſis animũ noſtrũ mouẽtibus, felicis recordationis Lutij PP. iij. prędeceſſoris noſtri veſtigijs inhęrẽtes, veſtris etiam in hac parte ſupplicationibus inclinati, vos veſtriq; 2
ordinis profeſſores cõuẽtus, monaſteria, & loca cũ omnibus perſonis mẽbris, rebus bonis iuribus & pertinẽtijs ſuis quæ vos, & quilibet veſtrũ in pręſentiarũ poſsidetis, & poſſidet. Necnõ, quę dante domino in futurũ poteritis, ac poterit adipiſci: ab omni iuriſdictione dominio poteſtate, viſitatione, correptione, & ſuperioritate ordinariorũ iudicũ, & ſuperiorum aliorum, tam ſecularũ quam regularium, quorũcũq. vſque ad App. ſedis beneplacitum auctoritate 3
App. tenore pteſentium prorſus eximimus ac etiã plenarie liberamus, voſque, & illa ſub B. Petri, & ſedis predictę protectione ſuſcipimus exemptos eſſe volumus, & exempta, vobiſque & eidem ſedi immediate ſubeſſe ita quod huiuſmodi durante beneplacito, ordinarij iudices, & ſuperio- 4
res prędicti, etiã ratione debiti, ſeu contractus, aut rei de qua ageretur, vel vbicunque cõmitatur delictũ, iniatur cõtractus, aut res ipſa conſitat. Nullam in vos, vel aliquem veſtrum ac conuentus monaſteria loca, perſonas, membra, res & bona, ſupradicta, poſsint iuriſdictionem poteſtatem dominium, correctionẽ, viſitationem, ſeu ſuperioritatem quomodolibet exercere. Sed dumtaxat quoram nobis & a ſede predicta delegatis, teneamini, & teneantur de iuſtitia reſpõdere, bonę memoriæ Innocẽtij PP. iiij. 5
etiam predeſſoris noſtri, & qualibet alia cõſtitutione Apoſtolica in contrarium edita, nos obſtantibus. Decernẽtes

ex nunc omnes & ſingulos proceſſus, excommunicationum ſuſpenſionum, & interdicti ſententias quos & quas contra vos conuentus Monaſteria loca perſonas, & membra huiuſmodi haberi contigerit, ſeu etiam promulgari irritos, & irritas, pariter & in annes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis liberationis, ſuſceptionis voluntatis, & conſtitutionis in fringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autē hoc atēptare, preſumpſerit indignationē omnipotētis Dei, & beatorū Petri, & Pauli Apoſtolorū eius ſe nouerit in curſurum. Datum. Geneçam feneſtrin̄. diœc. iij kalen. Auguſti Pontificatus noſtri anno vndecimo.

## Summarium ex Bulla Sequenti.

1 *Perſonæ huius ordinis ſunt fratres Canonici Religioſi.*
2 *Militia S. Iacobi eſt ſub Regula S. Auguſtini.*

## Fragmentum bullæ conſeruatoriæ Sixti Papæ 4.

### §. 30.

1 Caxon. exemp. SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſco Hiſpalen̄ & Burgen̄. &c. *Et infra.* circa curā religionū ſingulariū precipue militariū ſolertia redimur indeffeſsi &c. *Et infra.* ſane dilecti filij Ioannis Pacheco Magiſtri, [illegible]tiorum, electorū Canonicorum Preceptorum militum, Capituli Conuentus, & fratrum vniuerſorum militiæ Sancti Iacobi de 2 Spatha Ordinis Sancti Auguſtini, conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archipiſcopi aliarumque Eccleſiarum Prelati, &c necnon duces occuparunt & ocupare fecerūt Caſtra villas &c. redditus & prouentus Magiſtratus eiuſdē militie &c. *Et inf.* Nos igitur ad verſus occupatores &c.





&c. & iniuriatores huiuſmodi illo volentes eiſdem Magiſtro preceptoribus preceptorijs & ordini remedio ſubvenire &c. fraternitati veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos, vel duo aut vnus &c. Datis Romæ apud S. Petrum, anno Domini. 1471.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Contra manus uiolentas.*
2 *De non ſoluendis Gabellis.*
3 *De plenaria exemptione.*
4 *Priuillegia conceſſa ipſi militiæ, & fratribus.*

## Bulla Sixti PP. 4. pro conſeruatione Priuil. Ordinis Sancti Iacobi.

### §. 31.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Hiſpalenſi, & Epiſcopo Pacenſi, ac dilecto filio Abbati monaſterij Sancte Marie Vallis Eccleſiarum Toletanæ diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie literis per 1 quas felicis recordationis Vrbanus 4. inijcientes manus violentas in perſonas militiæ S. Iacobi de Spatha, excommunicationis ſententiā incurrere, & Innocent. etiam 4. perſonas prædictas ad ſolutionem gabellarum, que per 2 laicos exiguntur pro rebus quibuſdam nō teneri. ac Martinus 5. Romani Pontifices predeceſſores noſtri militiam præfatam, & eius perſonas ac bona plena exemptionis libertate potiri ſucceſiue voluerant. Et in illis contentis 3 per alias noſtras literas robur noſtræ approbationis adiecimus, & quæuis alia priuilegia, tam per Sedem Apoſtolicam, quam alias militie præfatæ, & illius perſonis conceſſa: confirmauimus, pro vt in eiſdem literis noſtris plenius,

Cax. exē.

nius continetur, quo circa diſcretioni veſtrę, per Apoſto-
lica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus
veſtrum, ſi & poſtquam dictæ literę noſtre vobis pręſenta-
tę fuerint, per vos, aut alium, ſeu alios noſtras, & quarum
tenor in illis inſertus eſt, prædeceſſorū prædictorum lite-
ras prædictas. Vbi quando & quoties expedire cognoue-
ritis, fueritiſque pro parte dilectorum filiorum Magiſtri
Priorū, Pręceptorū, & fratrum dictę militię de ſuper legi
time requiſiti, ſolemniter publicantes, ac eis in pręmiſsis
efficaci deffenſionis præſidio aſiſtētes, faciatis militiā &
4 illius Magiſtrū, Priores, Pręceptores, & fratres priuilegijs
cōceſsionibus libertatibus, exēptionibus & indultis prędi
ctis pacifice gaudere non permitentes eos contra illorū
tenorem quomodolibet moleſtari. Non obſtantibus om
nibus quæ in dictis litteris noſtris voluimus non obſtare,
ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica
Sede indultum exiſtat quod interdici, ſuſpendi, vel excō
municari nō poſsint, per literas Apoſtolicas, non facien
tes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de in-
dulto huiuſmodi mentionem. Contradictores per cenſu
ram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcen-
do inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij
ſecularis. Dat. Romę apud S. Petrum, anno incarnatio-
nis Dominicæ 1481. 6. Kalend. Nouembris, Pontifica-
tus noſtri anno 11.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *In Romano Pontifice plenitudo poteſtatis conſiſtit.*
2 *Et ideo poteſt diſponere circa uota Religionum, ampliando, uel moderando ea.*
3 *Alfonſus de Cardenas fuit Magiſter Generalis militiæ Sancti Iacobi, anno 1486.*
4 *Fratres milites coniugati, emittunt in profeſsione tria uota ſubſtantialia.*

Frag.



## Fragmentum ex bulla Innocentij Papæ 8. conceſſa ſuper quoſdam art. & vt fratres milites poſsint de bonis patrimonialibus, & alijs licite adquiſitis teſtari, & ad ſuū beneplacitū diſponere, & quibuſuis perſonis relinquere, dūmodo non ſint in ſacris cōſtituti, nec in conuentu reſederint, dumq; obligationibus ordinis ſecundum ſtatuta ſatisfaciant.

§. 32.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorū *Cax. diſpenſ. t. App.*
Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romani Pon
tificis, in quo Diuina diſpoſitione poteſtatis ple-
nitudo conſiſtit, prouidentia circunſpecta ſtatū religioſa- 1
rum perſonarum quarumlibet, præſertim ſub regulari-
bus militijs pro fidei Catholicæ defenſione continue in
ſudantium; diligenter attendens illa quę eorum ritus, & 2
regularia inſtituta concernunt: interdum ampliat mutat
moderatur, & limitat, prout perſonarum earundem con-
ditione, ac temporum qualitate penſatis, id conſpicit in
domino ſalubriter expedire. Sane dilectus filius nobilis
vir Enecus Lopez de Mendoça, Comes de Tendilla, pro 3
parte cariſsimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Regis
& cariſsmę in Chriſto filię noſtræ Elizabeth Reginę Ca-
ſtellæ, & legionis Illuſtrium, orator ad nos deſtinatus, pro
parte dilectorum filiorum Alfonſi de Cardenas Magiſtri 4
generalis, ac vniuerſorum Præceptorum, & fratum mili-
tiæ S. Iacobi de Spatha, nobis nuper expoſuit, quod quili-
bet fratrum dictæ militiæ, cum profeſsionem emittit tria
vota ſubſtātialia, videlicet caſtitatis coniugalis, obedien-

tiæ

tię Magiſtro dictę militiæ, & abſque proprio viuere, emittere conſueuit. *Et infra.* Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Magiſtrum, Præceptores, & fratres prædictos, ac eorum ſingulos a quibuſcunque transgreſſionibus quas propterea etiam ob non obſeruationem votorum in eorum profeſſionibus per eos emiſſorum, & regularium inſtitutorum dictæ militiæ incurrerunt, autoritate Apoſtolica harum ſerie abſoluimus, & abſolutos fore nũtiamus, & nihilominus eiſdem autoritate, & tenore ſtatuimus, & ordinamus, ac eiſdem Magiſtro, Pręceptoribus, & fratribus, nunc & pro tempore exiſtentibus (dũmodo fratres ipſi in ſacris ordinibus conſtituti, non fuerint nec in conuentibus dictę militiæ reſiderint) concedimus, quod ipſi de omnibus & ſingulis bonis mouilibus, & immouilibus, tam patrimonialibus & ratione perſonarum ſuarũ, ac Magiſtratus, & Præceptoriarum, & bonorum dictæ militiæ, quam alias quomodocunque per eos licite adquiſitis, & adquirendis, teſtari, &c. Datis Romę anno 1486. vndecimo kalendas Septembris, Pontificatus ſui anno 2.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Magiſter, & fratres petunt moderationem in quibuſdam articulis.*
2 *Papa remouet periculum peccati mortalis, & num. 1.*
*Notanda eſt iſta bulla, pro diſpenſationibus: quod non tollit obſeruantiam regularem, ſed peccati mortalis periculum. Ibid.*
3 *De regula S. Iacobi, quod a Papa nominatur regula.*

## Fragm. ex bulla Innoc. PP. 8. de certis diſpenſationibus.

§. 33.

1 *Cox. deſpenſ. Apoſt.*

INNocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romani Põtificis gratioſa benignitas, votis illis libẽter annuit, per quę perſonarum quarumlibet pręſertim ſibi & Apoſtolicæ Sedi deuotorum ac pro religionis Chriſtianę, & fidei defenſione



ſione aduerſus infideles continue, non ſine perſonarũ ſuarum periculis militantium ſtatui, & quieti valeat ſalubriter prouideri. Sane pro parte dilectorum filiorum Alfonſi de Cardenas Magiſtri, & vniuerſorum Priorum, Pręceptorum, & fratrũ militiæ S. Iacobi de Spatha, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod licet in fundatione, & inſtitutione dictæ militię, quæ ad pugnã, & contra Sarracenos Chriſti nominis hoſtes inſtituta, & fundata fuit, eiuſq; regula, & ſtabilimentis de ſuper editis quã plurima fuerint ordinata, & inter alia circa votum quod fratres prædicti de obſeruando caſtitatem coniugalẽ emittunt quod in certis feſtiuitatibus, & earum vigilijs ac nonnullis alijs diebus ad eorum vxores accedere non poſsint, ac cum debita attẽtione certas dominicas, & alias orationes loco diuini officij, ſiue diuinarum horarum in certis horis diei dicere, & illas bene pronuntiare, & hora matutina, ad matutinas, ſiue alias orationes loco earum dicendas, ſurgere, necnon cum horas Beatæ Mariæ virginis in quibuſcunq; diebus, pręterquã in eius feſtiuitatibus, & certos Pſalmos in alijs horis canonicis audiuerint, ſtando, & non ſedẽdo, audire, & in certis diebus plura genera carnium non comedere, & in principio quarũcunque horarum quas ipſi dicunt (præterquam in diebus feſtiuis) flexis genibus vnã orationem dominicam dicere, & miſſam ſingulis diebus audire & in menſa ſilentium ſeruare, & lectionem diuinarum ſcripturarũ audire, & certas benedictiones, & orationes dicere teneantur, ac ad plures alias obſeruantias ceremonias, & abſtinẽtias obligẽtur, & ob illorũ non obſeruationem peccatum mortale incurrant. *Et infra.* in quodã Capitulo generali inter eos celebrato decreuerunt, & 2
ordinauerunt vnanimi omnium conſeſſu ad euitandum animarum ſuarum periculum, propter peccatum mortale, quod pro qualibet transgreſſione, vt præfertur incurrunt. Aliquam in præmiſſis moderationem obtine-

re.

re. Quare pro parte eorundem Magiſtri, Priorum, Præcep
torum & fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſu-
per his oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dig
naremur, Nos igitur qui animarum periculis, &c. *Et infra.*
Huiuſmodi ſuplicationibus inclinati quod de cætero per
petuis futuris temporibus, ſi cōtingeret, Magiſtrū pręcep-
tores, & fratres dictæ militiæ qui nunc ſunt: & pro tempo
re fuerint ad eorum vxores, prout alij Chriſti fideles fa-
2 ciunt, accedere, ac dominicas & alias orationes ad quas
iuxta dictam regulam obligantur quacumque hora diei
dicere, ac miſſas, & alias horas canonicas audiendo ſta-
re, vel ſedere, ſeu aliquam interpoſitionem facere, aut
non attente audire, ſeu illas propter occupationem belli
vel infirmitatis, aut alias legitimas occupationes non di-
cere: vel aliquas earum propter obliuionem ommittere,
aut lectiones in menſa, & miſſam ſingulis diebus non au
dire, aut benedictionem menſæ non dicere, & plura ge-
nera carnium comedere, & alia prædicta non obſerua
re, nihilominus propterea peccatum mortale non incur-
rant, ſed ea tanquam leues culpas eorum confeſſoribus
confitendo, & pœnitentias per eos ipſis iniungendas ad
implere, plene ſatisfaciant, & ſatisfeciſſe cēſeantur. Quod
que Magiſter præfatus de conſilio Priorū & tredecim ele
ctorum dictæ militiæ, in præmiſsis, & alijs in quibus cum
Magiſtro, Prioribus, Præceptoribus, & fratribus prædi-
ctis per præſentes & alias noſtras literas diſpenſauimus,
regulam prædictam, iuxta preſentium, & aliarum litera
rum prædictarum formam corrigere, & emendare libe-
re, & licite poſsit: autoritate Apoſtolica tenore præſen-
tium ſtatuimus, decernimus & ordinamus, ac dicto Ma-
3 Magiſtro regulam prędictam modo præmiſſo corrigen-
di, & emendandi plenam, & liberam licentiam concedi
mus pariter, & facultatem, non obſtantibus, &c. *Et infra.*
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-
ſtræ



ſtrę abſolutionis, ſtatuti, conſtitutionis, ordinationis, & conceſsionis infringere, &c. Dat. Romę, apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę. 1486. prid. Idus Octob. Pontificatus noſtri anno 3.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Eccleſia aſſumpſit ſibi in milites fratres S. Iacobi.*
2 *Fratres S. Iacobi ducunt uitam actiuam, & contemplatiuam.*
3 *Tria uota emittunt.*
4 *Tutiſsimum præſtiterunt, & præſtant auxilium Eccleſiæ.*
5 *Regula & priuilegia roborantur, ut profeſsionis ſuæ opus indeſinenter peragant.*
6 *Papa fratres nominat Religioſos, & quod eorum inſtitutum continet regulam, & ordinem, & eum approbat.*
7 *Si dubia circa regulam occurrant, magiſter cum capitulo, non mutata ſubſtantia, declaret.*
8 *Priuilegia conceſſa, & concedenda manent ſalua.*

## Fragmenta ex Bulla Iulij Papæ 2. qua de certa ſcientia confirmat Bullam Alexandri Papæ 3. & regulam Sancti Iacobi.

### §. 34.

IVLIVS Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Militans Eccleſia quæ fortiſsimis aduerſarijs non caret, ad ſui defenſio-
nē plurimos, & diuerſi generis milites, & athletas fortes,
& inter cęteros Fratres militiæ S. Iacobi de Spatha aſſum 1
pſit. Qui vitam actiuam, & contemplatiuam ducentes, 2
ſimulque coniugalem pudicitiam ſeruantes, ac quaſi do- 3
mino, cui ſe, ſuaque bona obtulerunt, tria tabernacula fa
ciētes: Chriſtianę, Catholicæq; Fidei, aduerſus eius acer-
rimos hoſtes, tutiſsimum præſtiterunt hactenus, & in dies 4

*Caxon cō firmationes Apoſtolicas.*

F præſtant

preſtant auxilium pariter & præſidium. Vnde Nos quime
ritis licet inſuficientibus diuina diſponente clementia,
eiuſdem militantis Eccleſiæ gubernacula gubernamus-
eorumdem fratrum Religionis zelum vitamque lauda:
bilem, & actus commendatione dignos, debita medita-
tione penſantes, non immerito eorum regulam, conce-
ſſaſque eis immunitates, ac alia Priuilegia, & indulta ip-
ſis quodammodo ad verſus eiusdem fidei Chatolicę hos-
tes arma ſubminiſtrando Apoſtolico munimine ſub for
5 ma infra ſcripta roboramus: vt tanto validius feruentuis
que profeſsionis ſuæ opus indeſinenter peragant: quo plu
ribus, & quodam modo inconuincibilibus armis protec-
tos, atque communitos ſe eſſe cognouerint. dudum ſi
quidem a felicis recordationis Alexandro Papa. 3. prę-
deceſſorę noſtro emanarunt literę tenoris ſubſequentis.
Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs
Petro Ferdinandi Magiſtro militię Beati Iacobi, eiuſque
Fratribus Clericis, & laicis tam pręſentibus quam futu-
ris communem, vitam profeſsis in perpetuam memoriam
Benedictus Deus. *Et infra.* Deinde ſicut, exhibita nobis, nu
per pro parte cariſsimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi
Aragonum, & Sicilię Regnorum Regis Illuſtris, Magiſtra
tus eiuſdem militiæ adminiſtrator per Sedem Apoſtoli-
cam deputatus exiſtit, ac dilectorum filiorum Priorum
Præceptorem &c. *Et infra.* Petitio continebat. Quod bo-
nę memoriæ Albertus, vt creditur eiuſdem tituli Sancti
Laurentij Presbirer Cardinalis in dictis literis pręfati
Alexandri prędeceſſoris ſubſcriptis, gerens ad dictam
militiam ſingularem deuotionis affectum, infra ſcriptam
regulam, deinde procemium cauſa inſtitutionis dictæ re-
gulę & militiæ continens præpoſitum extitit, cum eiuſ-
dem regulę pœnali correctorio, vt aſſeritur conſcripſit te-
noris infra ſcripti. Qui talis eſt, videlicær. Sancti ſpiritus
gratia in his, vltimis temporibus partes Hiſpaniarũ &c.
Et



*Et infra.* explicit regula Ordinis militię S. Iacobi de Spata. 6
Quare pro parte Regis adminiſtratoris, Priorum, Pręcep
torum & fratrum prædictorum, ac aliorum religioſorum
dicti Ordinis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiſdem
literis Alexandri Prædeceſſoris pro illarum ſubſiſtentia
firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, ac
eandem regulam, & tranſgreſionem regulæ correcto-
rium perdictum Albertum Cardinalem (vt præfertur)
editam: approbare, & confirmare, & alias in præmiſis op
portune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignare-
mur. Nos igitur conſiderantes ordinem prædictum, & il-
lius inſtitutionem, ac ſtatuta, & ordinationes regulæ, &
correctorij per dictum Albertum Cardinalem, vt pręfer-
tur editas, rationabilia, & honeſta, ac Sanctæ, & pie viuen
di normam, & ordinem continere. Regis & adminiſtra-
toris, ac Priorum Præceptorum fratrum & religioſo-
rum prędictorum in hac parte ſupplicationibus inclina-
ti, literas Alexandri Prædeceſſoris, ac regulam & corre-
ctorium ſupradictum, ac omnia & ſingula ſuperius ex-
preſſa ſtatuta, & ordinationes, & in illis conteta quæcum
que pro vt iacent: Apoſtolica autoritate tenore pręſentiũ
approbamus, & cõfirmamus, ac perpetuę firmitatis robur
obtinere debere decernimus. Supplẽtes oẽs & ſingulos de
fectus, tã iuris, quã facti, ſiqui forſam in ordinatione regu-
læ prædictæ & alijs pręmiſis perdictũ Albertũ Cardinalẽ
editis inter venerint. Et ſi forſam ſupradicta regula, & il-
lius ſtatutis, & ordinationibus, ac capitulis ſupradictis, 7
ſeu aliquo, aut aliqua particula eorũ, aliqua dubia exori
ri cõtingat eiſdẽ regi ac pro tẽpore exiſtẽti, ſeu exiſtẽtibus
Magiſtro ſeu adminiſtratori, aut adminiſtratoribus dictæ
militiæ, in capitulo, ſeu capitulis generalibus, de conſilio
priori, & pręceptorum, ac tredecim electorũ inibi tũc exi
ſtentium ſeu maioris partis eorum, ſingula dubia quę
circa dictam regulam, & illius capitula, ac qualrter illa

 intelligi

intelligi, ſeu obſeruari, aut adimpleri debeant: pro tempore occurrere contingerit: non mutata ſubſtantia ipſius regulæ: declarandi licentiam, & facultatem, ac auctoritatem, & poteſtatem dicta auctoritate Apoſtolica concedimus per pręſentes. Per hoc autem priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus ac alijs gratiis conce-
8 ſſionibus, & indultis, Prioribus, Præceptoribus, Fratribus, Religioſis, & Militibus, ac ordini prædictis per Romanos Pontifices, ſeu Sedem prædictam, aut Legatos eius, tam in genere, quam in ſpecie conceſsis hactenus, & in poſterum concedendis non intendimus in aliquo derogare. Sed volumus, decernimus, atque declaramus, approbatione, confirmatione, & ſuppletione. & priori decreto, prędictis nequaquam obſtantibus, huiuſmodi priuilegia, exemptiones, libertates, immunitates, cōmiſsiones, gratias, & indulta ordini, Prioribus, Pręceptoribus, Fratribus, Religioſis, & Militibus prędictis, vt præfertur conceſſa in ſuis, robore & firmitate permanere, non obſtantibus, &c. Dat. Romę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1507. pridie Kal. Nouemb. Pontificatus noſtri anno 4.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1. *Rex Caſtellæ eſt adminiſtrator ordinis S. Iacobi, auctoritate Apoſtolica.*
2. *Conceſſa eſt Bulla iſta ad petitionem ordinis.*
3. *Magiſter auctorittate Apoſtolica habet iudicare Fratres S. Iacobi in cauſa homicidij.*

## Bulla Leonis Papæ 10. de iudicandis Fratribus, ſi commiſerint homicidium.

§. 35.

LEO



LEO Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, cariſſimo in Chriſto Ferdinando Aragonum, & vtriuſque Siciliæ Regi Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam bene- *Cap. BB. de diſpenſationes.*
dictionē. Exigunt pręclara tuæ deuotionis merita, quibus 1
nos & Romanā Eccleſiam reuereris, vt votis tuis per quę perſonas tuæ iuriſdictioni & ſuperioritati, ab Apoſtolica Sede commiſſas: quas Dei timor a malo nō reuocat: poſſitis tuę, & qui tibi in eiſdem iuriſdictioni & ſuperioritate ſucceſſerint imminētis pœnæ metu & libera in delinquen-
tes animaduertendi facultate in bene viuendi norma, & 2
iuſtitiæ ſemita continere, fauorabiliter annuamus. Sane pro parte tui, qui etiam Magiſtratus militiæ S. Iacobi de ſpatha perpetus adminiſtrator per ſedem prędictam deputatus exiſtis: ac dilectorum filiorum vniuerſorum Priorum, pręceptorum fratrumque dictę militiæ exhibita nobis nuper petitio continebat, quod licet in ſtatutis, & conſuetudinibus eiuſdem militiæ, vel etiam Priuilegijs & indultis Apoſtolicis illi conceſsis, inter alia habeatur expreſſe, quod ſi aliquis eiuſdē militiæ frater, aut miles in cuiuſuis etiam dictæ militiæ fratris, aut militis, vel propriæ vxoris, vel aliam quamlibet perſonā homicidium commiſſerit: quam cito fieri poſſit in carcerem detrudatur, & conijciatur in vincula: ibique per annum, & vltra donec per pro tempore exiſtentem Magiſtrum dictæ militiæ ſedes Apoſtolica conſulatur, & illius auctoritate pro cōmiſsi qualitate delicti, ipſi homicidę pænitentia imponatur, pœnitentiā peragat, &c. Etsi huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnes & ſingulas pœnitētiarū,
& pænarum impoſitiones, & inflictiones hactenus contra 3
quoſcunque homicidas dictę militię fratres ſiue milites per te, & tuos predeceſſores huiuſmodi hactenus factas, cum abſolutionibus & remiſsionibus inde ſequutis, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium ratas habemus, adque gratas, ſuppleműſque omnes & ſingulos defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, necnon tibi, tuiſque



in

in magiſtratu,vel adminiſtratione huiuſmodi ſucceſſoribus dictę militię Fratres ſeu milites qui in homicidij etiam, vt præfertur calificati reatus pro tempore inciderint,& qui iam forſam inciderunt, & aduch abſoluti non ſunt prout delicti qualitatibus,& circunſtantijs conſideratis conuenit, puniendi, & caſtigandi, & pænitentia per acta ſeu pæna ad impleta abſoluendi, aliaq; omnia, & ſingula circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi plenam, & liberam autoritate & tenere prędictis, licentiam & facultatem concedimus imperpetuum.Non obſtantibus.&c.

Datis Romæ, apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę. 1514. 16. Kal.Iulij Pontificatus noſtri, anno.2.

Hæc Bulla ponitur de verbo ad verbum, in libro noſtro Origen dela orden de SanTiago.ad Regulam cap.47.

## Summarium ex Bulla ſequenti

1 *Militiæ S. Iacobi Calatrabæ, & Alcantaræ Erectæ ſunt in Regnis Hiſpaniæ.*
2 *Inſtitutæ contra hoſtes. Fide*
3 *Vniuntur Coronæ Regni Caſtellæ, & legionis ad perpetuum.*
4 *Vt earum regimen in melius procedat, & fratrum militum diciplina ſolertior euadat.*
5 *Magiſtratuum, ſunt onera conſueta ſupportanda.*

## Fragmentum ex Bulla Adriani Pp. 6. de vnione Magiſtratuum Coronæ Regiæ.

§.36.

*Ex lib. in quo ſunt Bul. ſcriptæ & hæc Bulla impreſſa circũfertur.*

ADRIANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dum intra noſtræ mentis arcana debita meditatione penſamus. S. Iacobi de Spatha ac de Calatraua, & de Alcantara in

Regni



Regnis Hiſpaniarum erectas militias propterea inſtitutas fuiſſe, vt contra Orthodoxæ fidei hoſtes, & inimicos firma quędam, & valida pręſidia eſſent: earumque milites infidelium expugnationi, ac Regnorũ ab ipſis infidelibus occupatorum recuperationi iugiter vacarent, ſtrenuaque ipſorum virtute, & opera proximis annis non ſolum quam plurimas ciuitates & loca, ſed aliquot etiam principatus Dominia,& regna quæ infideles Mauri occupauerant,& per multos annos detinuerant, non ſine proprij Sanguinis Efuſione, cum magna Chriſti non inis gloria recuperata,& ad fidem Chriſti redacta fuiſſe conſideramus. *Et infra.* Dignum merito cenſemus, & con- 3
gruum, vt militiæ predictæ Coronæ Regni Caſtellæ & Legionis perpetuo applicentur non minus, vt Caroli ipſius in Imperatorem electi ſtudia & conatus ad profligandos & ſubigendos Infideles Barbaros, concedente Domino creſcant, & augeantur: quam vt ipſarum militiarum felix, & proſperum Regimen ſemper in melius procedat & illorum militum diſciplina ſolertior euadat. 4
*Et infra.* Si autem Magiſtratus ipſi coronæ Regiæ Regis Caſtellæ ac legionis huiuſmodi pro tempore exiſtentis perpetuo vnirentur annecterentur & incorporarentur, ita tamen quod ex illorum huiuſmodi vnione, tituli ſingulorum Magiſtratuum huiuſmodi, ad infra ſcriptum effectum extincti non cenſeantur, illi per regem ipſum longe melius Regi, & gubernari poſſent. Curaretque
Rex ipſe vt illarum militiarum milites idonei, & in arte 5
militari adeo periti, & experti eſſent. Vt de illis merito ſperari Poſſet. Quod non ſolum dicta regna ab infidelibus defenderent, ſed ipſum regem ad expeditionem contra Turcas,& alios Infideles maritima Claſſe ac terreſtri exercitu ſuſcipiendam & proſequendam vltro ſolicitarẽt,& incitarent. Scãdaliſque & diſſenſionibus inter ipſos præceptores ſeu milites electores, ac alijs periculis quæ

 exori-

exoriri poſſent obuiaretur, ipſeque Carolus Rex in Im-
peratorem electus, ad ſanctum pacis & vnionis Regum,
& Principum opus, quod pro totius Chriſtianę reipubli-
cæ neceſſaria defenſione, ac contra hoſtes Turcas felici
expeditione perficere, & concludere deſideramus, pro
ſua religione, & deuotione in hanc ſanctam Sedem nos
plurimum iuuare, ac remplulicam Chriſtianam a tam
graui periculo, in quo conſtituta eſt diuina fauente gratia
liberare poſſet: ac omnia pro fidei Catholicæ exaltato-
ne, ac infidelium barbarorum depreſsione libentius, & cō
ſtantius facere non ceſſaret. Similiterque eius ſucceſſores
facere parati eſſent, militeſque dictarum militiarum ſub
Regis huiuſmodi diſciplina magiſtrali, & experti & ad cō
ferendum manus contra Turcas, & infideles huiuſmodi
multo promptiores, & alacriores rederentur, &c. *Et infra.*
Magiſtratus prædictos, &c. *Et infra.* perpetuo vnimus, an-
nectimus, & incorporamus, ita quod ius adminiſtrandi
ipſos magiſtratus, ſiue in virum, ſiue in mulierem cum co
rona tranſeat, & omnia quæ ipſi Magiſtri qui pro tempo-
re fuerunt, facere & exercere conſueuerant facere, & exer
cere, ac commendas ipſas, & preceptorias, & alia beneffi
cia militiarum huiuſmodi, perſonis idoneis conferre, li-
bere poſsit in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi vnio
huiuſmodi quo ad præmiſſa dūtaxat minime facta fuiſſet,
5 &c. *Et infra.* prouiſo quod dicti Magiſtratus debitis propte
rea nō fraudentur obſequijs, ſed eorū congrue ſupporten
tur onera cōſueta, &c. *Et infra.* Nulli ergo &c. Dat Romæ
apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicę 1523. 4. no
nas Maij Pontificatus noſtri anno primo.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *De Religioſis perſonis.*
2 *De militijs regularibus.*
3 *Militia S. Iacobi, eſt ſub Regula S. Auguſtini.*

4 Caro



4 *Carolus Rex adminiſtrator eſt eius, in ſpiritualibus, & temporalibus.*

## Fragmentum ex Bulla Clementis Papæ 7. de medijs annatis.

### §. 37.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, *Et*
*infra.* Paſtoralis officij, nobis meritis licet impari- *Caxon te*
bus, ex alto cōmiſsi ſolicitudo requirit, vt ad ea, *ſoro.*
per quę religioſarum perſonarum quarumlibet, preſer- 1
tim ſub regularibus militijs ſtudio piæ vitæ vacantium 2
profectui, & iurium conſeruationi conſulatur, libenter in
tendamus, ac de ſuper eiuſdem officij partes fauorabiliter
impartiamur, prout Catholicorum Principum expoſcit
deuotio, & id in domino conſpicimus ſalubriter expedi-
re. Sane cariſsimus in Chriſto filius noſter Carolus Ro-
manorum Rex Catholicus in Imperatorem Electus, qui
etiam Caſtellæ, & legionis, ac Aragonum Rex, & militiæ
S. Iacobi de ſpatha ſub Regula S. Auguſtini perpetuus ad 3
miniſtrator in ſpiritualibus & temporalibus per Sedem
Apoſtolicam deputatus exiſtit, nobis nuper exponi fe- 4
cit, &c. Datis Romę apud S. Petrum anno Incarnationis
Domini 1529. Idus Iulij, Pontificatus noſtri anno 6.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Fatres S. Iacobi ſunt ſub Regula. S. Auguſtini.*
2 *Ter in anno confiteri tenetur.*
3 *Fratres milites. S. Iacobi, domino militant.*
4 *Præceptum confitendi in feſto Pentecoſtes, transfertur ad feſtum Aſſumptionis B. Mariæ.*
5 *Pater & Aue Maria pro defunctis, in 20. Miſſas ſingulis annis commutantur.*
6 *Regula legenda, ter in anno.*

 Bullæ

## Fagmenta Bullæ Clementis Papæ. 7. de quibuſdam diſpenſationibus-

§. 38.

Clemens Papa 7.

Cax. BB. de diſpẽſ.

DILECTIS filijs præceptoribus,& fratribus mi
litibus militiæ S. Iacobi de Spathta, ſub Regula
S. Auguſtini Canonicorum regularium.
Dilecti filij, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.
exponi nobis nuper feciſtis, quod licet vos iuxta laudabi-
lia ſtatuta, conſtitutiones, ordinationes, & ſtabilimenta
1 veſtrę militiæ Sancti Iacobi de ſpatha, ſub regula Sancti
Auguſtini canonicorum regularium, ter in anno, videli
2 cet in Paſchatis, & Pentecoſtes, ac Natiuitatis Domini
noſtri Ieſu Chriſti feſtiuitatibus, confiteri. & pro ſingulo-
rum dictæ militiæ, pręſentium videlicet centum quinqua
ginta, abſentium vero militum quinquaginta, familiariũ
autoritate etiam præſentium ſimiliter quinquaginta, ab-
ſentium pro tempore decedentium animarum ſalute xiij.
Pater noſter,& totidem Aue Maria, orationes dicere. nec
non regulam eiuſdem militię, in qua præcepta mores &
inſtituta illius deſcripta ſunt, ſemel ſingulis menſibus le-
gere teneamini: quia tamen tam clariſsimus in Chriſto fi
lius noſter Carolus Romanorum Imperator ſemper Au-
guſtus, qui etiam Caſtellę,& legionis Rex ac pręfatæ mili
tiæ per Sedem Apoſtolicam deputatus perpetuus admi-
niſtrator exiſtit, quam qui cum ſequimini, plures ex vo-
bis vt plu imum Peregrinamini,&de loco ad lo um tran
ſitis, vtrumque multi ipſius Caroli Imperatoris, & admi
niſtratoris ſeruitijs dicati,& aſcripti, aut per obliuionem,
aut occupationem ſeu alias orationes dicere, ac regulam
huiuſmodi legere omittitis,&c. *Et infra*. Nos igitur qui ſin-
gulorum, pręſertim domino militantiũ conſcientię quie
3 ti,& animarum ſaluti prouidęre totis deſideramus affecti
bus,



bus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vobis,& pro tẽ
pore exiſtentibus pręceptoribus,& fratribus militibus di-
ctę militię, pręceptum cõfitendi de feſto Pentecoſtes, ad 4
feſtũ Aſſumptionis transferẽdi ac orationes Paternoſter,
& Aue Maria in celebrationẽ viginti miſſarũ, ſingulis an
nis commutandi: necnon regulę lecturã huiuſmodi de ſe- 5
mel quolibet menſe, ad ter in anno, videlicet quãdo in di-
ctis paſchatis,& Aſſumptionis, ac natiuitatis feſtiuitati- 6
bus confitebimini dũtaxat, redeũdi, ita quod pro ſatisfa-
ctione regulę vr̃æ huiuſmodi circa præmiſſa vobis,& cuili
bet veſtrũ annuatim in Paſchatis & Aſſumptionis, ac na
tiuitatis feſtiuitatibus cõfiteri,& loco orationũ Pat. noſt.
& totidẽ Aue Maria, viginti miſſas celebrari facere, necnõ
regulã huiuſmodi ter in anno videlicet quãdo vt præfertur
confitebimini perlegere, perinde ſufficiat,& hæc anima-
bus decedentiũ huiuſmodi, per modũ ſufragij ſufragẽtur,
ac ſi vos & pro tẽpore exiſtentes pręceptores,& fratres mi
lites præfati præmiſſa omnia & ſingula prout ante pręſen
tiũ data inſtituta,& ordinata erãt omnino adimpleretis,
& adimplerent. autorita. Apoſtolica tenore præſentium
licentiã concedimus,&c. Dat. Romæ anno 1531.

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Militia S. Iacobi eſt ſub regula S. Auguſtini canonicorũ regulariũ.*
2 *Fratres clerici non conuentuales teſtari poſſunt, & de quibus.*
3 *Inuentarium dare tenentur priori ſingulis annis.*
4 *Et unoq oque trienio petere licentiam ad teſtandum.*
5 *Bona conſumenda in honeſtos uſus.*
6 *Conuentuum quorundam, fit mentio.*
*Priores non poſſunt dare licentiam conentualibus, ad teſtandum. Ibidẽ*

## Ex bulla conceſſa fratribus Clericis S. Iacobi ad teſtandum tranſcripſi ſequentia.

§. 39.

Cax. BB. exemp.

PAVLVS. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad
perpetuam rei memoriam. Rationi congruit,&c.
*Et infra*. Dudum ſiquidem felicis recordationis
Cle-

Clementis Papæ vij. prædeceſſori noſtro, pro parte cariſ-
ſimi in Chriſto filij noſtri tunc ſui Caroli Romani Impera-
toris ſemper Auguſti, qui etiam Caſtellæ & legionis ac
Aragonum Rex, & militię Sancti Iacobi de Spatha ſub
Regula Sancti Auguſtini Canonicorũ Regulariũ perpe-
tuus adminiſtrator in ſpiritualibus & tẽporalibus per Sedẽ
Apoſtolicã deputatus exiſtebat, *& inf.* ſuo & Priorũ ac fratrũ
militię huiuſmodi nominibus prædictis eidẽ prędeceſſori
humiliter ſupplicato, vt eiſdem fratribus Clericis non cõ-
uentualibus, ſeu in Monaſterijs dictæ militiæ, pro conuẽ-
tualibus non deſeruientibus, de bonis ſuis (vt præfertur)
teſtandi licentiam concedere &c. *Et infra.* quantum cum
Deo poterat libenter annuebat &c. *Et infra.* ſubdat. Vide-
licet decimo octauo Kalen. Ianuarij Pontificatus ſui an-
no nono, de Vcles, & Sancti Marci Prioratuum prædic-
torum Prioribus tunc, & pro tempore exiſtentibus, &
2 cuilibet eorum, vt de conſilio alicuius ex anciannis Mo-
naſterij, in quo dicti fratres Clerici in Monaſterijs præ-
dictis profeſſionem emiſiſſent eiſdem fratribus Clericis
non conuentualibus in Monaſterijs prædictis, ſeu pro cõ-
uentualibus non deſeruientibus licentiam & facultatem
de quibuſcunque bonis per eos tam ratione Prioratuum,
quam aliorum beneficiorum quorumcunque, præter quã
ſecularium, aut aliorum, quam dictæ militiæ ordinum,
quam alias vndecunque ſua induſtria licite acquiſitis teſ-
tandi, & de illis diſponendi, ſic tamen quando quilibet
ex eiſdem fratribus non conuentualibus, ſeu pro conuen-
tualibus, non deſeruientibus vniuerſorum bonorum iu-
rium actionum & pertinentiarum ſuorum, annis ſingulis
alteri ex de Vcles, & Sancti Maci, Prioribus pro tempore
3 exiſtentibus, inuentariũ dare tenerentur: nec non quod
4 Licentia huiuſmodi teſtandi per eoſdem priores conce-
denda per triennium, & non vltra duraret: quo elapſo,
ipſi fratres Clerici non conuentuales in Monaſterijs præ-
dictis,

dictis, ſeu pro conuentualibus non deſeruientes licentiã 4
huiuſmodi de nouo repetere ſingulis triennijs teneren-
tur, & ſi ex negligentia vel malitia ipſi fratres Clerici
non Conuentuales in Monaſterijs prædictis ſeu pro cõuen
tualibus non deſeruientes, inuentarium bonorum ſuorũ
(vt præfertur) dictis Prioribus dare negligerent, aut recu
ſarent: licentia huiuſmodi per eos obtenta, ac inde ſecu-
ta, nullius eſſet roboris, vel momenti, nec in aliquo ſu-
fragaretur. quodque dictis fratribus Clericis non con-
uentualibus ſeu in Monaſterijs militiæ huiuſmodi pro cõ-
uentualibus non deſeruientibus obtenta licentia huiuſ-
modi, vel abſquæ illa ab inteſtato decedentibus, Monaſ-
terium in quo ſinguli fratres clerici non conuentuales,
ſeu in Monaſterijs prædictis pro conuentualibus non de-
ſeruiẽtes profeſsi eſſent, in bonis, iuribus, & actionibus
huiuſmodi in omnibus, & per omnia ſuccedere deberet,
prout, eatenus conſueuerat, & quando ipſi fratres cleri-
ci non conuentuales, ſeu in Monaſterijs prædictis pro
conuentualibus non deſeruientes, licentia huiuſmodi
per eos obtenta in ſuis teſtamentis, codicillis ſeu vltimis
voluntatibus, ac quibus vis diſpoſitionibus per eos, de bo-
nis ſuis pro tẽpore factis, & conditis, aut faciendis, & con
dendis, quintam partem omnium bonorum, & ſigulorum
iurium, & actionum ſuorum deductis debitis, & oneri-
bus, conuentui Monaſterij, in quo profeſsionem emiſsiſ-
ſent, reliquas vero partes bonorum huiuſmodi quibuſuis
perſonis ſibi gratis, & acceptis, non tamen filijs ſeu ne po 5
tibus ex dãnato coitu procreatis, nec adulteris, ſeu in ho-
neſtis, aut quarum conuerſatio a iure eſſet eis prohibita
mulieribus relinquere poſſent, & valerẽt cõcedẽdi, & elar
gẽdi plenã & liberã auctoritate Apoſtolica, &c. *Et infra.* Au
ctoritatem, & facultatem conceſsit. Decernens, Priores
præfactos, ex fratribus pro conuentualibus huiuſmodi
tam in de Vcles, & Sancti Marci huiuſmodi quam S. Ia-
cobi de Spata Hiſpal. & B. Marię de Tudia, ac de Villar de
donas

donas,& S.Momi de Vega,ac aliorum conuentuũ dictæ militiæ,ſiue præſentibus, & reſidentibus ſiue abſentibus licentiam huiuſmodi concedere nullomodo poſſe, &c. *Et infra.* Volumus,& ſimiliter auctoritate Apoſtolica decernimus quod abſolutio,conceſsio,& decretum Prędeceſſoris huiuſmodi perinde a dicta die decimo octauo Kalend.Ianuarij ſuum ſortiantur effectũ:ac ſi ſuper illis ipſius prædeceſſoris literę ſub eiuſdem diei. Dat.confectæ fuiſſẽt,prout ſuperius enarratur &c.nulli ergo &c.dat.Romæ apud S.Petrum anno incarnationis Dominicę 1534. tertiononas Nouembris.Põtificatus noſtri anno primo.

## Summarium ex bulla ſequenti.

1 *Ordo militaris S. Iacobi eſt ſub regula S. Auguſtini.*
2 *Fratres milites in ea faciunt regularem profeſsionem.*
3 *Præceptoriæ conferuntur fratribus profeſsis per collationem canonicam,& non nouitijs.*

## Fragmentum ex quadam bulla Pij PP. 4. de quadam diſpenſatione in materia legitimationis cuiuſdam fratris militis, ad ſuſcipiendum habitum ordinis S.Iacobi.

## §. 40.

*Archiuo de Veles in quadam arca.*

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,&c. *Et infra* Ex poni ſiquidem nobis nuper feciſti, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus qui etiam militiæ S.Iacobi de Spatha ſub regula S.Auguſtini perpetuus adminiſtrator, ex indulto apoſtolico exiſtit,habitum per milites dictæ militię geſtari ſolitum,tibi tradere,& ad profeſionem per eoſdem milites emitti ſolitam te recipere intendit. Verum licet tu &c.tamen,&c. dubitas propterea iuxta regularia ſtatuta & difinitiones,conſtitutiones,necnon ſtabilimenta



ta militię huiuſmodi Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata,ac approbatas,& confirmatas,ad ſuſceptionẽ habitus per milites dictæ militiæ geſtari ſoliti,& profeſſionis regularis,per eoſdẽ milites emitti ſolitæ emiſionẽ inhabilẽ eſſe,ac ideo ab ea repelli . Quare idẽ Philippus & perpetuus adminiſtrator,& tu,nobis, humiliter ſupplicari feciſtis vt tibi, &c. *Et infra.* Nos igitur huiuſmodi ſuplicationibus inclinati, tibi quod militiæ prædictę habitũ (ut prefertur)ſuſcipere & profeſionem regularem emittere.Et poſtquam habitum ſuſceperis,& profeſionem emiſeris:quaſcumque præceptorias militiæ prædictæ tibi canonice conferendas aſſequi,& recipere,ac quo ad vixeris retinere libere,& licite poſsis & valeas,conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac militiæ & ordinis huiuſmodi &c.nequaquam oſtantibus, &c. Dat. Romæ aput S.Petrum ſub annullo piſcatoris,die tertia Octobris 1562.Pontificatus noſtro anno 3. 3

## Sumarium ex bulla ſequenti.

1 *Militia S. Iacobi eſt ſub regula S. Auguſtini.*
2 *Confiamatio Apoſtolica de ſtabilimentis ordinis.*
3 *Milites S. Iacobi ſunt regulares.*
4 *Profeſsionem emittunt regularem.*
5 *Fructus præceptoriarum,in laudabiles uſus conuertendi.*
6 *Præceptoriæ, ſeu commendæ dantur in titulo.*

## Bulla Pij PP. 4. de diſpenſatione cuiuſdam militis,vt habitũ recipiat& commendam.

## §. 41.

*In eadem arca.*

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Dilecte filij ſalutẽ,& Apoſtolicã benedictionẽ. Exponi ſiquidẽ nobis nuper feciſti,quod cariſsimus in Chriſto filius noſtri Philippus Hiſpaniarũ Rex Catholicus,qui etiã militię S.Iacobi de ſpata ſub regula. S. Auguſtini perpetuus adminiſtrator exiſtit,grata ſeruitia & obſequia, quæ

Maieſta:

Maieſtatis ſuę quondam genitor tuus dum viueret triremium Hiſpanię generalis prefectus in religionis Chriſtianæ, & fidei Catholicę beneficiũ aduerſus Turcas, & alios infideles pio, ac intrepido animo, ac alijs rebus impedit &c. *Et infra*. Conſiderans, & netu obitui genitoris pręfati interitum, rebus ad commodam iuxta nobilitatis tuę gradum ſuſtentationem neceſſarijs omnino deſtitutus remaneas, prouidere volens pręceptoriam de Merida nuncupatam dictæ militiæ per dicti Ioannis (vt pręfertur) defunctũ obitum vacari, tibi conferre, concedere & aſignare intendat, & quia tu ad recipiendum habitum per milites dictæ militiæ geſtari ſolitam, & profeſionem per eoſdem milites emitti ſolitam, defectum ætatis in ea ætate in qua ad præſens conſtitutus exiſtis, pateris. Dubitas prop-
2 terea iuxta regularia ſtatuta, & diffinitiones, ac conſtitutiones, necnõ ſtabilimenta militiæ huiuſmodi Apoſtolica auctoritate approbata, & cõfirmata, ac approbatas, & cõ-
3 firmatas ad ſuſcipiendum habitum per dictos milites geſtari ſolitum, & profeſsionem regularem per eoſdem milites emitti ſolitam, ac ad obtinendum dictam præceptoriam incapacem eſſe. quare dictus Philippus Rex, & perpetuus adminiſtractor, ac tu nobis humiliter ſupplicari feciſtis. Vt tibi in præmiſis de opportuno remedio prouidere dignaremur, nos igitur vt tu, qui ex vtroque parente nobilis exiſts, iuxta tuam nobilitatem commode ſuſtentari valeas, & vt eo prõptiori animo in eiuſdem Philippi Regis, & vniuerſalis Eccleſiæ cum expedierit obſequijs tegeras, quo te a nobis, & dicto Philippo Rege ampliori, & ſpecialis gratiæ dono amplexum eſſe perceperis, necnon deſiderio præfati Philippi Regis in hac parte faborabiliter annuere volentes; tecum, vt ex nunc in quacunque ætate conſtitutus exiſtas habitum per frates dictæ militię geſtari ſolitum, ſuſcipere, necnon poſtquam habitum hu-
4 iuſmodi ſuſceperis, & ante quam profeſionem regularem





per dictos milites emitti ſolitam, ętatis defectu emittas dictam Præceptoriam in adminiſtrationem recipere, & retinere, illiuſque fructus redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcunque iam decurſos, &
in futurum decurrendos percipere, exigere, & leuare, ac 5
in tuos laudabiles vſus, & vtilitatem conuertere, nec non *Nota ſequentia.*
profeſione per te quam primum ad ætatem debitam perueneris, facienda, ſicut tibi, ſub pœna priuationis dictæ commendæ, ſiue pręceptorię imponimus, & iniungimus, emiſſa, pręceptoriam, ipſa in titulum retinere poſsis, autoritate App. & ex certa noſtra ſcientia tenore præſentiũ diſ- 6
penſamus, tibique pariter indulgemus, & concedimus, nec non eidem Philippo Regi quatenus dictam præceptoriam tibi in adminiſtrationem huiuſmodi dare, & concedere (vt præfertur) libere, & licite poſsit, facultatem auctoritatem, & poteſtatẽ autoritate, & ſcientia præfatis, de ſpeciali gratia concedimus, & indulgemus, non obſtanti quocunque defectu ætatis præmiſſæ, quem ad optinendũ & recipiendum, & in adminiſtrationem pręceptoriam huiuſmodi, & ademittndam profeſionem, tam de iure quam ex forma ſtatutorum conſtitutionum, atque ſtabilimentorum dictæ religionis Pateris. quam pro ſuficienter expræſa præſentibus haberi volumus, nec nõ Lateranẽn. & alijs Concilijs, ac quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon ſtatutis ſtabilimentis vſibus & naturis dictæ militiæ etiã iuramẽto, autoritate Apoſtolica roboratis priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem militię, illiuſque magno Magiſtro, aut adminiſtratori & militibus pro tempore exiſtentibus, & alijs ſub quibuſcunq. &c. *Et inf.* Illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſe derogamus, ac ſuficienter derogatum eſſe decernimus. Datt. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annullo piſca-

toris die xxviij. Maij M. D. Lxv. Pontificatus noſtri anno ſexto.

## Summarium ex bulla ſequenti.

1 *Ordo militaris S. Iacobi, eſt ſub regula S. Auguſtini.*
2 *Eccleſiæ multum utilis.*
3 *Dignum & debitum eſt, ſua priuilegia roborentur.*
4 *Statuta eius regularia ſunt.*
5 *Militia S. Iacobi, religio uocatur a Summo Pontifice, & eius profeſores religioſi.*
6 *Priuilegia conceſſa ſunt ipſi militiæ, & profitentibus eam.*
7 *Pius Papa V. confirmauit omnia priuilegia, ordinationes, & ſtatuta ab exordio militiæ, & etiam inouat.*
8 *Conſeruatoriæ conceſſæ a Leone Papa 10. fit mentio.*
9 *Conſeruatoriæ conceſſæ, in fauorem bonorum ordinis, & fratrum, & etiam ratione perſonarum.*
10 *Conſeruatoriæ Clementis 7. fit mentio.*
11 *Militia S. Iacobi, & profeſſores eius, ſunt immediate ſubiecti Sedi Apoſtolicæ.*
12 *Pius Papa V. uocat præceptorias Eccleſiaſticas.*
13 *Concilium Tridentinum ſeruandum.*
14 *Magiſter & fratres fruuntur priuilegia, ubicunque ſint.*
15 *ſtandum ſententijs Iudicis conſeruatoris, in perſonalibus, in realibus, in mixtis cauſis, tam actiue, quam paſiue.*
16 *Inhibitio ordinariorum.*
17 *in fauorem militiæ, & perſonarum & bonorum.*
18 *Reſpondere non tenentur fratres S. Iacobi coram ordinaſijs.*
19 *Ad derogationem iſtius bullæ requiritur conſenſus adminiſtrutoris.*
20 *Conſeruatoria iſta habet uim ualidi, & ſtipulati contractus, inter Sedem Apoſtolicam, & militiam S. Iacobi.*
21 *Sic iudicandum ab omnibus.*
22 *Deputatio iudicum conſeruatorum, & executorum.*
23 *Bulla eſt conceſſa anno 1566.*

Bulla



## Bulla cõſeruatoria Pij Papæ 5. in fauorẽ Ordinis S. Iacobi, & eã profitentiũ, tam in perſonalibus, quam realibus, ac mixtis cauſis.

### §. 42

*Cax. bb. conſeru.*

PIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam dum attentius inter noſtrę mentis arcana recolimus egregiam operam, antiquitus per eos qui pro tẽpore fuerunt Magiſtros, & admi
niſtratores, ac dilectos filios cõuentũ, milites, & perſonas 1
militię, S. Iacobi de Spatha ſub regula Sãcti Auguſtini, in mauris, & alijs, qui magnã Hiſpaniarũ partẽ occupauerãt infidelibus, ab auitis ſedibus, non ſolum arcendis: ſed
etiam poſt quã plures periculoſas pugnas, tandẽ cũ domi 2
ni exercituũ adiutorio, profligãdis, & â patria expelẽdis, Deo, & Eccleſiæ ſpõſæ ſuę, patrięq. varijs tẽporibus hactenus impẽſã, & quã impigre, quoties ſe ſe ad id offert ocaſio, impẽdere conãtur, dignũ, quim potius debitũ exiſtimamus, vt exẽptiones, & priuilegia, quę illis virtutibus, laborumque ſuorum intuitu per Sedẽ Apoſtolicã cõceſſa ſunt
quo firmius illibata perſiſtãt, autoritatis noſtrę pręſidio ro 3
boremus. Sane cariſsimus in Chriſto filius noſter Philipus Hiſpaniarũ Rex Catholicus, qui etiã dictæ militiæ perpetuus adminiſtrator per Sedẽ Apoſtolicã deputatus exiſtit, tã ſuo, quã dilectorũ filiorũ, cõuentus, priorũ, præceptorũ fratrũ militũ, & aliorũ religioſorũ, ac perſonarũ dictę militię nominibus, nobis nuper exponi fecit, quod cũ militia ipſa in Hiſpania, cõtra mauros aliosq. Catholicę fidei hoſtes, antiquitus per ſedẽ prædictã ſalubriter instituta, ac diuerſis priuilegijs, & indultis decorata fuerit, vt eo firmius bella domini exercituum pręlietur, eiuſque priores,
pręceptores, fratres milites, & alię perſonæ pręfatæ 4
regularia militię inſtituta feruentiori religionis celo amplexentur, obſeruent, & exequantur, cuperet

 ſua

ſua ſibi priuilegia & indulta huiuſmodi per Sedem eandem inconcuſe præſeruari. Quare pro parte tam Philippi Regis & adminiſtratoris, quam conuentus, priorum, præceptorum fratrum militum, & aliorum religioſorũ præfatorum, nobis fuit humiliter ſuplicatum, quatenus priuilegijs, indultis exemptionibus, immunitatibus, & alijs facultatibus, & gratijs ſibi conceſsis prefatis robur Apoſtolicę confirmationis adiicere, ac alias ſibi imprę miſſis opor tune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur qui ſalubrem religionum quarumlibet, & maxime militiarum, & Catholicorum Regum preces, per Sedem eandem inſtitutarum directionem, ac immunitatũ, & priuilegiorum ſibi tanquam de Republica Chriſtiana benemeritis, per dictam Sedem conceſſorum illęſionem & pręſeruationem, ſyncero deſideramus affectu, Philippũ Regem, & adminiſtratorem, ac conuentũ Priores, Præceptores fratres milites, & alios religioſos præfatos & eorum ſingulos á quibuſuis excommvnicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis â iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequeudum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, nec non omnium & ſingulorum priuilegiornm prærogatiuarum immunitatum exemptionum libertatum indulgentiarum conſeruatoriarum facultatum indultorum, & aliarum gratiarum per quoſcunque Romanos Pontifices præde-
6 ceſſores noſtros, ac Sedem eandem militiæ eiuſque Prioribus, Præceptoribus, diffinitoribus fratribus militibus, & alijs perſonis præfatis hactenus conceſſorum, ac literarum deſuper confectarum tenores pręſentibus pro expreſsis habentes huiuſmodi ſupplicationibus incli-
7 nati. Omnia & ſingula priuilegia prærogatiuas immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, con-





ſeruatorias, facultates indulta, & alias gratias militię præfatæ, eiuſque magiſtro adminiſtratori Conuentui prioribus, Præceptoribus, diffinitoribus, militibus, fratribus, & alijs perſonis præfatis per quoſcunque Romanos Pontifices predeceſſores, noſtros ac nos & ſedem prædictam hactenus quomodolibet conceſſa, nec non ordinationes, & ſtatuta, ab exordio fundatę militiæ, vſque in præſentem diem per eos dictamque ſedem edita, ac prout illa concernunt omnia & ſigula in quibuſuis literis Apoſtolicis documentiſque de ſuper confectis, contenta & inde ſecuta quæcunque, licita tamen & honeſta ac ſacris canonibus non contraria, Apoſtolica autoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuę & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Omneſque & ſingulos iuris & facti defectus, ſi qui forſam interuenerint in eiſdem ſupplemus, ac potiori pro cautela eadem omnia & ſingula priuilegia, prærrogatiuas, exemptiones, facultates, indulgentias, conſeruatorias, indulta, & alias gratias eiſdem modo & forma quibus militiæ, eiuſquę ſuperioribus & perſonis præfatis, per dictos prædeceſſores cōceſſa ſunt, illis de nouo, eadem autoritate concedimus & innouamus. Nec non eadem, ordinationes & ſtatuta ſimiliter de nouo perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Et cum 8
alias poſtquam fœlicis recordationis Leo Papa. x. prædeceſſor noſter claræ memorię, Ferdinando Aragonum & vtriſquæ Sicilie Regi catholico, qui etiam magiſtratus militiæ præfatæ perpetuus dum viueret, adminiſtrator per dictam ſedem deputatus erat, & tunc exiſtentibus, Prioribus, Præceptoribus, & fratribus, dictæ militiæ, ac eorum ſingulis vniuerſos pro tempore exiſtentes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & perſonas in dignitate, Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Cathedralium Eccleſiarum canonicos, ipſorumque Archiepiſcoporum & Epiſcoporum officiales, conſeruatores, ac iudices imperpe-

ſuum, contra omnes & ſingulos Archepiſcopos & alios Eccleſiarum prelatos, ac Clericos & Eccleſiaſticas perſonas, nec non Duces, marchiones, comites, varones nobiles milites & laicos communia ciuitatum vniuerſitates oppidorum caſtrorum villarum, & aliorum locorum ac alias ſingulares perſonas ciuitatum & diœceſum: ac aliarum partium occupantes, & occupari facientes, caſtra villas, & alia loca nec non terras domos poſſeſsiones iura iuriſdictiones priuilegia & indulta ac fructus: cenſus: reditus dictæ militiæ, illiuſque domorum & membrorum & nonnulla alia bona mobilia & immobilia ſpiritualia, & temporalia, ad Ferdinan-
9 dum Regem & adminiſtratorē ac Priores Præceptores & fratres etiam ratione ſuarum perſonarum, nec non militiam ac domos & membra huiuſmodi legitimæ ſpectantia, & per illorum detentores in debite occupata, ſeu ea detinentibus, preſtātes auxiliū vel cōſiliū fauorē. *Et infra.* Per quaſdam literas ſuas conſtituerat & deputauerat pro parte inclite memorie Caroli. V. Romanorum Imperatoris, qui etiam Caſtelle legionis, et Aragonum ac Sicilie Rex exiſtebat ſuo, et tunc Priorum Præceptorum militum, & fratrum dicte militie nominibus piæ memoriæ Clemēti Papæ vij. etiam predeceſſori noſtro expoſito quod poſt conſtitutionem et deputationem hu-
10 iuſmodi, tam a Leone præfato quam etiam ab ipſo Clemente prædeceſſoribus diuerſe literæ conſeruatoriæ, dilectis filijs Salamanticē. & de Alcala de Henares Toletanæ, ac Valliſoleti, Palentiē. diœceſum ſtudiorum, rectoribus, & vniuerſitatibus, nec non Toletanæ, Hiſpalē. Legionē. Burgē. Cordubē. Gennē. Gadicē. Pacē. et diuerſarum aliarum Eccleſiarum capitulis aliarumque, particularibus perſonis conceſſæ dicebantur, per quas iuriſdictio et poteſtas conſeruatorum, et iudicum ſupradictorum ipſiuſque iuriſdictionis, expli-





catio, impediri poterat. Idem Clemens predeceſſor ſupplicationibus ipſius Caroli Imperatoris & Regis, qui prefato Ferdinando in magiſtratu, prædicto, ſucceſſerat inclinatus literas. &c. *Et infra.* ac alias effectus literarum tam Leonis quam Clementis prædeceſſorum prædictorum, nec non conſeruatorum et iudicum, per illas deputatorum, facultas, et iuriſdictio frequenter im-
pediatur, ac propterea militia prefata, & ſingulares illius 11
perſone, ſedi prefate immediate ſubiecte in Prioratibus, Preceptorijs, beneficijs, iuribus iuriſdictionibus bonis proprietatibus, fructibus cenſibus alijſque rebus nec non, officialibus, vicarijs ſeruitoribus, et vaſſallis prefatis, et diuerſis alijs, ſepe numero grauamina iniurias, et incommoda recipiant in eorum detrimentum, et ſibi attribute exemptionis leſionem, ſingulas Leonis, et Clementis prædeceſſorum literas huiuſmodi, ac quo ad illarum totalem effectum, conſequendum primo dictos conſeruatores, nec non Philippum Regem, & pro tempore exiſtentem magiſtrum ſeu adminiſtratorem, ac Priores, preceptores, fratres, officiales, ſeruitores, vaſſallos. ac quoſcunque alios in ipſis literis comprehenſos, eorumque magiſtratum conuentus, Prioratus, baiuli-
nas, Preceptorias Eccleſiaſticas, officia, & loca quecum- 12
que etiam quo ad preeminentias, iura & iuriſdictiones, & generaliter omnia que ad honorem vtilitatem, & exemptionem prefate militie illiuſque magiſtri, ſeu adminiſtratoris aliorumque ſupradictorum, quocunque iure titulo, ſiue cauſa pertinebant, & pertinēt, in priſtinum & eum in quo ante illarum cōceſsionem quomodolibet erant ſtatum, autoritate Apoſtolica, & tenore prædictis reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac Toletanē. & aliorū, conſeruatorum, ac iudicum conſtitutiones, & deputationes, earūq. innouationes, &c. *Et Inf.*

& inde ſequuta quæcunque caſſamus,& annullamus, ac
13 pro nullis irritis & viribus carentes decernimus. Et inſu
per ſaluis tamen decretis Concilij Tridentiñ. de conſer-
uatoribus & exemptis loquentibus, ſtatuimus & ordena
mus quod deinceps imperpetuum, idem Philippus Rex &
pro tempore exiſtens magiſter ſeu adminiſtrator, ac prio
res, præceptores, fratres, officiales, familiares, ſeruito-
res, vaſalli, & alij vt prefertur expræſſi vbicumque ſint vel
degant aut permaneant, ratione præmiſſorum, aut quo-
14 runcunque aliorum in ipſis literis contentorum, coram
alijs quam ſupradictis ſuis conſeruatoribus & iudicibus
conueniri, aut ad alios conueniendos compelli, nec ab
eis, aut eorum geſtis præterquam a diffinitiuis ſentẽtijs,
15 ſeu vim diffinitiuę habentibus appellari, et tunc appella-
tionum cauſę, tam in perſonalibus, quam realibus, mix
tis cauſis tam actiue, quam paſsiue, interponendarũ, non
niſi ad ſedem præfatam immediate & non alibi referri,
ac inibi duntaxat audiri & terminari poſsint. Diſtrictius
inhibentes Toletañ. etiam tanquam ſupremo, ac alijs pre
fatis ceteriſque iudicibus & conſeruatoribus, nec non Ar
16 chiepiſcopis, Epiſcopis, &c. *Et infra.* Ac decernentes ex
nunc præmiſſa omnia in fauorem, dictæ militiæ conceſ
17 ſa, ac Philippum Regem & pro tempore exiſtiſtentem
Magiſtrum ſeu adminiſtratorem, ne non priores, baiuli-
nos, preceptores, milites, fratres, officiales, ſeruitores, fa-
miliares, capellanos, vaſſallos & perſonas, præfatas, &
eorum ſingulos, tam ratione perſonarum, quam Magi-
ſtratus preceptoriarum, ſeu baiuliuarum, conuentuum,
prioratum, Eccleſiarum, & locorum, quorumcunque, nec
non bonorum fructuum, prouentuum, emolumentorum
priuilegiorum, exemptionum, rerum, & iurium, ac iuriſ
dictionum, nec non præeminentiarum omnium & ſin-
gulorum, in ſupra dictis literis contentorum, ad conue-
niendum aliquem, vel aliquos, aut reſpondendum, co
ram-



ram alij quam dictis ſuis conſeruatoribus & iudicibus, ſi-
ne loci diſtinctione & per appellationem, ab eorum ſen-
tentijs, & grauaminibus tam actiue, quam paſsiue, alibi
quam apud ſedem prædictam immediate comparen-
dum, prætextu ſimilium, vel diſsimilium, priuilegiorum,
exemptionum, conſeruatoriarum, ac quoruncumque
aliorum, indultorum ſpecialium, vel generalium, tam
præfatis quam quibuſcunque alijs perſonis Eccleſiaſti-
cis, monaſterijs, ordinibus militijs, & locis nunc & pro
tempore conceſſorum nullo tempore teneri, nec ad id
per nuncios, etiam legatos, de latere ſeu quoſuis alios
quacunque autoritate & facultate fulgentes, & functu-
ros, aut etiam per literas Apoſtolicas etiam motu pro-
prio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis ple-
nitudine, etiam cum præmiſſorum ſpeciali & expreſſa de
rogatione pro tempore emanatis compelli, ac propter
non paritionem aliquas cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas
etiam priuatiuas incurrere poſſe, ac approbationem con
firmationem, adiectionem, ſuppletionem, conceſsionem
innouationem, ſtatutum, ordinationem, reſtitutionem,
reuocationẽ, caſſationẽ, a nullationẽ, decreta extenſionẽ
inhibitionẽ, aliaq; præmiſſa, & præſentes literas de ſurrep
tionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio ſeu intentionis
noſtræ defectu, quo vis prætextu, quęſito vé colore, aut in
genio, nullatenus notari, vel impugnari poſſe nec illas
ſub quibuſuis ſimilium, vel diſsimilium, conſeruatoria-
rum priuilegiorum indultorum & conceſsionum reuoca-
tionibus ſuſpentionibus, modificationibus, limitationi-
bus, & derrogationibus, aliiſque contrarijs diſpoſitioni-
bus, etiam motu & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, nec
non conſiſtorialiter, etiam per nos & ſucceſſores no-
ſtros, ac ſedem prædictam, etiam Imperatoris, Regum,
& aliorum principum contemplatione & ex quibuſ-

 uis

nis quantumcunque vrgentiſsimis, & iuſtiſsimis, cauſis, quomodolibet, pro tempore factis, ac ſub quibuſcuncunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & etiam vim contractus, aut legis ſeu ſtatuti perpetui inducentibus decretis, & alias quomodolibet conceſſis, & concedendis, ac quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis deſuper quomodolibet editis & edendis aliquatenus comprehendi, neque illis vllo vnquam tempore etiam per ſedem præfatam derogari poſſe, nec derogatum cenſeri, niſi de toto tenore & datis præſentiũ expreſſa mentio habita & derogatio, ſuſpenſio limi
19 tatio reuocatio, aliaq. præfata de militiæ huiuſmodi adminiſtratoris pro tempore exiſtentis expreſſo conſenſu factæ fuerint, & ſi aliter derogari reuocari, ſuſpendi & limitari contigerit: derogationem reuocationem ſuſpenſionem & limitationem, præfatas nullius eſſe roboris, vel momenti & quoties illę emanabunt toties in priſtinum & validiſſimum ſtatum reſtituta, & de nouo etiam ſub quacunque data per ipſum adminiſtratorem, eligenda conceſſa eſſe, & cenſeri, ac vim validi, & ſtipulati contractus
20 inter ſedem, & militiam pręfatas habere, & ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes etiam Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinales. Ac cauſarum palatij Apoſtolici auditores, ſu-
21 blata eis,, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri, debere ac ex nũc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his â quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabili fratri no-
22 ſtro Archiepiſcopo Compoſtellano, & dilectis filijs Scholaſtico Salamanticenſi, ac Abbati ſecularis, & Collegiatæ Eccleſiarum oppidi Compluten. Toletanæ Diœceſis per Apoſtolica ſcripta mandamus quate-

nus



nus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios, præſentes literas, et in eis contenta quęcunque vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prędictorum Magiſtri, ſeu adminiſtratoris, prioris, conuentus, dignitatum, Pręceptorum, ſeu Commendatorum, & militum aliorumque fratrum, & perſonarum, ſeu mem-
brorum eius, aut alicuius eorum fuerint requiſiti ſo- 7
lemniter publicantes eiſque, & eorum cuilibet in præmiſsis, efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes faciant, auctoritate noſtra illos eorumque ſingulos confirmatione, approuatione, adiectione, ſuppletione, innouatione, ſtatuto, ordinatione, reſtitutione, repoſitione, reintegratione, caſatione, annullatione, decretis, inhibitione, aliiſque ſupradictis iuxta præſentium literarum continentiã, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permitentes eos, vel eorum aliquem deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari, Contraditores quoſlibet, & innobedientes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas aliaq. iuris remedia, eadem auctoritate noſtra, appellatione poſt poſsita compeſcendo ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſsibus eaſdem ſententias cenſuras & pœnas, etiam iteratis vicibus quoties opus fuerit agrauando, & interdictum Eccleſiaſticum imponendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus ſit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus, &c. Datis Romæ,
apud D. Petrum anno Incarnationis Dominicę milleſ- 23
ſimo quingenteſsimo ſexageſsimo ſexto, quinto idus Ianuarij Pontificatus noſtri anno primo.

Summa-

## Summarium ex Bulla ſequenti.

1 *Ordo militaris S. Iacobi eſt ſub regula S. Auguſtini.*
*Ordines militares Calatrauæ, & Alcantaræ ſunt ſub regula Ciſtercienſi. Ibidem.*
2 *Rex Caſtellæ eſt adminiſtrotor perpetuus harum militiarum auctoritaae Apoſtolica.*
3 *Hos ordines gubernat per quatuor auditores & unum preſidem, religioſos profeſſos eorundem ord.*
4 *Cauſæ religioſorum, per religioſos horum ordinum profeſſos tractandæ.*
5 *Cum clauſula de certa ſcientia conceſſa eſt iſta bulla.*

## Fragmentum ex Bulla Pij V. in cauſis appellationibus.

### §. 43.

*Cax. comiſ. App.*
PIVS Papa V. ad perpetuam rei memoriam,
Exponi nobis nuperfecit cariſsimus in Chriſto
1 filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catho-
licus, qui S. Iacobi de Spata, ac de Alcantara, & Calatra
2 ua militiarum, ſub S. Auguſtini, & Ciſtercienſis ordinum
regulis perpetuus adminiſtrator per Sedem Apoſtolicam
3 deputatus exiſtit, quod conſilium militiarum huiuſmodi,
in quo ad minus quatuor egregij Doctores, vel licentia-
ti, in vtroque, vel altero iurium, & vnus præſidens mili-
tiarum earundem, reſpectiue profeſsi continue reſident,
in dicto conſilio cauſas pro tempore inter præceptores,
milites & fratres ac alias perſonas militiarum huiuſmo-
di illis inſeruientes introductas, & pendentes quæ ex vi-
ſitationibus in dictis militijs pro tempore factis proue-
niunt oriuntur, & reſultāt, audire, & cognoſcere illaſque
iuſte



iuſte, & recte, terminare, finire, & decidere ſolent, & quā-
uis per ſententias ipſas condemnati ſententijs huiuſmodi
tanq. iuſtis & rite recte que latis, acquieſcere, & obedire
deberent. nihilominus, vt a ſententijs, & condemnatio-
ne, ac pœnis in eis contentis, illis rite impoſitis, illicitis
vijs, & modis ſe eximere poſsint, a ſententijs contra eos
latis, huiuſmodi appellatione interponunt, cauſaſque ip-
ſarum appellationum iudicibus extra gremium prædic-
tarum militiarum eis affectatis, & vt plurimum iuris
ignaris in illis partibus vulgo dictis, iudices de manga,
cum clauſula & eorum cuilibet committi faciunt, *Et infra.* 4
nos igitur attendentes, inconueniēs eſſe cauſas prædictas
inter præceptores milites & fratres per alias perſonas mi-
litiarum huiuſmodi non profeſſas, audiri & terminari de-
bere, iuſtis & honeſtis petitionibus prædicti Philippi Re-
gis & adminiſtratoris in hac parte inclinati, vt de cætero
omnes, & ſingulæ cauſæ quarumcumque appellatio-
num a ſentijs prædictarum viſitationum. &c. *Et infra*
Nulli alteri perſonæ, ſeu perſonis, niſi vni ex prædicti
conſilij auditoribus, &c. *Et infra.* Cum voto & conſilio ac
aſſenſu duorum, aut trium militum antiannorum mili-
tiarum huiuſmodi &c. & non alias aliter, nec alio modo
Inter Chriſtianos autem, ſunt aliqui qui ſe totaliter mancipant ſeruitio diuino: quaſi holocauſtum Deo offerentes, omnia Deo immolantes. Et hij per excellentiam & anthonomaſiam dicuntur religioſi: qui ratione ſui ſtatus, & ex voto, Tenentur ad obſeruanda aliqua conſilia, & hac ratione ſummitur Religio in titulo huius diſputationis, loquimur enim de religione ſtricto vocabulo ſumpta. Non vero de religione communiter dicta.

10 Dico vltimum quod ſtatus religionis fundamentum habet, in Sacroſancto Euangelio. Et ex hac parte non indigent religiones approbatione Summi Pontificis, modus tamen quo tria vota ſubſtantialia emitti debent: In Euangelio, non ita perſpicue elluceet, & ita ſummus Pontifex examinat religionem; & approbat, aut refutat: & determinat vnicuique modum faciendi tria vota ſubſtantialia. & ex ijs fit quod ſunt variæ & diuerſæ religiones, diuerſi modeque iſta tria vota emituntur. Verbigratia, in vna religione emititur votum obedientiæ magis rigide, & in alia minus.

11 Et in hoc eſt noſtra diſputatio, & ſtatus, ſeu neruus queſtionis. an fieri poſsit quod ſit vera, & eſſentialis religio, applicando Papa iſta tria vota obedientię, paupertatis, & caſtitatis, alicui ſtatui, taliter quod religioſi obediant prelato in omnibus & per omnia, & viuant ſine proprio: caſtitatem tamen habeant limitatam ad coniugalem, vt poſsint de licentia Prælati ducere vxores, ad habendos filios, qui intimore domini nutriantur: & prædictæ infirmitatis humanę remedium, ſecundum Dei inſtitutionem, & ordinationem, & indulgentiam, ſeu benignitatẽ Apoſtoli Pauli. 1. ad Corintio. 7. dicentis, Bonum eſt homini mulierem non tangere, propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & ſimiliter mulier virum ſuum qui cõtinere nequiuerit coniungium ſortiatur, &c. Q. Neruus.

&c. & denique prout a Summo Pontifice, eſt ordinatum in regula Sancti Iacobi.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Quid Dominicus Soto ſenſerit, de religione militari Sancti Iacobi.*

2 *Quid DD. Franciſcus Sarmiento, & aliqui alij Doctores.*

## Modus dicendi quorundam Doctorum, pro parte negatiua

## §. Primus.

Dom. Sot. DOMINICVS Soto, vel quia ſiniſtram relationem de ordine militari S. Iacobi, habuit, vel quia opinatus eſt D. Thom. docuiſſe non poſſe veram eſſe religionem, cũ continentia coniugali. Primus omniũ, vt ex eius litera conſtat, & aduertit Nauarrus de redditibus, quæſt. 1. mon. 55. num. 1. & mon. 56. nu. 2. dicere auſus eſt, hanc religionem: quo ad equites non eſſe ſimpliciter religionem, ſed ſecundum quid, in quantum ſcilicet, aliqua participat, quæ ad ſtatutum religionis pertinet proindeque fratres iſtos milites non eſſe vere religioſos. motiua eius, ſunt deſumpta ex capitulo cum ad monaſterium de ſtatu monachorum. vbi inſinuatur, caſtitatem iure diuino, anexam eſſe religioni: idque nititur prouare ex Euangelio dicente D. Petro. ecce nos reliquimus omnia. qui autem coniugatus eſt, non reliquit omnia. imo nec ſeculum. item res vxoria pugnat cum religione: contrariaturque contemplationi, propter vehementiam voluptatis, quæ ex venere naſcitur item, quia ſolicitus eſt quomodo placeat vxori, et diuiſus eſt. matrimonialiſque ſarcina, votum paupertatis religioſę reſpuit. Item quia nec legitimæ obedientiæ, de qua chriſtus ait, ſequere me: vxorius vir vacare poterit, & quia cum voto ſolemni religionis: non poteſt ſtare matrimonium, item quia iſti fratres milites rei vxoriæ ſeruiunt: ac cęteri ſeculares ambiũt honores, & diuitias & paupertatẽ, & obedientiam, non niſi ſolo nomine profitẽtur. ſic tradidit de Iuſtitia & jure lib. 7. q. 5. art. 3. & lib. 4. ſentent. dict. 27. q. 1. art. 4. col. 13.

D. D. Frãciſ. Sarmiento. D. D. Franciſcus Sarmiento ſequtus eſt Dominicum Sotum in prima p. ſui defenſorij, propter ſupra dicta. & quia ſibi viſum eſt, quod iſti milites non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, neque habent



bent chorum, neque Eccleſiam, ſed Parrochiam, vt alij laici. Et non gaudere priuilegio Canonis, neque fori. & in mon. 56. dicit nõ emittere tria vota ſubſtantialia religionis, & quod forte melius eſſet, vt votum caſtitatis nullomodo emitterent, & in mon. 57. dicit quod officium, quod tendit ad irregularitatem; opponitur religioni, & inſtitutionem harum militiarum ad irregularitatem tendere, quia ſunt ad militandum, ergo &c.

Hos auctores ſequti ſunt aliqui recentiores. Verbi gratia. Acebedo lib. 3. nouæ recopilationis tirulo 5. l. 14. num. 3. lib. 3. Frater Ludouicus Lopez in Inſtructorio conſcientiæ, 2. parte. c. 48. Gironda de Gabellis. 7. parte numero 47. & aliqui alij.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Vera ſententia, & tenenda eſt, hos fratres milites eſſe uere Religioſos.*

2 *Doctores id aſſirmantes.*

3 *Deciſio rotæ confirmat.*

4 *Fundamentum aducitur.*

## Vera ſententia, & Doctores eam defendentes.

## §. Secundus.

VERA ſententia, & tenenda eſt. Quod hij fratres milites S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantarę & Monteſiæ ſunt vere. proprie & eſſentialiter Religioſi. Tenent D. M. de Ayala Epiſcopus Guadixẽſis, & poſtea Archiepiſcopus Valẽtinus in explicatione Regulę S. Iacobi. cuius Titulus eſt, compendio y declaration de la Orden de Sanctiago, per totum & ſignanter c. 1. & 2. & D. D. Didacus Couarrubias Epiſcopus Segouiẽſis. 2. par. epi. de cret. c. 3. §. 1 numero. 18. & ſubtiliſſ Fortunius Garcia ab eo citatus & Doctor Nauarrus de reddi. mon 55. & 56. & in propugnaculo apologi. §. 15. vbi citat pro hac parte D. Michael. Marañon, & in conſilijs lib. 1. de hijs quę vi metu. cons. 5. numero, 6. & lib. 3. de regula.

gula.conſ.23.& lib. 4.deſponſ.conſ. 10. & 13. Frater Michael de Medina Ordinis S.Franciſci in lib.de ſacro homi.contin.lib.4.cõtrouerſ.7.cap.39.fol.383. Petrus Nuñez de Auendaño cap.26 prętorum numero 11. lib. 2. Belluga in ſpeculo Principum, cap.1.rubrica 7.numero 7.

Confirmat Deciſsio Rotæ.256.edita 22.Iunij annno 1582.& habetur in nouis, vbi docemur, quod milites de Alcantara, poſt diſpenſationem ad vouendum caſtitatem coniugalem, ſunt ſub Regula Ordinis Ciſtercienſis, & inter alias rationes quæ ibi adducuntur eſt, quod commutatio voti continentiæ, in caſtitatem coniugalem, non mutat regulę ſubſtantiam.

Eandem ſententiam tenent fere omnes Doctores Complutenſes, quam publice docent, quorum nomina & ſubſcriptiones ad finem huius quæſtionis. §. 29. habentur, et aliquorum Doctorũ Salmanticenſ. & Valentiñ. quos conſulere perſonaliter potui, & aliorum Doctorum.

## Fundamentum veræ ſententiæ.

FVndamentum vero eſt. Quia tria vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, ſummuntur in religione, vt inſtrumenta tendendi ad perfectionem, quæ in charitate conſiſtit, & ita non eſt opus profiteri has virtutes, ſecundum omnem ſuam perfectionem, ſeu rigorem. & licet poſsibile ſit ſeruare omnimodam caſtitatem, & perpetuam: eſt tamen multum difficile, quia eſt quotidiana & acerrima pugna ex parte concupiſcentiæ. & caſtitas coniugalis habet hoc, quod eſt eſſentialiter caſtitas: ſufficienſque materia, vt ex ea, & alijs duobus votis perfecta religionis regula, componi poſsit. & talis eſt regula D. Iacobi, tria vota ſubſtantialia, viuendi ſine proprio caſtitatis coniugalis, & obediendi in omnibus, continens. Per quæ tria, ſufficienter tolluntur omnia impedimenta diuini amoris, ex vique horum trium votorum, homo fertur ad cor altum, bonum, & optimum, perfectionemque charitatis. Et pro tali regula religionis inductiua: longo pręmiſſo ſtudio, & examine a Sancta Sede Apoſtolica eſt approbata, & confirmata, propoſitaq; vniuerſę Eccleſiæ. quod ex pręcedenti libro ſatis conſtat, & pro mei ingenij tenuitate (Deo duce) ſequẽtibus rationibus oſtendere conabor.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Clauſulæ quædam referuntur bullæ fundationis ordinis.*

2 *bulla*



2 *Bulla fũdationis, loquitur cũ Magiſtro, & fratribus Clericis, & laicis.* Nota ſequentia.
3 *Loquitur per ſe, & de primario intento cum militibus.*
4 *Loquitur etiam directe, & per ſe cum Clericis.*
5 *Aliquæ ſorores huius ordinis, poſſunt nubere.*
6 *De auctoritate dignitatis magiſtralis.*
7 *hoc nomen frater propius ſupponit pro militibus, quam pro clericis.*
8 *In bulla, & regula, nomen frater ſemper compræhendit milites.*
9 *Clauſulæ plurium bullarum referuntur, quod iſta militia eſt religio, & num. 14.*
10 *Regum enuntiationes de hac religione referuntur. ad idem.*
11 *Religioſi, uocantur fratres, per excellentiam.*
12 *Milites S. Iacobi, a Summis Pontificibus, uocantur fratres*
13 *Dictio, alius, refert ſimilia, in ſubſtantia.*
14 *Ordo & religio, in hac materia pro eodem ſummuntur.*
15 *De capitulo ueniens, de uerborum ſignificatione in ſexto.*

## Prædicti milites eſſe vere, & proprie religioſos. auctoritate Summi Pontificis, qui eos religioſos, & militiam ipſam otdinem & religionem appellat, probatur. 1.

## §. Tertius.

SIC docemur in prima bulla confirmationis Alexandri Papæ 3. ibi. Nobiles quidã viri, &c. in habitu & cõuerſatione religionis ſub vnius Magiſtri ſtatuerunt obedientia cõmorari, 1
Et in principio eiuſdem bullę. ibi. Magiſtro militię Beati Iacobi, eiuſque fratribus Clericis, & laicis, tam præſentibus quam futuris, communem vitam profeſsis, in perpetuam memoriam. Et infra. num. 12. Ordinem veſtrum autoritate Apoſtolica confirmantes, &c. Et in regula Epiſcopi ordinem ſanctum, & confirmatione dignum atteſtati ſunt, & Cardinalis Albertus id prouauit autoritatibus Apoſtoli Pauli, et Sanctorum Patrum. Et Paulo infra. Incipiunt ſtatuta fratrum ordinis militiæ S. Iacobi, qui in tribus capitulis totus conſiſtit, ſcilicet in caſtitate coniugali, in obediẽtia conſeruanda, in viuendo ſine proprio.

Hic

2 Hic autem maxime animaduertendum eſt, ſummendumque probaſsi, & fundamento totius diſputationis, quod Regula iſta S. Iacobi, & Bulla confirmationis eius Alexandri Papæ 3. directe, & perſe loquntur cum fratribus militibus: non quidem excludunt fratres Clericos, nā etiā talis bulla, & regula, loquntur directe & expraſſe cū clericis (volo dicere) ꝙ Bulla & regula S. Iacobi loqūtur directe, et perſe cū Magiſtro, & fratribus Clericis, & laicis: ſed de principali intēto, loquntur cū fratribus militibus, & hoc præte ſit Summus Pontifex, & intenderunt omnes fundatores; Magiſter, & Prior, & fratres Clerici, & laici, inſtituere Regulam pro militibus. & ratio eſt, quia Prior, & Clerici habebant regulam Canonicorum regularium S. Auguſtini, & eam retinuerunt, & profitentur, abſque vlla modificatione, & vt dixi in primo lib. cap. 3. factū eſt vnū religionis corpus, ex Canonicis regularibus, & militibus S. Iacobi, & autoritate Apoſtolica fuit erectus ordo religionis militaris ſub Regula S. Auguſtini, & quamuis regula S. Auguſtini non fuit modificata, per caſtitatem coniugalem, quo ad Clericos; fuit tamen ſic modiſicata, quo ad fratres milites, & hoc eſt quod docet Bulla cum dicit. Nobiles quidam viri propoſitum ſuum, & ordinem temperantes. de principali ergo intento loquitur cum militibus, vt patet ex ea, & magis ſingulariter omnia declaro ſic.

Quod bulla, & regula loquantur cum fratribus Clericis, & laicis, patet ex eis, ibi, Magiſtro, & eius fratribus Clericis, & laicis
4 communem vitam proffeſis. Et infra numero 21. & ſit ibi Clericorum conuentus, & Prior. Et infra num. 29. Clerici præterea veſtri ordinis per villas, & oppida ſimul maneant, & Priori qui ſuper eos fuerit ordinatus obedientes exiſtant, & fratribus tam in vita quam in morte ſpiritualia ſubminiſtrent. Idem habetur in regula ſupra lib. 1. cap. 4. § 1. n. 5. conſtat hoc etiam ex alijs capitulis regulæ. vt ex capite 29. De orando pro defunctis.

Quod bulla & regula Sancti Iacobi directe per ſe, & eſſentialiter loquantur cum fratribus militibus, patet euidenter, ex dictis, & ex eorum contextu. Nam bulla primo nominat Magiſtrum Petrum Ferdinandum, qui miles fuit coniugatus, & habuit vxorem Infantam Donam Catharinam, deinde Paulo infra dicit bulla. Nobiles quidam viri. Non ſolum poſſeſsiones terrenas, ſed & corpora ſua in extrema queque dare pericula pro Domino decreuerunt. Quę veba de militibus affirmant, nam fratres Clerici nūquam arma ſumpſerunt, ex inſtituto, & profeſsione. Deinde ſequitur





quitur in Bulla ſub vnius Magiſtri ſtatuerunt obedientia commorari: eo vtique moderamine propoſitum ſuum & ordinem temperantes: vt qui velint coniugibus ſuis vtantur. Quę verba fratribus militibus conueniunt. Et infra. iterum loquens de hoc voto, coniugalis caſtitatis, ſic ſtatuit. Ad ſuſcipiendam quoque prolem, quę in timore Domini nutriatur &c. vnuſquiſque vxorem ſuam habeat, & ſimiliter mulier virum ſuum, Et infra. ſi autem viri premortui fuerint, & relictę ipſorum quę Ordinem ſuſceperunt nubere voluerint: denuncietur hoc Magiſtro, ſiue Commendatori, vt cum illius conſcientia, cui mulier ipſa vult, nubat: ſecundum verbum Apoſtoli Pauli dicentis, mortuo, viro ſoluta eſt mulier a lege viri: cui vult nubat, tantum in domino. quod etiam de viris intelligitur obſeruandum: vna etenim vtrique lege tenentur. Statuimus quoque vt nullus fratrum ſiue ſororum poſt ſuſceptionem ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam: vel redire ad ſeculum: vel ad alium ordinem, ſine Magiſtris licentia audeat ſe transferre. hęc in bulla Quibus verbis euidens eſt, quo loquitur de fratribus militibus, loquitur enim conſequenter, eodem que tenore. loquūturque de ſororibus huius ordinis: quarum ſororum: aliquę nubent. quales ſunt ſorores monaſterij de Iunqueras, apud ciuitatem Barchinonenſem, quod etiam patet ex litera, dicit enim bulla, ſi relictę ipſorum, quæ ordinem ſuſceperunt, nubere voluerint, denuncietur hoc Magiſtro, Quod optime declarat profeſsio facta a Commitiſſa Vrgelenſi in qua expreſſe dicit, quod caſamentum ſuum ſemper veniat per Magiſtrum, ſicut fratriſſæ ordinis. de qua infra §. 4. n. 4. itaque clauſula. Nec reuertatur ad ſeculum, ſimiliter & expreſſe loquitur de ſororibus coniugatis. Hec etiam patet, ex regula capit. 13. ibi. filius qui in ordine manere voluerit ſit in prouidentia Magiſtri, quod ſi nolluerit frater fieri, vadat. &c. hæc in regula cuius ſingula verba conſideranda ſunt, natus in ordine, & manere in ordine, & frater fierit, & ſit in prouidentia Magiſtri; deinde ſequitur in Bulla, de loco capituli generalis: fitque mentio Prioris ordinis. Vbi notetur euidenter apparere, quod prætendimus, Bullam iſtam eſſentialiter, & de principali intento loqui cum Magiſtro, & fratribus laicis militibus: nam vſque ad hūc locum, & clauſulam ordinauit tria vota Religionis, continentiæ coniugalis obedientię, & viuere ſine proprio, egitque de Magiſtro: qui talia vota recipit. egitque de confirmatione ordinis, & poſtea de capitulo generali: & de Priore ordinis (qui mortuo Ma-

giſtro) gubernationem habeat ordinis: eique obediatur vt Magiſtro, donec electio fiat Magiſtri. Deinde ſequitur in Bulla ſint autem tredecim in ordine fratres qui Magiſtro in conſilio, & diſpoſitione domus aſsiſtant, & eligendi Magiſtrum, curam habeat competentem. Hęc in Bulla. hi autem fratres tredecim milites ſunt. Hęc etiam probantur ex regula in qua fit mentio trium votorum caſtitatis coniugalis, &c. & quod milites ſi aliquas abſtinentias facere propoſuerint: ſecundum prouidentiam Magiſtri illas faciant. Et infra. Si vero fratres ſuper Sarracenos fuerint, aut ad alia negotia, & vxores interim voluerint ſtare in clauſtro, &c. & infra. Mulieres illæ quarum viri deceſſerint, &c. quod ſi aliqua quæ in ordine ſuo vitam honeſtam duxerit, extra monaſterium remanere voluerit, ſecundum Magiſtri prouidentiam poterit remanere, Et infra, nullus fratrum exhęredet filium ſuum. pręterea, ſi aliquis ex fratribus de mandato Magiſtri in terra ſua, aut in aliqua hæreditate moratur: viuat ibi ſecundum ſtatutum ordinis, & ſit obediens Magiſtro in omnibus, & per omnia, & infra. nullum proprium habeant, nec retineant quicquā niſi quod a Magiſtro, vel Comēdatore fuerit eis conceſſum. Comendator inſtituatur a Magiſtro qui reliquis fratribus, ſiue maneat in Conuentu, ſiue in domo cum vxore & familia in vniuerſis neceſſaria prouideat. Hęc in regula. per quę ſufficienter probatur quod intendimus.

6 Magis explico, quia ex hac dignitate Magiſtrali procedit, vt iſti fratres milites recipiantur ad habitum, & ordini incorporentur ipſeque Magiſter, ſeu adminiſtrator dominus Rex Caſtellę, & Legionis, eos religioni incorporat, & ad eum admittit, vel etiam excludit. De quo videnda eſt infra probatio. 3.

Et ſi aliquis horum fratrum militum ſit Apoſtata, ad ipſum adminiſtratorem, ſeu Magiſtrum pertinet, & incumbit ex officio, quęrere, & reuocare talem fratrm. De quo extant aliquę Bullæ vt videre eſt infra probatione 4. denique noſtra propoſitio ex pluribus alijs locis Bullę, & regulę comprobatur, quod verba ſupradicta Bullæ, nec aliquis fratrum reuertatur ad ſeculum, loquntur de fratribus militibus. & adeo eſt verum, vt ſi quis negare attentaſſet, temere negaret hanc veritatem, vt lucem in meridie.

Et idem probatur ex altera clauſula, cuiuſdem Bullæ confirmationis Alexandri tertij, ſi quis in aliquem veſtrum fratum, videlicet, vel ſororum violentas manus iniecerit: ſit excommunicatus,

& illud



& illud idem pro tutella veſtra, &c. quę clauſula pro fratribus militibus de principali intento fuit appoſita, & eis, ex vi, & proprietate verborum conuenit, & non Clericis huius ordinis.

7 Sed & pro eis maiori intelligentia notetur, quod in hac religione, nomen iſtud frater proprie loquendo cōmune eſt Clericis, & laicis equitibus, vxoratis. tamen proprius ſupponit pro fratribus laicis equitibus: magiſque eſt in vſu, & modo loquendi Bullæ confirmationis, & regulę, & aliarum bullarum, itaque aliquando hoc nomine fratres comprahendūtur, omnes, & alias ſæpe ſæpius quod nominare intendunt equites, ſeu milites, vocant eos fratres: & fratres Clericos, vocant Clericos: ſiue Canonicos. Sic legimus in Bulla iſta confirmationis Alexandri 3. ibi, Prior Clericorum curam poſsit habere, & fratrum prouideat animabus. & infra. Prior Clericorum de domo & ordine curam gerat. Et etiam in Regula cap. 33. Clerici veſtri ordinis per villas, & oppida ſimul maneant; & filios fratrum inſtruant. & infra. Clerici clauſtrum habeant: vbi fratres conuerſentur. Supra lib. 1. cap. 4. §. 1. num. 50, item Summus Pontifex Iulius 2. hęc eadem, velut digito demonſtrat in ſua Bulla, qua de verbo ad verbum refert bullam Alexandri Papæ 3. & regulam iſtam S. Iacobi, eas approbando, & confirmando. Cuius bullæ initium quaſi totaliter ad fratres milites dirigitur, ibi militans Eccleſia, milites, & Athletas fortes, & inter cæteros fratres militię S. Iacobi de Spata aſſumpſit, qui vitā actiuā, & contēplatiuam ducentes, ſimulque coniugalem pudicitiam ſeruantes, &c. vt ſupra §. 24 in principio bullæ. quę verba correſpondēt regulæ verbis in principio poſitis. ibi incipiunt ſtatuta fratrum ordinis militiæ Sancti Iacobi, qui in tribus capitulis totus conſiſtit. ſcilicet in coniugali caſtitate, &c. ſupra. §. 1. n. 21. Nota.

8 Et ne in his rebus immoremur. hoc eſt certum, quod nomine fratres, aliquando non comprehenduntur Clerici: & ſemper, & in omnibus locis regulæ Sancti Iacobi, & bullæ confirmationis Alexandri 3. in quibus ponitur hęc vox fratres, ſemper comprehenduntur fratres milites, & in his fratribus militibus verificatur, vere & eſſentialiter tota bulla, & regula, omneſque earum particulę, niſi in his quæ expreſſe nominat Clericos. Vt eſt illud, Clerici per villas ſimul maneant.

ET HAEC IDEO DIXERIM quia ſic oportunum, & neceſſarium animaduertere iudicaui, eo quod hac Nota.

 noſtra

noſtra tempeſtate. plerique in hjs decepti ſunt. & verum ſenſum
Nota. 13 Bullæ depravant: & iura Prioris, & clericorum, & Magiſtri, fra-
trumque militum, fundationemque huius ordinis confundunt: &
in hoc maxime, quod ad noſtrum propoſitum attinet, putantes bul
lam iſtam loqui cum fratribus militibus ſecundario, & acceſorie.
ſeu per viam concomitantię, & communicationis, ſeu adhæſionis
ad clericos. quod plane falſum eſt. Nam iſti fratres milites eſſentia-
liter conſtituunt iſtam religionem, fraterque miles Magiſter eſt pri
ma perſona omnium fratrum. bene ergo ad probandum hos milites
eſſe religioſos prędicta litera eſt inducta & id probat.

9 Hæc omnia & Quod ſit verus ordo religionis.
aperte etiam docet Summus Pontifex. in alijs ſuis bullis, quæ po-
ſitæ ſunt lib.1. cap.4. §. 2. num.1. ibi verſus Hiſpaniam contra gen
tem nefariam paganorum: ſurrexerunt de nouo viri Deũ timẽtes,
& celantes legem domini, videlicet fratres S. Iacobi, & inf. tempori
bus noſtris ſurrexit in partibus religio, et infra. religionem ipſam
aſſumunt. & infra. conſiderato religionis ordine, quem ſumpſerunt.

Eadem probantur euidenter, ex altera eiuſdem Alexandri. 3.
Bulla, contra Apoſtatas. ſupra eodem cap. §. 3. ibi cum veniſſent
olim ad ſede Apoſtolicam dilectus filius noſter Petrus Ferdinandi
Magiſter militiæ S. Iacobi, cum quibuſdam de fratribus ſuis: humi
liter poſtulauit ordinis ſui obſeruantias a ſede Apoſtolica confirma
ri, & infra. obtentu maioris religionis.

LVCIVS Papa.3. in Bulla confirmationis ordinis hoc do
cet. ibi. licet vniuerſos religioſos, &c. & infra. religionis cultum
in domino receperunt, & infra. Ordinem veſtrum autoritate Apo
ſtolica confirmantes, ſic ſupra. lib.1.c.4. §.4. & .5. in altera Bulla
contra fratres vagantes. ibi. intrare alium ordinem, &c. Magiſtri li
cia poſt poſita, moliuntur.

INNOCENCIVS Papa.3. ſupra. §.9. ad religionis aug
mentum & infra. Religioſorum domos.

INNOCENCIVS. Papa. 4. in Bulla contra uagantes.
ſupra §.15. relicto eodẽ ordine: in ſeculo turpiter, &c. & infra. ad ſuũ
ordinem reuocare: & in Bulla, cõfirmationis nobiles quidã viri, &c.

In habitu, & conuerſatione religionis, &c.

de iſta Bulla facta eſt mentio. ſup. §.18. idem. Innocentius Papa. 4.
in c. Veniens de verb. ſignific. in 6. §. cęterum dict fratres, &c.
ordinis ſui, &c. in hoc enim textu loquitur de iſta militia S. Iacobi.

ALEX-



ALEXANDER Papa 4. ſupra §. 19. Ibi viri Re-
ligioſi.

VRBANVS Papa 4 ſupra §. 21. Paci, & quieti religioſo-
rum virorum fratrum Ordinis militiæ S. Iacobi, & in altera ſua
bulla. §. 22. num 1. Ordinis veſtri Religio. Et in altera. §.23. num.
1. Inter Religioſos exortas. Et infra. Magiſtrum Ordinis militiæ
ſancti Iacobi. Et in altera bulla. §. 24. num. 1. Mancipati ſupernæ
maieſtatis obſequijs. Et infra. Ordinem veſtrum in Eccleſiæ firma
mento, quaſi turrim fortitudinis diuinitus inſtitutum.

GREGORIVS Papa 10. ſupra §.25. n.1. & ſi quibuſlibet
religioſis. Et infra. Magiſtri fratrum domus ordinis militię Sancti
Iacobi.

BONIFACIVS 8. ſupra §. 26. n.1. Fundato ordine militiæ
S. Iacobi, in habitu, & obſeruantia regulari. Et infra. Ordinem ip-
ſum, cum regularibus obſeruantijs eius, autoritate Apoſtolica con-
firmarunt.

MARTINVS Papa 5. ſupra §. 29. n.1. Religionis veſtræ
militia. Et infra. n.2. Ordinis profeſſores.

SIXTVS Papa 4. ſupra § 30. Curam religionum. Et infra.
Militię S. Iacobi de Spatha, ordinis Sancti Auguſtini.

INNOCENTIVS Papa 8. ſupra §. 32. n.1. Statum reli
gioſarum perſonarum quarumlibet, præſertim ſub regularibus
militijs.

IVLIVS Papa 2. ſupra §.34. n.6. Ibi. aliorum Religioſorũ,
& infra. Nos igitur conſiderantes ordinem prędictum, & illius in-
ſtitutionem, ac ſtatuta & ordinationes regulæ, & correctorij per di
ctum Albertum Cardinalem, vt prefertur editas, rationabilia, & ho
neſta, ac ſancte. & pie viuendi normam, & ordinem continere.

CLEMENS Papa 7. ſupra § 37. n.1. Religioſarum perſo-
narum quarumlibet, præſertim ſub regularibus militijs.

PIVS Papa 5. ſupra § 42. n. 4. ibi aliorum religioſorum, & inf.
Nos igitur qui ſalubrem religionum quarumlibet, & maxime mili-
tiarum.

PAVLVS Papa 3. ſupra §. 50. numero. 2. Ibi. Las perſonas
religioſas.

SIXTVS Papa 5. in bulla pro militibus Monteſiæ. ſupra lib.
1. cap. 4. §. 52. num. 1. Militias, quę ſub regula approbata alicuius
ordinis.

EPISCOPI etiam, & vniuerſus Eccleſiaſticus ſtatus, &

& etiam ſecularis vocant abſolute, & de plano ordines, & religiones, vt conſtat ex praxi, & plurimis inſtrumentis, quę referre longum eſſet, & pro eo pono ſequentia.

10 REX FERDINANDVS ſecundus Legionenſis in quodam priuilegio donationis Hoſpitalis de Viuei, vocat hos milites perſonas religioſas, dicitque facere donationem Deo, & ordini militum D. Iacobi, & domno Petro Fernandi eiuſdem ordinis venerabili Magiſtro. & in altera donatione de Luchena his verbis. Inter cetera, quę Regiam Maieſtatem decorare videntur, ſuma, & præcipua virtus eſt, religioſas perſonas diligere, venerari & largis muneribus ditare, eos præcipue, qui obiectis ſecularibus concupiſcentijs, pro defenſione Chriſti ſemper militare ſancto ſtatuerunt propoſito.

REX ILDEFONSVS. El de las Nauas, in donatione de Vcles, facta Magiſtro & fratribus S. Iacobi, ſic. Regali conuenit maieſtati Religioſos viros quoſcunque diligere, & maxime eos, qui relictis ſecularibus, vouerunt ſponte contra Crucis Chriſti aduerſarios, & proprium ſanguinem fundere, & temporalem vitam finire, ego itaque Ildefonſus Dei gratia Hiſpaniarum Rex, &c. facta carta era 1212.

*Cax. bb. exemp.* REX Alfonſus, Dilecti Ferdinandi filius, in priuilegio qui confirmat huic ordini poſſeſsiones de Regalengo, vocat Magiſtrũ & fratres milites, perſonas religioſas, dans eis facultatem vt poſsint emere de hæreditatibus nobilium, & de Clericis, & de alijs ordinibus. Facta carta apud Cauriam, era 1267.

*Cax. Mõtaluan.* PETTRVS Rex Aragonum, in donatione quã facit huic ordini, de Villamontis Albani, vocat Magiſtrum huius militiæ domnum Ferdinandum Gonçalum, venerabilem. Facto priuilegio era 1245.

SIC & Alfonſus Rex Aragonũ Magiſtrũ huius militiæ Velaſcum Rodericum vocat venerabilem, in priuilegio quo confirfirmat dictam donationem anno Domini 1331.

ET IACOBVS Rex Aragonum qui Valentiam recuperauit, a Mauris, in donatione quam facit huic ordini, de loco, & Turri de Muſeros, vocat Commendatorem de Montaluan, Fratrem venerabilem. era 1274.

11 Eadem veritas quod iſti fratres milites ſint religioſi, taleſque nominantur à Summis Pontificibus, & vniuerſis Chriſtianis, patet ex eo, quod ab omnibus vocatur **Fratres**, quo nomine vocatur, qui



qui veri ſunt Religioſi.

Pro quo notetur, quod licet in primitiua Eccleſia, omnes fideles appellabantur diſcipuli, vel fratres: ſed poſt quam Apoſtoli fecerunt Concilium Antiochenum, appellati ſunt Chriſtiani, & per excellentiam, religioſi appellantur fratres, quia ſunt, vel debent eſſe Magis coniuncti in Chriſto, & propter hanc cauſam proprie, & & ſtricte omnes profitentes tria vota ſubſtantialia regulæ, ſiue ſint monachi, ſiue alij religioſi, poſſunt dici fratres. Sic idem Alexan. Papa 3. anno 1180. in Concil. Lateran. 1. p. c. 10. monachi, vocat religioſos fratres, & in cap. Veniens de Simonia, & idem Alex. 3. vocat Moniales ſorores, in cap. Cauſam, quæ de electio. Et Bonif. 8. in cap. Periculoſo de ſtatu regularium, moniales vocat ſorores, ſic etiam appellantur fratres minores in Clementina exiui de Paradiſo, de verborum ſignificatione. Et in Clementina dudum. De ſepulturis, Prędicatores appellantur fratres. Facit etiam tex. in cap. Nimis de exceſsibus Prelatorum, & cap. Inſinuante. qui Clerici, vel vouentes, & in cap. Tuarum de priuilegijs, & ibi gloſa. & cap, Dudum. de decimis, milites Hiroſolymitani, vocantur fratres, quod & adnotauit Petrus Gregorius Syntag. iuris. vniuerſi. parte 2. lib. 15. cap. 34. numero 2. dicens, quod cum Alexander 3 Summus Pontifex vetaret eis coniugium, eos vocauit fratres Sancti Ioann. & Innocent. tertius. Frates Hoſpitalis Sancti Ioannis. Facit Petrus Nuñez de Auendaño. cap. 26. pręt. numero 11. verſ. quod dixit, & Iacobus de Graphis in deciſionibus aureis. lib. 24. numero 26. & Alfonſus de Azeuedo in lege 14. nouæ recopilat. lib. 3. titulo 5. numero 1. & multi alij Doctores. Præterea in regula Sancti Franciſci, religioſi appellantur fratres, & in Bullis Apoſtolicis ordinum militarium Calatrauæ, & Alcantaræ quando fuerunt confirmati ab iſto eodem Sanctiſsimo Papa Alexand. tertio, cum caſtitate abſoluta, & non reſtricta ad coniugalem: milites, vocantur fratres. Quas Bullas refert Licentiatus Rades in ſua Chronica, folio 13. & folio 2. & hoc eſt notiſſimum, nec opportet in eo immorari. Eſt res clara, & recepta

12 Quod autem milites S. Iacobi a ſancta Sede Apoſtolica abſolute, & pleno ore vocentur fratres. Patet euidenter ex Bulla confirmationis Alex. Papa. 3. & alijs poſitis in 1. lib. ergo ſunt vere religioſi. Videri poterit Abbas in cap. Cauſam quę de iudicijs, et cap. Sacroſancta. diſt. 22, et ibi gloſſa verbo Chriſtianorum.

13 Religioſos eſſe hos fratres milites, militiamque ipſam eſſe ordinem religionis, & appellari a Summis Pontificibus, probatur etiã ex vi huius particulæ. **Alius**, quæ ex natura ſua refert ſimilia in ſubſtantia. Bulla confirmationis ſupra lib. 1. cap. 4. num. 19. dicit. Nec ad alium ordinem ſine Magiſtri licentia audeat ſe transferre; & idem Alexand. in bulla contra vagantes. §. 3. Obtentu maioris religionis ordine ſpreto, ad alium locum arctioris religionis intuitu. Et in regula D. Iacobi ſupra §. 1. n. 59. Si aliquis frater, fratrẽ ſuum aut aliquem alium cuiuſcunque ordinis occidat. Et idem Alex. 3. in Concil. Lateran. & refertur in cap. cum & Plantare de priuileg. vtitur eodem modo loquendi in principio capitis. Fratres Templi, & Hoſpitalis, & alij religioſi Et in bulla Lucij 3. §. 5. n. 2. Vel intrare alium ordinem. Et Innocentius Papa 3. Ad religionem aliam tranſeundi. Supra §. 8. in principio bullæ, & in cap. de regul. & tranſ. ad relig. Idem Innocentius vtitur prędictis verbis. Sub prætextu maioris Religionis ad alium ordinem trãſuolaret. Probo etiã quod particula. Alius referat ſimilia in ſubſtantia. ex titul. de regul. & tranſ. ad religionem in 6. cap. non ſolum. & cap. conſtitutionem, loquens de fratribus Prędicatorum, & Minorum, & in cap. qui poſt votum, & in extrau. Ioan. 22. cap. ſancta Romana. de Religioſ. Domi. contra fratricelos. Probat efficaciter bulla Bonifacij Papæ 8. conceſſa in re grauiſsima, & de qua, lis vertebatur, vt vidimus ſup. lib. 1. cap. 4. §. 23. n. 4. ibi; Ne dum ipſi ordini deſtructionis incommoda, ſed etiam alijs ordinibus, & infra. Quodque ſimile in minorum, & Prędicatorum, ac Templariorum, & Hoſpitaliorum, & nonnullis alijs ordinibus.

Extant etiam leges Regię partita 1. titul. 7. de Religioſis. l. 1. & 14. nouæ recopilationis. lib. 8. tit. 5. ibi, Caualleros de Sant Ioan, o otro algun religioſo. qua in lege videndus eſt Alfonſus de Azeuedo qui per hanc particulam. Otro. Probat milites Diui Ioannis eſſe veros religioſos quia inquit dictio, Otro. eſt repititiua ſimilium ſecundum Baldum in l. conuenticulam. cap. de Epiſcopis, & Clericis.

Ergo ordo S. Iacobi, verus Ordo Religionis eſt, & ita eſſe docent Summi Pontifices Alexand. 3. Lucius 3. Vrbanus 3. Innocentius 3. Honorius 3. Innocentius 4. Iulius 2. Dum de certa ſcientia hunc Ordinem confirmantes, dicunt de fratre milite profeſſo. Nec ad alium ordinem tranſeat. & certum eſt verum ordinem ſequi, &





eſſe ex parte prędicati, ergo præceſſerat verus ordo religionis. Dum dicit. Nullus fratrum ſiue ſororum poſt ſuſceptionem Ordinis veſtri.

14 Confirmatur hęc ex iure canonico, & communi modo loquendi: quod nomen ordo in regula approbata pro religione ſumitur. Sic idem Alex. Papa 3. qui hunc ordinem S. Iacobi approbauit in cap. Non eſt de regularibus & tranſ. Religionẽ Ciſterciẽſem: vocat ordinem. facit cap. ex literarum qui Clerici. vel vouentes, ibi. Ad monaſticum ordinem tranſire, & idem Alex. in cap. relatum. nec Clerici, vel monachi. dicti fratres alterius ordinis, in monaſterium in lucas, &c. & Innoc. Papa 3. licet de regul. religiones vocat ordines, & in cap. Conſulti. eodem titulo dicit. Profiteatur ordinis diſciplinam Et Gregorius 9. eodem tit. in cap. religioſi. dicit, quod eiecti de ordine ſuo requirantur. & ſecundũ ordinẽ regularem recipiantur. Et Innocent. Papa 3. de ſtatu monachorum. cap. in ſingulis. vtitur nomine ordo. & obſeruantia regulari, referendo ordinem Ciſtercienſem, & Bonifacius Papa 8. religiones vocat ordines. cap. quorundam de electione in 6. & in titulo de regul. & tranſ. cap. non ſolum. & in cap. exijt. de Verborum ſignificatione. in 6. Nicolaus Papa 3. Religionem D. Franciſci vocat ordinem, & religioſos fratres. Patet etiam ex praxi & ſtilo Curiæ Romanæ, & etiam ex Breuiario Romano, quod in legendis Sanctorum, religiones vocat ordines.

15 Cap. veniens de verborum ſignificatione hæc omnia confirmat. textus enim iſte qui Innocentij Papę 4. eſt: loquitur (vt modo dicebam) de iſta militia S. Iacobi & de eius militibus, & militiam: vocat ordinem; & milites: vocat fratres & quod loquatur de iſto ordine, S. Iacobi docet gloſſa in principio & verſus finem verbo generalis, verba etiam textus hoc capite docent. facit enim mentionem priuilegij Alexandri, quod eſt Bulla de confirmatione huius ordinis ſupra cap. 4. numero. 12. & 13. & 29. & 33. & 37. & in regula D. Iacobi ſup. §. 1. num. 54. patet etiã ex eo quod textus incipit veniens. & Gregorius. 9. anno. 1237. dedit quandam Bullam in fauorem huius ordinis S. Iacobi contra quendam prælatum & Bulla incipit. Gregorius Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri, &c. Veniens ad Apoſtolicam Sedem, in noſtra præſentia proponere curauiſti, quod occaſione priuilegij felicis recordationis Alexandri Papæ prædeceſſoris, fratribus militię S. Iacobi indulti multipliciter læditur Eccleſia. &c. Et continet omnia

verba iſtius textus, & ipſa & textus eiſdem verbis concludunt dicendo per declarationem autem huiuſmodi nolumus alijs defenſionibus ſeu iuribus partium derogari.

Probatur etiam iſtam militiam S. Iacobi eſſe veram religionē ex illis verbis Bullæ confirmationis ordinis Alexandri. 3. ibi in habitu & conuerſatione religionis, &c. & inf. eo vtique moderamine Propoſitum ſuum. & ordinem temperantes. vt ſup. cap. 4, num. 7. vbi per propoſitum: intelligit vitam religioſam, quod probo ex cap. Clerici, 19. quæſt. 3. textus ſic habet. Clerici qui monachorum propoſitum appetunt, quia meliorem vitam ſequi cupiūt liberos eis ab Epiſcopis in monaſterijs largiri oportet ingreſſus nec interdici propoſitum eorum, qui ad contēplationis deſideriū tranſire nituntur. hęc in textu Idem Alexand. 3. ſic intelligit & explicat nomen iſtud propoſitū, ipſū religionē appellans. patet ſupra eodem ca. 4. §. 2. n. 2. in ſua Bulla ibi; horum itaque propoſitum, &c. & inf. religio quę Deo grata eſt.

Probant etiam Gregor. 13. & Sixti Papa. 5. Bullæ conceſſæ fratribus milibus Monteſiæ, vbi fratres appellantur, & eorum militia ordo, & religio. ſupra §. 51. & 52.

Cum ergo militia iſta S. Iacobi, & etiam Calatrauæ, & Alcantaræ, & Monteſiæ abſolute & de plano vocetur, & vocentur ordo, & religio, & eius, & earum ſtatuta, & regula, et regulæ, & obſeruantia regularis, & habitus regularis, & harum militiarum milites ſimiliter abſolute vocātur fratres, & Eccleſiaſticæ perſonæ, et regulares, et religioſi, et portare habitum regularem: euidenter probatur has militias eſſe veras religiones, et earum milites eſſe vere religioſos, et contrarium velle dicere, non eſt carens audacia, et falſitate. Eſt etiam infirmare, ſeu inuertere iura, ſeu eorum modos loquendi.

## Summarium ex §. ſequenti

1 *Fratres milites S. Iacobi faciunt profeſſionem regularem ſub regula S. Auguſtini, & n. 8. 9. & 10.*

2 *Idem probatur de fratribus militibus Calatrauæ, & Alcantaræ, & Monteſiæ, ſub regula Ciſtercienſi, & n. 8. 9. & 10.*

3 *Profeſſio recte fit ſub nomine obedientia.*

4 *Comitiſſa Vrgelenſis fuit fratriſſa, ſeu ſoror ord. S. Iacobi.*

5 *Concilium Tridint. de modo faciendi profeſſionem.*

6 *Mili-*



6 *Milites S. Iacobi faciunt profeſſionē ſub Regula S. Auguſtini. & milites Calatrau. Alcantaræ, & Monteſiæ ſub regula Ciſtercienſ. magis probatur, & n. 7. & ſequentibus.*

7 *Per uotum caſtitatis coniugalis, non eſt ſublata regula S. Auguſtini, ſed modificata, & idem dicendum eſt de regula Ciſtercienſium Calatrauæ.*

8 *Deciſio Rotæ.*

9 *Fratres S. Ioannis profitentur regulam S. Auguſtini.*

10 *Quod regulam religionis prædicti fratres milites profitentur faciuntque tria uota ſubſtantialia in habitu regulari, magis probatur.*

## Ex forma profeſſionis, & habitus, idem oſtenditur, ſecundo.

## §. Quartus.

QVOD fratres milites S. Iacobi ſint vere religioſi. Conuincitur, ex eo, quod faciunt profeſſionem regularem per tria vota ſubſtantialia, ſolemnia regulę S. Iacobi, ſub regula Canonicorum regularium S. Auguſtini, & hoc docent Summi Ponti, quod ſic oſtendo. Alex. Papa 3. in bulla confirmationis ſupra cap. 4. n. 1. ibi; Magiſtro, eiuſque fratribus Clericis, & laicis cōmuuem vitā profeſſis. Nota verbum profeſſis quod tam de militibus quā de Clericis dicitur. At certum eſt, fratres Clericos profeſſionem facere regularē Deinde in eadem bulla num. 15. facit mentionem trium votorum, obedientiæ, viuendi ſine proprio & caſtitatis coniugalis, quę à fratribus militibus emittuntur, ibi. Interea ſane quæ in profeſſionis veſtræ ordine ſtatutum eſt obſeruari, primum eſt vt ſub vnius Magiſtri obedientia. Nota profeſſionis ordinis, & infra. num. 19. Nullus fratrum ſiue ſororum poſt ſuſceptionem Ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam, vel redire ad ſeculum, vel ad alium ordinem ſine Magiſtri licentia audeat ſe transferre, & idem Alexand. in altera Bulla ſupra §. 3. n. 2. ibi. Et ordine ſpreto, in quo vouerant domino militare ad ſeculum, tanquam canis ad vomitum redeuntes. & infra. Poſt ſuſceptionem habitus, & factam ibidem profeſſionē.

LVCIVS Papa 3. ſupra §. 1. num. 3. Fratres ordinem ſuum eſſe profeſſos.

VRVA-

VRBANVS Papa 3. ſupra §. 6. num. 1. Communem vitam profeſsis.

INNOCENTIVS Papa 3. ſupra §. 7. n. 2. & 3. Communem vitam profeſsis, &c. In habitu & conuerſatione religionis & infra. num. 6. Cum regularibus obſeruantijs, & infra. num. 7. In profeſsionis veſtræ ordine, & infra. num. 8. Poſt ſuſceptionem ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam. & idem Innocentius, ibidē §. 8. num. 1. facta profeſsione ſuſcepit habitum regularem, & in altera bulla ſupra §. 9. n. 3. Factam profeſsionem.

HONORIVS Papa tertius. idem docet. eodem Cap. §. 10.

INOCENTIVS Papa 4. ſupra §. 18. Communem vitam profeſsis.

BONIFACIVS Papa 8. ſupra §. 26. In habitu, & obſeruantia regulari.

MARTINVS Papa 5. ſupra §. 29. num. 1. Veſtrique ordinis profeſſores.

INNOCENTIVS Papa 8. ſupra §. 32. n. 3. Cum profeſsionem emittit tria vota ſubſtantialia, &c.

IVLIVS Papa 2. ſupra §. 34. numero 6. Communem vitam profeſsis.

2 PAVLVS Papa 3. ſupra §. 50. pro militibus de Calatraua, & Alcantara, num. 5. Que en la profeſsion regular ſobredicha, que al tiempo hizierē, cōforme a los eſtatutos y eſtablecimiētos de ellas, en ninguna manera ſean obligados a hazer profeſsion de tal voto de caſtidad, y continencia perpetua, ni puedan ſer apremiados a ello contra ſu voluntad, ſino que en lugar deſto, deuan hahazer voto de matrimonial caſtidad, ſegun los eſtatutos y eſtablecimientos de la dicha milicia, y Caualleria de San Tiago. Hæc ibi. Pius Papa 4. in ſua bulla ſupra §. 37. num. 2. & 3. ibi. Profeſsionis regularis, & infra. Profeſsionē regularem emittere, & in altera bulla, ibidem. §. 38. num. 3. ibi. & profeſsionem regularem per eoſdem milites emitti ſolitam. in quibus bullis loquitur Summus Pontifex de militibus S. Iacobi. ergo euidēs eſt iſtos fratres milites S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ facere profeſsionem regularem, ſic enim Sedes Apoſtolica, verbis deciſiuis nos docet.

3 Et certe ſatis aperte docuit Alexand. Papa 3. in bulla confirmationis. n. 19. ibi. Poſt ſuſceptionem ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam, &c.



Per obedientiam enim intelligit profeſsionem regularem, & probo ex regula Sancti Franciſci, & refertur in extrauag. quorundam de verborum ſignificatione, Ioannes 22. Paulo poſt principium verſ. In primis cum dicatur in regula, quod illi, qui promiſſerunt obedientiam, habeant vnam tunicam. vbi gloſſa verbo obedientiam, per obedientiam intelligit tria vota ſubſtantialia. facit c. cum in Eccleſijs de maior, & obedientia.

Secundo probo ex praxi, quia in aliquibus religionibus, fit profeſsio ſub nomine obedientiæ non expræſſe nominando caſtitatis & paupertatis vota, & ita recte fieri docēt communiter Doctores. D. Thom. quolibet. 10. ar. 2. docet cautiſsimam, & ſecuriſsimam eſſe profitendi formam, fratrum Prædicatorum, & D. Antoninus 3. p. tit. 16. cap. 3. Syluester verbo religio. 3. q. 18. verſ. 5. Nauarr. de Regul. cap. cui portio. q. 22. num. 18. & ordo Canonicorum. lib. 1. cap. 17. num. 6. &c. qui & refert quod in ordine prædicatorum nō exprimitur caſtitas, neque paupertas in forma profitendi, ſed ſola obedientia ſecundum regulam S. Auguſtini, & regulam eiuſdem ordinis.

4 Et hic placuit facere mentionem profeſsionis cuiuſdam fratriſę, ſeu ſororis huius ordinis S. Iacobi videlicet Comitiſſę Vrgelenſis, filiæ inclitæ recordationis Ermengaudij Comitis Vrgellenſis, & Domnæ Eluiræ ſimiliter Comitiſſæ, dicit ergo, quod bono animo, & ſpontanea voluntate offert corpus ſuum, & animam Domino Deo, & ordini S. Iacobi de Vcles, & promittit obedientiā in manu fratris Lupi Petri ordinis S. Iacobi, Domino Petro Gundiſaluo Dei gratia Magiſtro ordinis, & totius conuentus ſucceſſiue. ſolemnizantes vota iuxta regulam ordinis S. Iacobi, & ſtatuta & quod ſemper quod contrahet matrimonium, erit de Magiſtri ordinis licentia, & aſſenſu, & ſi caſu forte, aliquando matrimonium quod eſt contractum inter eam, & nobilem Petrum Infantem Portugaliæ, non poſsit effectui mancipare, prout inter eum, & ipſam vnanimiter eſt conceſſum, eo prouiſo quod ſi matrimonium nō poſſet aliquatenus conſumari, tenetur contrahere cum Domino Iacobo Dei gratia Regi Aragonum, prout inter ipſam, & ipſum conuenire, ſicut expreſe, & humiliter depræcantes, quatenus per Magiſtrū & ordinem ſibi ſemper veniat caſamentum, ſicut & fratriſæ ordinis ſpeciali, ſi contigerit venire. &c. Acta fuit 2. nonas Maij, ſub anno

anno incarnationis Verbi 1229. Hæc viſa ſunt tranſcribere, ex eis quæ continet, & habetur ad longum in Conu. Vclenſi. Cax on poder y coſas differentes. & de iſta Commitiſſa videtur facere mentionem Ioann. Mariana de Rebus Hiſpaniæ. lib. 12. cap. 13. & cap. 16. & Miedes in hiſtoria Regis, D. Iacobi.

Et quod attinet ad noſtrũ propoſitum notanda ſunt verba iſtius profeſsionis, maxime pro ſolutione 2. argum. infra. c. 2. §. 2. ſunt enim ponderanda verba, offero corpus meum, & animam meam Domino deo, & ſancto ordini Diui Iacobi, & per Magiſtrũ, & ordinem michi ſemper veniat caſamentum, & ſolemnizantes vota. Quæ omnia ſunt notanda, maxime pro ſororibus de Barcelona, quarum profeſsio licet ſit breuior in modo loquendi, eſt tamen eadem in ſubſtantia trium votorum ſubſtantialium caſtitatis coniugalis, obedientiæ, & viuere ſine proprio.

5 Hæc eadem veritas oſtenditur, & probatur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 15. præcipiente, vt profeſsio non fiat ante decimum ſextum annum ætatis, & anno probationis, adieſuſceptionis habitus completo. quod obſeruant iſti fratres, vt inter alios adnotant Nauarrus in conſ. titul. de his quæ vi metu lib. 1. conſ. 5. n. 4. fol. 95. & frater Manuel in ſumma. 2. parte c. 8. conſ. 1. & adeo eſt verum quod ſi iſta forma concilij non ſeruetur ab eis, profeſsio eſt nulla, & ita inuiolabiliter obſeruatur a Domino noſtro Rege Philippo adminiſtratore perpetuo, ab omnibuſque fratribus, taliter quod ſi ſua Catholica maieſtas, vult aliquem ducem nouitium præmiare, conferendo Commendam, petit a Summo Pontifice diſpenſationem, vt non ſeruata dicta diſpoſatione Concilij, poſsit ante annum emittere profeſsionem. & ita videmus aliquando fieri.

6 Et hæc ratio inſolubilis eſt. & ita patet hos milites facere profeſsionem regularem, ſub regula approbata a Sancta Sede Apoſtolica.

Nota. Quod profeſsio quæ fit a fratribus militibus Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & Monteſiæ, ſit regularis etiam oſtendo, quia qui ſunt Sancti Iacobi, profitentur ſub regula Canonicorum regularium Sancti Auguſtini. & Calatrauæ, & Alcantaræ, & Monteſiæ ſunt Ciſtercienſis ordinis.

Et pro fratribus S. Iacobi ſic oſtendo.

ALEXANDER Papa 3. in Bulla confirmationis militiæ ſupra cap. 4. numero primo, ſic docet, Magiſtro militiæ Sancti Iacobi, eiuſque fratribus Clericis, & laicis tam præſentibus quam futuris communem vitam profeſsis, & infra. numero 5. & 7. **Nobiles quidam viri in habitu, & conuerſatione religionis, &c.** Suum ordinem temperantes, vt etiam ſint qui coniugibus ſuis vtantur, Quibus verbis docuit, hos milites Sancti Iacobi facere profeſsionem ſub regula Sancti Auguſtini. Nam fratres Clerici eam profitentur. 7
Vt eſt notorium, & oſtendi ſupra lib. 1. cap 1. §. 4. numero 2. & cap. 3. videlicet quod iſti fratres Clerici, & laici ſeu milites in vno modo viuendi ſub regula Sancti Auguſtini conuenere, & vnum corpus religionis factum eſt, Namque cum hij milites ſe, Canonicis hiſs agregarunt: non intenderunt facere nouum ordinem. Et probo argumento ſumpto ex cap. final. de relig. Domi. nenimia religionum diuerſitas in Eccleſia Dei confuſionem inducat, & cap. Religionum diuerſitas eodem titulo in ſexto, & Extrauaganſ. Sancta Romana. de Religioſis Domib. Ioann. 22. quod optime ad notauit Dominus Didacus a Ponte de Quiñones qui Epiſcopus Obetenſis eſt, in tractatu de Conuentu Vclenſi manu ſcripto, Factum eſt ergo vnum corpus religionis, in vna vita communi, ſub eadem regula Sancti Auguſtini, taliter quod reſpectu fratrum militum (ipſis exigentibus) auctoritate Apoſtolica modificata eſt, quibuſdam conſtitutionibus, reſtringendo votum caſtitatis, ad caſtitatem coniugalem, vt in regula Diui Iacobi habetur expreſſe, quam regulam diui Iacobi, iſti fratres profitentur modificantem, quo ad hoc regulam Sancti Auguſtini.

Et ita profitentur regulam Sancti Auguſtini, modificatam: non enim deſtruxerunt eam modificando caſtitatem ad coniugalem, ſed temperarunt, & modificarunt: vt verbis expreſsis & deciſiui, docet Alexand. 3 in verbis allegatis ſuæ bullæ confirmationis ſupra n. 7. Eo vtique moderamine propoſitum tuum & ordinem temperantes, quod veriſsimum eſt, & obſeruandum. Vnde pro maiori intelligentia notentur ſequentia.

Fecit quidem Alexand. Papa 3. cum militibus Sancti Iacobi in principio, & in fundatione huius ordinis, anno 1175. quod

quod Paulus Papa 3. Cum militibus Calatrauæ, & Alcantaræ anno 1540. dum fecit, vt poſſent ducere vxores. non enim (vt aperte conſtat ex eadem bulla ſupra §. quinquageſimo) deſtructa fuit, aut ſublata eorum Religio: nam votum caſtitatis non fuit ſublatum: ſed tantum modificatum, ſicut quando Papa dat licentiam alicui religioſo, vt poſsit facere teſtamentum, vel vt diſtribuat aliqua bona, vt fecit cum fratribus Clericis huius ordinis S. Iacobi, vel quando approbat religionem quę habeat propria bona in communi, vt ſunt plurimæ, vel vt aliqui religioſi habeant in ſingulari proprium aliquo modo, vt fit in ſocietate Ieſu, in perſonis quę dicuntur coadiutores non formati, qui propium poſſunt habere certo modo, ſuſpenſo vſu, & vere & proprie, & eſſentialiter, abſoluteque ſunt Religioſi. vide ſup. §. 52. n. 4. BB. Sixti PP. V. ibi. Caſtitatē coniugalē vouiſſe, & vouere, perinde ac ſi primeua ſtatuta dictę militię de Mōteſia id permitterent. optime etiam docet hęc Nauarr. lib. de reddi. q. 1. mon. 56. quod votum caſtitatis non fuit ſublatum: ſed moderatum. manſitque vere religio.

Deciſio Rotæ facta die 22. Iunij 1582. & habetur in noua impreſione fol. 37. & eſt deciſsio. 266. docet quod milites de Alcantara viuunt, & militāt ſub eadem regula, qua exiſtunt profeſſores ordinis Ciſtercienſium, & quòd Ciſtercienſes ſunt ſub regula S. Benedicti & loquitur de eis expreſſe poſt factam diſpenſationem. Dicit enim non obſtare quod ducant vxores, quia cōmutatio voti continentiæ, in caſtitatem coniugalem. non mutat Regulę ſubſtantiam.

9 Hęc ex deciſione Rotę. vnde & Nauarrus ſup. mon. 56. num. 4. optime docet, quod comendatores cruciferi ordinis S. Ioannis Hoſpitalis Hieroſolimitani, & comendatores S. Iacobi eandem Regulam. S Auguſtini profitētur, licet iſti ex Apoſtolico priuilegio vxores habere poſsint, quod non efficit, ne ſint Religioſi.

10 Docent ſummi Pontifices hanc veritatem. verbi cauſa.

SIXTVS PP. 4. ſup. §. 30. ibi. Cōuentus, & fratrū vniuerſorū
Militiæ S. Iacobi de Spatha ordinis S. Aug.

ADRIANVS Papa 6. debita meditatione, & diligenti conſideratione præmiſsis habitaque cum eiuſdem Sanctę ſedis Cardinalibus matura deliberatione, ac de eorum conſilio et aſſenſu vniuit Coronę Caſtellæ Magiſtratus S. Iacobi Calatrauę, et Alcantarę, et in iſta Bulla dicitur, quod Magiſtratus, et perſonæ militiæque ſunt S. Auguſtini et Ciſtercienſis ordinis, vt ſup. §. 36.

ET



ET CLEMENS Papa 7. in bulla poſita ſupra §. 37. ibi Rex, et militię S. Iacobi de Spata, ſub regula S. Auguſtini perpetuus Adminiſtrator, et in altera bulla. §. 38. ibi, veſtræ militiæ S. Iacobi ſub regula S. Auguſtini Canonicorum Regularium.

PAVLVS Papa. 3. ſupra §. 37. ibi Rex, & militia S. Iacobi de Spata ſub regula. S. Auguſtini canonicorum regularium perpetuus Adminiſtrator.

PIVS Papa 5. ſupra. §. 42. ibi milites & perſonas militiæ S. Iacobi de Spata ſub regula S. Auguſtini, idem Pius Papa. §. in altera bulla ſupra eodem lib. 1. §. 43. ibi S. Iacobi de Spata de Alcantara, & Calatrauæ militiarū ſub [illegible]cti Auguſtini, & Ciſtercienſis ordinum [illegible]gulis, Perpetuus adminiſtrator, per Sedem Apoſtolicam. Et [illegible]ulla qua vniuit beneficium Sancti Iacobi de Veles Parrochiali [illegible]nuſeros, ſic, Pius Epiſcopus &c. cum itaq; ſicut accepimus per [illegible]m ſimplex beneficium Eccleſiaſticum in Eccleſia S. Iacobi [illegible]les nuncupati Valentineñ. Per fratres milites militię S. Iacobi de Spata ſub Regula S. Auguſtini obtineri ſolitum &c. Dat Romę Anno 1567.

Paulus Papa 3. in Bulla, qua diſpenſauit cum militibus Calatrauæ, & Alcantaræ vt poſsint ducere vxores. ibi, milicias & Caualle rias de Santiago de la Eſpada, que es debaxo de la orden de S. Auguſtin, y de Calatraua, y Alcantara, que ſon de la orden de Ciſtel. Supra §. 50. numero 6.

GREGORIVS Papa 3. in Bulla conceſſa militibus Monteſiæ ſupra lib. 10. cap. 4. §. 51. nu. 1. ibi milites militiarum de Calatraua, & de Alcantara Ciſtercienſis ordinis. & infra n. 2. & profeſſionē voti coniugalis emittere vellent &c. & prout Fratres milites militiæ. S. Iacobi de Spata ſub regula S. Auguſtini, & infra nu. 3. profeſsionis regularis.

SIXTVS Papa 5. pro eiſdē militibus ſupra lib. 1. cap. 4. §. 52.
Habitum regularem militiæ de Calatraua.
Et infra in profeſsione Regulari ipſius militiæ, & infra profeſsionem dictę militiæ emittere & infra nu. 5. regularibus ſtatutis, & ordinationibus militiæ de Calatraua, & infra nu. 6 ibi. Quicūq; Chriſti fidelis in eadem Militia de Monteſia Iam recepti & qui ex nunc in poſterum perpetuo in eadem canonice recipientur

tur, &c. in profeſsione regulari, &c.

LEO Papa 10. in ſua bulla anno 1515. motu proprio, & ex certa ſcientia reſeruat Magiſtratus S. Iacobi de Spata, & de Calatraua, ac de Alcantara. S. Auguſtini, Ciſtercienſis ordinū militiarum glorioſiſsimo Carolo 5.

Quæ Pontificum Summorum enuntiationes cum ſint ſuper re, quæ ad Pontificiam autoritatem ſpectant, cum Papa ſit caput omnium Religionum, & ipſe ſit bene informatus, ſub qua regula Religioſi viuant, faciunt plenā fidem præcipuæ cum aliquę ſint datæ cum clauſula, motuproprio, & diligenti conſideratione, & ex certa ſcientia. & hæc pro ratione in dicta deciſione rotæ aduçūtur, in eaq. fit mētio aliquarū bullarū, & inter eas Leonis, datę anno 1515

## Regulam religionis profiteri milites S. Iacobi, & quod geſtent habitum regularem magis oſtendo.

ALEX. PP. 3. in bulla confirmacionis dicit. Viri quidā nobiles in habitu religionis. ſupra c. 4. n. 7. & in regula. ſupra §. 1. n. 12. ibi, Crucē in modum enſis, & infra explicit. regula. & in altera bulla ſupra § 3. etiā de certa ſcientia dicit, Sub arctiori regula. & infra. n. 2. reiecto habitu regulari, &c.

VRBANVS PP. 3. ſupra §. 6. n. 2. In habitu Religionis.

INNOC. 3. ſupra §. 7. In habitu religionis. & in altera bulla. §. 8. n. 1. Suſcepit habitū regularē. & infra. Grandimontenſis ordinis regula longe arctior ſit quā veſtra. & in altera bulla ſupra §. 9. n. 4. Regulam veſtrā, & infra. Eadem regula firmiter obſeruetur.

HONORIVS PP. 3. ſupra §. 11. habitum regularem.

INNOCCENTIVS Papa 4. ſupra §. 17. ibi, Statuta quędam, contra ſui ordinis regulam, & in bulla confirmationis dicit. Viri quidam nobiles in habitu religionis ſupra §. 18.

VRBAVNS. PP. 4. ſupra §. 22. ſub regularis obſeruantiæ.

INNOCENTIVS Papa octau. ſupra §. 32.

## Sub regularibus militijs, &c. Regularia inſtituta, &c. Profeſsionem emittit tria vota ſubſtantialia, videlicet caſtitatis coniugalis obedientiæ Magiſtro dictæ militiæ, & abſ-

que



## que proprio viuere.

IVLIVS Papa. 2. in bulla confirmationis, ſupra §. 34. n. 3. & 4. & 9. & 12. & 13. Coniugalem pudicitiam ſeruantes ac quaſi Domino, cui ſe, ſuaq. bona obſtulerunt, tria tabernacula facientes. & infra. Eorum regulam, & infra. Scriptam regulam, & infra. ordinationes regulæ. & infra. Non mutata ſubſtantia ipſius regulę.

Certum eſt ergo, hos fratres faciunt profeſsionem regularem, in habitu regulari.

## Tria vota religionis ſolemnia facere hos

fratres milites S. Iacobi. ſatis ex verbis allegatis bullarum patet, & magis aduc oſtendo.

ALEXANDER PP. 3. ſupra c. 4. in bulla confirmationis n. 5. 6. & 7. ibi, Non ſolum poſſeſsiones terrenas, ſed & corpora ſua in extrema quæq. dare pericula, pro domino decreuerūt, & in obedientia Magiſtri, & ſuum ordinem tēperantes. &c. & infra. n. 11. in horum collegio, tu Petre Fernandi Magiſterium ſuper alios, & prouidentiam ſuſcepiſti. & infra. n. 15. inter ea ſane quæ in profeſsionis veſtri ordine, ſtatutum eſt obſeruari. Primum eſt. vt ſub vnius magiſtri obedientia, in omni humilitate, adque cōcordia, ſine proprio viuere debeatis. Ad ſuſcipiendam quoque prolem, &c. coniugium ſortiatur, &c. & in regula ſupra §. 1. n. 21. ibi, incipiunt ſtatuta fratrum ordinis militæ B. Iacobi. qui in tribus capitulis totus conſiſtit: ſcilicet, in coniugali caſtitate, in obedientia conſeruanda, in viuendo ſine proprio. & eadem tria vota ſimiliter expræſerunt prædicti ſummi Pontifides. Lucius. Vrbanus. Innocenſius. 3. & Innocentius. 4. ſiquidem ordinem confirmarunt referendo ad longum Bullam primę confirmationis.

VRBANVS Papa. 4. in Bulla ad vniuerſos fratres militię San. Iacobi indicat ſatis aperte hos fratres eſſe vere religioſos, Deo dicatos, per tria vota ſolēnia, ſup. §. vigeſsimo quarto, ibi.

## Mancipati ſupernæ maieſtatis obſequijs.

Et infra † Ordinem veſtrum in Eccleſiæ firmamento quaſi turrim fortitudinis diuinitus inſtitutum.

Probat hoc etiam bulla Innoc. Papę 8. ſupra §. 32. n. 1. & 3. his verbis † Romani Pōtificis in quo diuina diſpoſitione poteſtatis plenitudo conſiſtit, prouidentia circūſpecta, ſtatum religioſarum perſonarum quarumlibet, pręſertim ſub regularibus militiis. & infra. diligenter attendens illa quę eorum ritus & regularia inſtituta cōcernunt, interdum ampliat, mutat moderatur, &c & infra.

 Qui-

Quilibet fratrum dictæ militiæ, cũ profeſſionem emittit tria vota ſubſtantialia, videlicet caſtitatis, coniugalis obedientiæ Magiſtro dictæ militiæ, & abſque proprio viuere emittere conſueuit. Per quam bullam aperte docemur hos fratres milites S. Iacobi profiteri tria vota ſubſtantialia religionis, licet enim hæc vltima verba habeantur in narratiua bullę, ſatis tamen eſt, quod continentur in hac bulla, in qua Summus Põtifex enuntiat illa præcedentia verba † Poteſtatis plenitudo, prouidentia circumſpecta, ſtatum religioſarum perſonarum, quarumlibet pręſertim ſub regularibus militijs † Quibus verbis aperte oſtẽdit iſtam militiam D. Iacobi ſtatum eſſe religioſarum perſonarum triaque iſta vota admitti, & admiſſa eſſe vt vota ſubſtantialia religionis, a Sancta Sede Apoſtolica, quod ita ſenſiſſe, & indicaſſe Innocent. Papa 8. patet ex dictis, & etiam probatur ex bulla Pauli 3. ſupra §. 50. nam vt diſpenſet in regula Ciſtercienſi. facit mentionem plenitudinis poteſtatis, & perſonarum religioſarum. ibi † El Romano Pontifice vicario de Chriſto en la tierra, tiniendo el principal ſeñorio de mano del Señor, &c. in principio Bullę.

IVLIVS 2. Etiam iſta tria vota ſubſtãtialia indicauit, vt modo retuli, & eſt videre ſupra §. 34. n. 2. & 3.

Hæc etiam veritas declaratur, & probatur ex profeſſione militũ Abulenſiũ ibi, ſub habitu & ſignis ordinis militiæ S. Iacobi obſequi Deo, &c. & infra, Secundum tenorem Regulæ viuere. ſupra lib. 1. c. 3. §. 1. n. 3. quę ſcriptura, non ſolum per Epiſcopos fuit confirmata, Sed etiam per Cardinalem Iacintũ Legatum Apoſtolicũ.

Hoc etiam probatur ex bullis Gregorij 13. & Sixti Papæ 5. conceſſis Pro militibus Monteſiæ ſupra lib. 1. cap. 4. §. 51 n. 1. ibi † Votum porpetuæ caſtitatis, &c. ſed illius loco votum coniugalis caſtitatis facere, &c. & infra. ita vt in ſua quiſq; militia matrimonium contrahere, &c. & Sixtus Papa 5. ibidẽ. §. 52. n. 4. ibi, caſtitatem perpetuam vouere abſolute tenerentur, ſed illius loco caſtitatem tantum coniugalem vouerent. Et infra numero ſexto, Sed illius loco iuxta ſtatuta militię S. Iacobi, ſatis ſit eos cõiugalẽ caſtitatẽ vouere, &c





Satis ergo patet hos fratres milites eſſe vere religioſos: ſiquidem regulam religionis profitentur. vt patet ex dictis vocabulis regula. religio. profeſſio regularis. & obſeruantia regularis, & habitus regularis, & militię regulares, quæ a regula ſic dicuntur a regula enim: regularis dicitur & homo regularis eſt, qui per profeſſionem imperio prælati, ſe ſubijcit, & tales ſunt iſti fratres milites regulares, ſub habitu, & profeſſione, & obſeruantia, & diſciplina regulari conſtituti, & licet melius eſſet vt vouerent omnimodam caſtitatem, tamen votum quod emittunt caſtitatis coniugalis, votum ſubſtantiale religionis eſt ſufficienter. vt vidimus docuiſſe ſummos Pontifices: & etiam indicant illa verba: Illius loco (ſcilicet) continentiæ perpetuę: caſtitatem coniugalem: &c. & in ſua militia manere, &c. videatur gloſſa in c. cum de quibuſdam, de religios. Domi. in principio. *Reſolutio*

Et Nauarrus in Apolog. de red. Eccleſ. quęſt. 3. mon. 61. num. 2. & mon. 55. num 2. & in conſ. lib. 3. de regul. conſil. 23. num. 1. adiuncto. 3. Couarrubias. 2. part. ep. t. decret. cap. 3. § 1. num. 18, qui & citat Fortuniũ Gartiã. frater Michael de Medina de ſacro honic. conti. contro. 7 cap. 37. poſt med. docent hos fratres emittere tria vota ſubſtancialia, frater etiam Hieronymus Roman in ſua Repub. Chriſtiana cap. 2 ſol. 402. ad notauit hos fratres milites facere tria vota ſolemnia religionis.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Papa non poteſt errare in approbanda Religione.*

2 *Papa docet, quod per aſſumptionem ordinis militiæ Sancti Iacobi relinquitur ſeculum, & ſummitur religio uera, & numero 5. & ſexto.*

3 *De lege priuata & publica.*

4 *Magiſter & fratres S. Iacobi uerum ordinem religionis inſtituere prætenſerunt.*

5 *Iſte ordo pro uera religione fuit aprobatus in Hiſpania, ab Epiſcopis, & a legato Apoſtolico, & deinde Romæ a Summo Pontifice cum ſua ſancta Sede, & num. 6.*

6 *Nullus poteſt retinere fratrem militem, diſcedentem ab iſto ordine, ſine licentia Magiſtri.*

## Ex eo quod isti fratres milites professi non poſſunt tranſire, ſine licentia Magiſtri, ad aliam Religionem, declaratur.

## §. Quintus.

NVllus fratrum, ſiue ſororum poſt ſuſceptionē ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam, vel redire ad ſeculum, vel ad alium ordinem, ſine Magiſtri licentia, audeat ſe transferre, &c. Vt ſupra c. 4. n. 19. Summi Pōtif. Alex. PP. 3. Verba ſunt iſta. per quæ aperte docet fratres milites S. Iacobi veram religionem aſſumere, veroſq. eſſe religioſos.

2 Et pro maiori explicatione huius probationis, aduertatur. Certū eſſe ſecundum fidem Catholicam quod Summus Pontifex non poteſt errare in confirmanda aliqua religione ſpeciali, quatenus ad hoc quod attinet ad veritatem doctrinæ, & inſtituti, & conſtitutionum: quę ſibi ab aliquo proponūtur, taliter, quod tales conſtitutiones ſic approbatæ, nihil poſſunt continere, quod ſit contrarium Euangelio, aut rectæ fidei, aut rationi naturali, quod ſit pernitioſum, aut nocibum ſaluti animarum. Et ratio eſt clara: Quia tunc vtitur officio Summi Pontificis, cui a Chriſto dictum eſt, paſce oues meas. Dum autē approbat aliquam religionem, eam proponit vniuerſæ Eccleſiæ, non ſolum vt conuenientem ad ſalutem eorum, qui eam profiteri intendunt: ſed etiam ad perfectionem charitatis congruā eſſe, vt docēt doctores .22. D. Tho. & inter eos D. Bañez q. 1. ar. 10. col. 172. ergo ſi in hac approbatione Pontifex erraſſet deciperet fideles in re grauiſſima ſuę ſalutis: & maxime huiuſmodi Homines, ſuę ſalutis valde cupidos, vt demonſtrāt, cum habitum religionis aſſumunt. Totumque hoc iam refunderetur in Chriſtū Dominum: quod non bene, & ſufficienter fundauerit ſuam Eccleſiam, talem relinquens Vicarium, quod eſt blaſphemum, & hereticum, cum ergo Summus Pontifex Alex. 3. per ſuā bullam verbis propoſitis, doceat vniuerſam Eccleſiam: quod dum hij fratres milites S. Iacobi hunc ordinem aſſumunt, & faciunt profeſſionem: relinquat ſeculum, ſimulq. ſtatuit ne tranſeant ad aliu ordinem, ſine licentia magiſtri: profecto per talem doctrinam generalem, & ad perpetuam memoriam traditam, vimq; habente legis publicę, aperte nos docet hos fratres eſſe veros religioſos veramq. religionem aſſumere. Nam ſi iſta non eſſet vera religio: non diceret, neque ad alium ordinē tranſeat neq. in altera ſua bulla ſupra. §. 3. id pręciperet, etiam per excommunicationis ſententiā cuſtodiri quin potius diceret, ſic. ſi quis lege priuata, hoc eſt ſpiritu Dei ducitur migrandi ad ordinem religionis: conuolet ad eum. Sic idem Summus Pontifex Alexander. 3. in cap. commiſſum de ſponſalibus, docet, & determinat quod ille qui iurauit alicui, de contrahendo cum ea matrimonium, & poſtea lege priuata, ductus: ad frugem melioris vitæ ſuſpirat: contrahat matrimonium, ne contraueniat iuramento. contrahat tamen, animo non manendi in illo ſtatu: ſed quod poſt matrimonium ratum, ante conſumationem; ad religionem migret.

Nota

Et hoc etiam confirmatur, ex capitulo quod Dei timorem de ſtatu monachorum, & canonicorum regularium. Vbi Innocentius Papa. 3. qui etiam ſupradictam clauſulam, & regulam de certa ſcientia confirmauit. Eodem loquendi modo vtitur, docens quendam clericum plebanum. ibi, ſane quidam deſiderans ad frugem melioris vitæ tranſire, officium plebani reſignans &c.

3 Facit textus duo ſunt. 19. q. 2. quatenus habet legem priuatam Spiritus ſancti: qua, quis mouetur, ad intrandam religionem eſſe proferendam legi publicę, qua quis tenetur ad ſeruiendum alicui dignitati, vel beneficio Eccleſiaſtico præhabito, cui obligatur ſeruire. Et argumentum ad hoc confirmandum poteſt ſummi ex cap. ſcripturæ de uot. & vot. red. qui & huius Summi Pontificis Alex. Papę. 3. eſt in quo docet omne votum eſſe mutabile, in votum religionis: etiam autoritate propria, vt ait Panormitanus ibi communiter receptus.

4 Si ergo iſta militia Diui Iacobi, non eſſet religio: aliter eam ſumentes, a Summis Pontificibus docerentur. Et maxime primi illi fundatores qui licet plurimi illorum fuerint cōiugati, habuerūt tamē voluntatē efficacem ſaluandi animas in vera religione. quod ita habuiſſe certū eſt, & probatur ex bulla cōfirmationis. ibi Nobiles quidam viri agētes pœnitentiā peccatorū ſuorū non ſolū poſſeſſiones terrenas: ſed etiā corpora ſua in extrema queq. dare pericula pro domino decreuerūt, in habitu & conuerſationis religionis.

Et confirmatur quia vt patet ex regula. ſupra §. 1. n. 15. Dominus Iacintus Cardinalis legatus Apoſtolicus exiſtens in Hiſpania, hunc ordinem autoritate Apoſtolica, qua fungebatur confirmauit. quod fuit per annum Domini. 1572. quo anno Hiſpaniam intrauit. vide ſupra probatione 1. num. 10. verſ. Rex Ildefonſus. & pondera ibi verbum, vouerunt, & ſupr. cap. 4. in princip. Bullæ Alexandri. Communem vitam profeſsis itaque iſte ordo anno Domini. 1174. erat confirmatus per Epiſcopos Hiſpaniarum, & præfatum Cardinalem, quę confirmatio etiam ad petitionem regum facta eſt. Et his ſtātibus: ſi iſti fratres milites verum religionis ordinem non quæſiuiſſent: tali aprobacione contenti fuiſſent, quia tamen quæſierunt verum, & indubitatum ordinem religionis: eodem tempore, redeunte Romam eodem Domino Iacinto Cardinali: Magiſter, & fratres eum cōmitati ſunt, & ad præſentiam Domini PP. accedentes, ab eodem Papa Alexandro 3. ſimul cum ſua ſancta ſede, ordo hic confirmatus eſt anno Domini 1175. vt etiam docet regula. ibi poſt modum ad præſentiam Domini Papæ accedentes. vt ſup. §. 1. num. 20.

Hoc etiam probatur eo quod illis primis temporibus ordinis, pauci fratres milites ducebant vxores. vt colligitur ex quadam bulla Alexandri Papæ 4. qua confirmat quoddam ſtabilimentum, in capitulo generali per Magiſtrum, & ordinem factum. videlicet vt nullus fratrum poſtquā in ordine per quinque annos ſtetiſſent vxores ducere poſſent. Dat. Anigniæ ſecundo nonas Iunij pontificatus ſui anno 5.

Probo etiam per hiſtoriam Regis Domini Petri, qui regnauit anno Domini. 1350. & eſt in cap. 20. anni. 5. ſui Regni in qua habetur, quod Magiſtri huius ordinis per plurimum tempus non duxerunt vxores.

Hoc etiam probatur ex magna charitate, & deſiderio, quo flagrabant augendi & propagandi Eccleſiam Dei. tum enim paruo in tempore multas terras & prouincias hi milites tranſierunt, ac peragrarunt, vſque ad Antiochiam, quibus omnibus conſideratis aperte nobis datur intelligi: quod ſi hi milites intelligerent, hunc ordinum non eſſe veram religionem, iam ſumerent eiuſdem inſtituti militari, religionem veram, verbi gratia, de Templarijs, aut de Calatraua, & hoc efficaciter probant milites Abulenſes, qui hunc ordinem ſumpſerunt. vt vidimus ſupra. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 3. ibi ad ſalutem animarum, & infra, obſequi Deo elegerunt, & veliti ipſa



ipſa militia, ad deffenſionem Eccleſiæ cōtra Crucis Chriſti inimicos inceſſanter pugnare, & infra. & D. Petro Fer. obedire: & ſecundum tenorem Regulę viuere. quod factum eſt tres anni ante confirmationem Appoſtolicam Factam. & iſti milites fuerunt de fundatoribus ordinis.

Et ita dicendum eſt. quod ab Alexandro Papa 3. verum ordinem vereque regulæ religionis approbationem poſtularunt. et ipſe Summus Pontifex id pretenſit facere: nam ſi pium viuendi modum tantum approbare vellet: magnam ſolicitudinem (vt regula refert) & ſtadium, & examen longum non adhiberet, excuſabile enim eſſe, ex eiuſdem regulę conſtitutionibus euidenter conſtat.

3. Et confirmo argumento deſumpto, ex capite finali de Religioſis domibus, & capitulo Religionum eodem titulo in. 6. in quibus Papa prohibet ne quis nouum ordinem, vel religionem, vel habitum nouę Religionis aſſumat. quę prohibitio non habet locum ſi quis inueniat nouum viuendi modum, non facta profeſsione. Hoc enim non eſt inducere nouam Religionem, vt tradit Felinus in capite Eccleſia ſanctę Marię de conſt. & ſequitur Cardinalis in Conſilio 139. quod incipit in aliquibus locis, & Peruſinus in inſtitutionibus iuris Canonici. lib. 1. de regul. & monachis tit. 30. §. nouiſsime, & Caietanus 22. queſt. 188, art. 1. Nauarrus in ſumma capit. 27. numer. 127. ſumma Armila caſu 90. Probatur etiam ſimiliter ex extrauaganti Sancta Romana de relig. domi. in qua caſſatur ſecta fratri cęlorum. cuius textus verba in ſui principio notanda ſunt valde, ad confirmationē ſupradictorum: & totius rei, de qua agimus, verba textus ſunt, ne ſub ouina pelle gregem dominicum truculencia lupi rapacis inuadat, ſub pietatis imagine, virus hæreticæ prauitatis obrrepat: & ſub pretextu cōuerſationis Angelicę incautis mētibus ſpiritus malignus illudat. cuius rei gratia ſacris canonibus eſt interdictū: ne aliquis nouū ordinē, vel religionem inueniat, vel habitum nouę Religionis aſſumat, ſed quicunq. ad Religionem venire voluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis, hęc ibi. Ergo horum fratrum militum, viuendi ſtatus, non vt bonus quomodocumque viuendi modus: ſed vt ordo: vt vera religio approbata eſt. & ideo Summus Pontifex magnam fecit indagationem. propterea que Cardinalis Albertus ſignanter in regula dicit, approbaſſe cum exemplis, & authoritatibus Apoſtoli Pauli & ſanctorum hunc ordinem eſſe, ſanctum, & confirmatione dignum, ſuoque ex

ore dictaſſe, & profecto taliter dictauit, & ordinauit quod ex ea euidēter patet eſſe veram religionis regulam. primo enim tria vota ſubſtantialia ponit, & plurima documenta quo ad inceſſum, & habitum, & ieiunia mortificationem, in omnibuſque motibus temperantiam, & honeſtatem: quodque regula iſta inductiua eſt ad perfectæ charitatis complementum.

ALEXANDER ergo Papa tertius. Verum ordinem, Religionis veramque regulam religionis inductiuā, approbauit: & pro tali vniuerſæ Eccleſiæ propoſuit, et ita prefatum priuilegium de non tranſeundo ad aliam religionem, ſine Magiſtri licentia, dedit, vt eo eam muniret, & roboraret. conſiderauit enim inter alia, (vt in Bulla & Regula docet) non ſolum inſtitutum pro Chriſto moriēdi. quod exponit homines diuerſis periculis & martyrijs: ſed etiam Religionem eſſe in qua per tria vota ſubſtantialia perpetua & ſolemnia, homo alienat totaliter ſuā perſonam ponens in manu Megiſtri, & omnia ſua transfert in obſequium Dei, & ita tanquā veræ Religioni, iure optimo dedit hoc priuilegium ſicut & conceſum eſt quibuſdam monachis, & Canonicis, & Hoſpitalarijs, & Templarijs, vt docet Innocentius Papæ 3. in cap. licet de regula, & tranſ, ac relig.

9 Et Profecto licet hoc priuilegium tam magnum, & excellēs, huic militiæ non eſſet conceſſum. Verus ordo religionis eſſet: ſpectat enim & attinet non ad ſubſtantiam, & validitatem religionis: ſed ad qualitatem religionis, vt pote ad hoc: quod ſtrictior, ſeu laxior ſit, probat tamen euidenter veram religionem eſſe, vt iam oſtendi: & magis probo.

Non enim tale priuilegium ei conceſum eſt ratione alicuius tituli: Qui religio non ſit. nam non conceſum eſt ratione alicuius iuramenti, pacti, ſeu contractus, aut debiti ſoluendi, quo aliquando ſolent homines prepediri ab ingreſu religionis, nec interuenit titulus ſeruitutis, quo ſeruus non poteſt intrare religionem, quia abſtraheretur ab obſequio domini ſui ſub cuius poteſtate eſt quantum ad perſonales ſeruitutes, vt docet Diuus Thomas 22. queſtione 88. articulo 8. ad 2. ſed nec obligati ſunt iſti fratres Magiſtro, & ordini vt oblati, qui ſunt, quaſi ſerui monaſterij: & aſtringuntur monaſterio, magis quam monachi nec tranſire poſſunt ad aliam religionem, cauſa arctioris vitæ, quamuis licentiam petant a ſuo ſuperiore. Abbas in capite non eſt, numero 3. de regul. & hoc patet. §. 3. vbi probaui hos fratres eſſentialiter conſtituere religionem



nem iſtam patet etiam ex eadem bulla, & bullis; priuilegium eſſe conceſſum ratione tituli Religionis, & non alterius, ſic enim in principio bullæ dicitur, In habitu & conuerſatione Religionis, & in eadem clauſula priuilegij, de non tranſeundo ſine Magiſtri licentia, ad aliam religionem: pro titulo, & ratione adducitur habitus regularis ſuſceptio, profeſsioq. facta, & obſeruantia regularis. Nullus fratrum, ſiue ſororum, poſt ſuſceptionem ordinis veſtri, & promiſsā obedientiam, vel redire ad ſeculum, vel ad alium ordinē ſine Magiſtri licentia, audeat ſe transferre, &c. & inf. Diſcedentem autem nullus audeat retinere, &c. & in altera eiuſdem bulla ſupra §. 3. num. 1. & 3. ibi. Cum veniſſent, &c. ordinis ſui obſeruantias a Sede Apoſtolica confirmari, & infra, Poſt ſuſceptum habitum, et factam ibidem profeſsionem, ad alium locum, arctioris Religionis intuitu, ſine Magiſtri, et Conuentus licentia tranſire. Lucius Papa 3, qui hunc ordinem, & prædictam clauſulam, de certa ſecientia confirmauit in ſua bulla contra fratres vagantes, & eſt poſita ſupra §. 5. in numero 1. 2. & 3. ibi vel intrare alium ordinem, contra priuilegium, quod fratribus Eccleſia Romana conceſsit, &c. mandamus, quatenus illos quos fratres ordinem ſuum profeſſos, & ſuſcepiſſe habitum, &c. poteſt etiam ſumi argumentum, ex bulla Innocētij PP. 3. ſupra §. 8. n. 3. ibi cū grandi Mōteſis ordinis regula longe arctior ſit, quam veſtra, &c. ergo ordo militaris S. Iacobi, veram regulam religionis continet: veraque religio eſt.

11 Et maxime conſideranda ſunt prædicta verba Bullæ, diſcedentem autem nullus audeat retinere. Sed ad ordinem ſuum: per cenſuram Eccleſiaſticam: qui diſceſſerit, redire cogatur. quę ſedem, & fundamentum habent in iure, & vſu loquendi Summorum Pontificum, ſic enim idem Alexan. PP. 3. in cap. non eſt. de regul. & tranſ. ad relig. mandat Archiepiſ. Galiæ. quod monachi, vel cōuerſi Ciſtercienſis ordinis: poſt profeſsionem: ſine licentia Abbatum ſuorum non recipiantur in Epiſcopatibus, & eos regredi compellant, in quibus decretis PP. Alexād. 3. imitatus eſt Vrbanum PP. 2. 19. q. 3. cap. mandamus, & cap. ſtatuimus, ibi enim præcipit canonicos regulares, ne profeſsionis canonicę quiſpiam &c. alicuius leuitatis inſtinctu, vel diſtrictioris religionis obtentu, ex eodē clauſtro, audeat, ſine patris, & totius congregationis licentia, recedere diſcedentem vero nullus recipiat.

Summa-

## Summarium ex §. ſequenti.

*Apoſtata a religione quis ſit.*
2 *Fratres milites S. Sancti Iacobi, diſcedentes ab iſto ordine, ſunt Apoſtatæ.*
3 *Nemo mittens manum ad Aratrum, &c. Lucæ. 5. cap. explicatur.*
4 *Tanquam, particula, nota eſt ueritatis.*
5 *Fratris militis Gartiæ de Faro, confeſsio quædam refertur.*
6 *Apoſtatare non confraternitatum, ſed Religionum eſt.*

## Ex eo quod fratres milites relinquentes habitum: ſint vere Apoſtatæ. Idem ſuadetur, & confirmatur.

## §. Sextus.

Vt quis ſit Apoſtata a Religione, debet retrocedere ab ſtatu vere religioſo, quem aſſumpſit, mediante voto ſolẽni, & non ſufficit, relinquere quemcunque modum viuendi: ad hoc quod ſit Apoſtata. ſed iſti fratres milites retrocedentes & hunc Ordinem diui Iacobi, animo vagandi, relinquetes: ſunt Apoſtatę. ergo iſti fratres milites profeſsi Ordinem diui Iacobi, animo vagandi relinquetes: verę Religionis ſtatum, relinquunt. propoſitio maior quod non poteſt eſſe Apoſtata niſi a vera Religione, eſt certa. de quo videndi ſunt Caiet. in ſumma verbo apoſtaſia D. Nauarr. lib. 5. conſtit. de Apoſtaſia conſ. 1. fol. 301. & lib. 3. de regul. conſilio, 81. folio 289. & frater Alfonſus de Vega in ſua Sylua lib. 5. caſu 510. & frater Dominicus Bañez. 22. q. 12. art. 1. fol. 666. q. 3. conc. 1. cuius verba placuit referre, ſic. omnis qui dimittit habitum ſuę religionis, quam vouit ſolemniter cum animo nunquam redeundi ad illam, eſt Apoſtata a religione, quam vouit ſolemniter, quoniam ſi ſit religio in qua, emittitur votum ſimplex tantum, vt accidit in mulieribus, quas vulgo vocamus Beatas ſcilicet 3. Ordinis D. Franciſci, aut D. Dominici, retrocedere ab illa, non eſt Apoſtaſia, licet ſit peccatum mortale graue, etiam ſi nubat.

Proba-



Probatur hæc cõcluſio. Talis Apoſtata retrocedit ab ſtatu eſſentiali religionis, ergo eſt Apoſtata a religione. hęc Dominicus Bañez.

2 Noſtra vero minor propoſitio probatur ex ſupradictis verbis.

**Alexandri. 3. nullus fratrum poſt ſuſceptionem ordinis veſtri: & promiſſam obedientiam: redire ad ſeculũ &c. Sed ad ordinem ſuum: per cenſuram Eccleſiaſticam, qui diſceſſerit redire cogatur.**

Et in altera Bulla ſupra §. 3. n. 4. contra fratres milites huius ordinis vagantes. ibi, Vniuerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus &c. per excommunicationis ſententiam compellatur redire.

HONORIVS Papa 3. qui anno Domini 1224. confirmauit de certa ſcientia, vt Alex. Papa 3. hunc ordinem, dedit alteram bullam quæ poſita eſt ſupra. § 11. contra fratres huius militię. S. Iacobi vagantes & in ea Papa loquens cum regibus Hiſpan. dicit,

**Tanquã Apoſtatas habeatis & euitetis omnino: ſiue abijciant ſiue ferant in ſeculo habitum regularem.**

Ergo ſunt Apoſtatę a religione: ergo ordo militię Sancti Iacobi eſt vera religio. Apoſtatare enim, nõ confraternitatũ, & piorum modorum viuendi eſt; ſed religionum. & hoc nomine Apoſtaſię, inuruntur recedentes a vera religione: eiſq; tantum conuenit: & non deſerentibus pium viuendi modum.

3 Explico magis, quod deſertores huius ordinis, ſint apoſtatæ.

**Cum nemo mittens manũ ad aratrum: & retro reſpiciens aptus ſit Regno Dei.** Quæ bullæ verba ſumpta ſunt ex Euangelio, ſecundum Lucã cap. 5. & licet de Chriſtiana religione, in vniuerſum veritatem habeãt. peculiariter tamen vitę monaſticę Sancti Patres applicãt. D. Tho. 22. q. 186. ar. 6. ad 1. Sanctus Pater Franciſcus in ſua regula, vt fratres ſuos a religionis deſertione deterreat. quę refert Frater Michael de Medina

a

dina de ſacro.homi.conti.lib. 4.contr.7.cap.10.& citat Cyrillum Alexandrinum.Ioan.Capreolus in 4.d.33.ad 5.col. 30. & 35. Soto lib.7 de iuſt.& iure q.5.ar.1.con.8.& in 4.diſt. 58. q. 2.ar. 2. verſ. accidit & Frater Antonius Rubio lib. aſſertiorum Catholicarum lib.9.de religionis ſtatu,error.4.fo. 176. & ordo canonicorũ lib. 1. cap.26.con.7. probat noſtrum intentum, & modo loquendi bullæ vtitur concilium aurelianenſe & refertur cap. Abbates.18.q.2. dicens de monachis,quod qui fuerant peruagati:vbi inuenti fuerint: cum auxilio Epiſcopi, tanquam fugaces ſub cuſtodia reuocentur, & ex hijs omnibus probatur huius militiæ deſertores eſſe veros Apoſtatas, ibi. enim particula† tanquã† nota veritatis eſt vt etiam contextus verborum Bullę indicat, & quod ſic Summi Pontifices loqui conſueuerunt,contra Apoſtatas. Notã eſſe veritatis, & eſſe conforme iuri,poteſt etiam probari,ex capite ex parte de ſponſal. ibi,iurauit ſe pro marito habituaram illum; & fidem ei tanquam viro proprio ſeruaturam. Ariſtoteles etiam lib.1.de anima in principio dicit quod anima eſt tãquam principium animalium ideſt. eſt fons,& principium omnis motus, in rebus animatis. ſic ibidem D. Tho. Lectione.1. exponit hunc locum dicens, quod particula tanquam,non ponitur ſimilitudinarie,ſed expreſiue, ſimiliter idem.D. Tho.in 3.p.q.36.ar.3.ad 1. adiũcto indice ſuorum operum in verbo Magi.nu.4: dicit quod ad Chriſtum venerunt paſtores, qui erant primitiæ iudeorum,tanquam prope exiſtentes:& poſtea venerunt magi a remotis,tanquam primitiæ gentium,& art.1. dicit quod Magi offerunt Chriſto myrrham tanquam pro ſalute omnium morituro.& hęc placuit adijcere pro curioſis.

Sed & notetur quod verba propoſita bullæ† tanquam Apoſtatas habeatis,ſiue abijciant,ſiue ferant in ſeculo habitum regularẽ† probant aſſertionem eorum qui dicunt,vt quis ſit vere Apoſtata:non eſt neceſſarium quod relinquat habitum:ſed ſat eſt retrocedat a religione: vagando. concludo ergo ſatis conſtare ex dicta Bulla tales fratres eſſe Apoſtatas, & ita conſequenter probatur veram eſſe religionem.S. Iacobi.

Et idem oſtenditur ſcilicet eſſe apoſtatas ex praxi,& conſtitutionibus huius ordinis D. Iacobi in libro ſtabilimentorum tit. 22. de las penas,y calumnias cap.5.&.6. De la pena que deben hauer los que dexan el habito de la orden,o en el andan apoſtatando, & in c. 9. que el Comẽdador, o Freyle quę muriere andando deſobediente no ſea ſepultado en ſagrado.





Facit pro hac veritate, confeſsio publica fratris militis Gundiſalui Garciæ de Faro. perquam incontradictorio iudicioſe Apoſtatam,& excommunicatum fatetur,vt conſtat ex ſcriptura autentica quę poſita eſt in libro origen de la orden de Sanctiago lib. 2. cap. 24.in qua bene ſunt notanda illa verba. Maeſtre Señor me diſtes el habito de la dicha orden de Sãtiago: el qual yo tome, e recibi de vueſtra mano:e fiz profeſsion,e vos prometi obediencia, ſegun los eſtatutos, e reglas de la dicha orden, e deſpues Señor, con mal ſeſo arrepentime &c. procure e fiz con mi muger tanto, que ſe querellaſſe al Papa diziendo, que yo hauia tomado el habito de la orden de Sanctiago ſin ſu licencia, y que ella no conſentia, porque me tiraſſe el habito, e me pudieſſe tornar Seglar,como antes, ſobre lo qual el penitẽciario mayor del Papa, por mandado ſpecial del Papa, eſcriuio al Obiſpo de Iaen ſus letras Apoſtolicales, en que ſi aſsi era como mi muger dezia &c. que me tiraſſe el habito e ficieſſe vida con mi muger como de antes, e no fueſſe obligado a la dicha orden,ni a vos que erades mi mayor,e Señor,e mi Maeſtre,e agora Señor porque yo procure eſto falſamente,en muy grãde daño e perjuyzio de mi alma,e de mi cuerpo,e veo que ando en ſententia de excomunion, e, ſo apoſtata:e por ende ruego aora a la vueſſa merced,e miſericordia q̃ me querades perdonar por amor de Dios.e tornarme a mi habito &c.

6 Concludo ergo hos fratres milites. S. Iacobi coniugatos, veros eſſe religioſos,veramq. profiteri regulam religionis,ſiquidem deſertores eius apoſtatæ nuncupantur, quod nomen non attribuitur, pium viuendi modum relinquentibus. Apoſtatare enim religionum eſt: non confraternitatum.

Videatur bulla Innocentij Papa 4. in qua præcipitur denunciari excomunicatos fratres ordinis vagantes ſupra.§.14. lib.1.

## Summarium ex §.ſequenti.

1. *Frater miles S. Iacobi dum ſuſcipit ordinem, ſeculum relinquit*
2. *Suus ſtatus, eſt in belligerendo pro* Deo.
3. *Profeſsio regularis, & renuaciatio ſeculi pro eodem ſummuntur.*
4. *Omne quod eſt in mundo &c.* 1. *Diui Ioannis cap.* 2. *explicatur.*

5 *Matrimonium, & eius uſus, res ſancta eſt.*
6 *vetus homo quid ſit.*
7 *Exuat te Deus ueterem hominem dicitur unicuique fratri.*
8 *De perfecta renuntiatione.*

# Ex mutatione vitæ ſecularis, in regularem. eadem veritas, quod iſti fratres milites ſint vere Religioſi, conuincitur.

## §. Septimus.

NVLLVS fratrum, ſiue ſororum poſt ſuſceptionem ordinis veſtri. & promiſſam obediētiam, redire ad ſeculum audeat. diſcedentem vero nullus audeat retinere, ſed ad ordinem ſuum, per cenſuram Eccleſiaſticam, qui diſceſſerit redire cogatur.

ALEXANDRI Papæ 3. in Bulla confirmationis huius ordinis S. Iacobi loquentis de fratribus militibus, verba ſunt iſta: quę de certa ſcientia, & Apoſtolica autoritate, cum ſua ſancta Sede decreuit, & promulgauit. eadēq. confirmarunt, & docent. Lucius 3. Vrbanus 3. Innocentius 3. Honorius 3. & Innocentius 4. & Iulius Papa 2. Vt patet ſupra lib. 1. quibus verbis, aperte docemur, quod iſti fratres milites mutant vitam ſecularem, in regularē: ratione, & vi ſuſceptionis huius ordinis militaris S. Iacobi.

Regula S. Iacobi hoc aperte docet ſupra §. 1. numero 2. & 12. ibi: Deus a faſtu ſecularis pompę eos reuocauit Et infra. Seculari pompæ, & omni vanitati renuntiauere. Totum viuendi, & conuerſādi ſtatum, vt ſacrarum ſcripturarum offenſam, in nullo prouocarent, & contra



contra paganos belligerentes. Deum ſibi placarent, ordinare ſero

ALEX. Papa 3. in bulla cōtra vagantes §. 3. n. 3. reiecto habitu regulari, & ordine ſpreto in quo vouerant Domino militare, ad ſeculum, tamq; canis ad vomitum, redeuntes &c.

LVCIVS Papa 3. in altera bulla contra vagantes ſupra §. 5. n. 2. aſpiciunt retro cum graui ſcandalo proximorum, vel in ſeculo remaneant. &c.

HONORIVS Papa 3. in bulla contra Apoſtatas ſupra §. 11. n. 2. ibi. per ſeculum quandoq; pręſumunt, tamq; ſuſpirantes ad relictos Egypti pepones, & allia euagari.

INNOCEN. Papa 4. in altera bulla ſupra §. 15. n. 1. & 3. ibi relicto eodem ordine, in ſeculo turpiter euagantur, & infra ad ſuum ordinem reuocare.

VRBANVS Papa 4. in bulla ad vniuerſos fratres milites S. Iacobi, pro concordia tuenda, hoc probat. ſupra §. 24. n. 1. ibi mancipati ſupernę maieſtatis obſequijs, & infra ordinem veſtrum in Eccleſię firmamento, quaſi turrim fortitudinis diuinitus inſtitutum.

Extant & aliæ bullę. Quibus bullarum verbis patet noſtrum intentum, hos fratres milites mutare vitā ſecularem, in regularem: Vide ſupra probatione 1. n. 10. & pondera verba Regum, D. Ferdinandi, & Ildefonſi, el de las Nauas, ibi, abiectis ſecularibus cōcupicentijs, & infra. relictis ſecularibus, vouerunt &c.

3 Confirmari hæc poſſunt, ex modo loquendi iuris, nam in cap. is qui, & cap. non ſolum de regul. & tranſ. ad relig. profeſſio regularis, & renuntiatio ſeculi, pro eodem ſumuntur, & facit caput placet de conuerſ. coniugatorum, quod eſt Cęleſt. 3. qui cum eſſet Cardinalis, nomine Iacintus hunc ordinem confirmauit. Probatur etiam ex lege Regia partit. 1. tit. 7. 6. 7. & l. 8 & ibi Gregorius Lopez, per relinquere ſeculum intelligit mutationem vitæ.

Iam vero oſtendo ratione, quod iſti fratres milites relinquunt ſeculum, autoritate D. Ioannis in 1. ſua cano. cap. 2. quā doctores vtuntur ad probandum ſeculi fugam, & ſtatum religionis conſtituendum. Verba D. Ioannis ſunt. nolite diligere mundum neq; ea quę ſunt in mundo, &c. & infra. omne quod eſt in mundo concupiſcētia carnis eſt, & cōcupiſcētia oculorum, & ſuperuia vitę, quę nō eſt ex patre, ſed ex mūdo, & mūdus trāſit & cōcupiſcētia eius; qui autē facit volūtatē Dei, manet in æternum. Hæc D. Ioan. quæ verba interpretātur a D. Tho. 1. 2. q. 108 ar. 3. ad. 4. & ar. 4. dicēs quod S. Ioannes

M omnes

omnes res mundanę, ad tria reducuntur: ſcilicet ad honores, diuitias, & delitias carnis, gloſſa interlinealis dicit, quod per hęc tria: omnia vitiorum genera compręhenduntur, & concordat ibi Nicolaus de Lyra. Belarminus lib. 2. de monachis, cap. 2. dicit quod omnis mala cupiditas, ad tria vitia, & capita reuocatur, ad Luxuriam, Auaritiam, & Superbiam, & quod ſub concupiſcentia carnis, compræhenditur appetitus ad actum generationis, quando eſt in ordinatus: ſicut & ſub auaritia, continetur appetitus pecuniarum, & veſtitus, quando eſt in ordinatus: & in appetitus ſuperbiæ, omnis appetitus propriæ excelentiæ inordinatus, & Ioannis maior in 4. ſen. diſt. 38. q. 2. dicit quod in tribus votis eſſentialiter conſiſtit omnis religio, & probat autoritate inducta D. Ioannis. qui Ioannes maior refert, & ſequitur Baptiſtam in vita morbioli dicentem: ambitioſus honos, & opes, & fęda voluptas: hæc tria pro trino numine mundus habet, hæ ſunt pręcipites furiæ, quibus vritur ardens orcus, & in terrā ſeminat omne ſcelus. itaque certum eſt quod in verbis D. Ioannis, vitia compræhenduntur, quæ vt etiam explicat hoc loco D. Auguſtinus, non ſunt a patre ſed ex mundo. facit pro his Medina de ſacro homi. cont. libro quinto capit. 26. folio 442.

5 Ex quibus ſic conficio rationem, matrimonium, & eius vſus ad habendos filios, qui Deo ſeruiant & incontinentię pręcipitium euitandum: eſt a Deo Patre, & res ſancta, non profana, & mundanalis. Ergo non eſt ex mundo, & eius dilectoribus. ergo cum iſte frater velit nubere ſecundum legem Domini, non vero propter delitias, & voluptates carnis: nihil mundanale ad mittit, nihil ſeculi huius prurituri quęrit, nec homo mundanalis, aut terranalis dici poteſt. imo cum vltra hoc addat tria vota ſuſtantialia, per ea mancipando ſe totaliter Dei obſequijs, iudicio prelati (vicem Dei tenenti.) Totum ſe commitendo; dicendus eſt cæleſtis, vt pote deſiderio, & cogitatione habitans in cælis, exutuſque a vetere homine, cum actibus ſuis, & indutus Dominum Ieſum Chriſtum, quem imitari intedit faciendo voluntatem Dei, ponendo propriam animam pro Eccleſia Sancta, vt docet bulla, & regula. bulla in principio, dum dicit; quod ita corpora teneantur in terra, vt tanquam oues ſanctorum, & domeſtici Dei cogitatione ac deſiderio conuerſentur in cælis: de quo videndus eſt D. Auguſtinus loco citato. D. Ioan. tomo nono tractatu ſecundo. & Sancti Auguſtini hæc ſunt verba, extirpãte ſyluas, magnum ſemen poſituri eſtis, non





ſit in agro quod ſuffocet ſemen, hęc ſunt verba extirpantia, quę dixit, nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, &c. & Paulo infra. mundus appellatur non ſolum iſta fabrica, quam fecit Deus Celum, & terram, mare, viſibilia, & inuiſibilia, ſed habitatores mundi, mundus vocantur, quomodo domus vocantur, & parietes, & in habitantes: & infra, omnes enim dilectores mundi, quia dilectione in habitant mundum: ſicut cælum, quorum ſurſum eſt cor, & ambulant carne in terra. omnes ergo dilectores mundi mundus vocantur, ipſi non habent niſi iſta tria, deſiderium carnis, deſiderium oculorũ, & ambitionem ſeculi, deſiderant enim mãducare, bibere, vti vpluptatibus iſtis. nunquid non eſt in his modus? aut quãdo dicitur, nolite iſta, diligere, hoc dicitur vt nõ mãducetis, nõ bibatis, aut filios nõ procreetis, nõ hoc dicitur, ſed ſit modus propter creatorẽ, vt non vos illigẽt iſta dilectione, ne ad fruendum hęc ametis, quod ad vtendum habere debetis. Hæc ex D. Auguſt. — *Mundus ſeu mũdanus homo.*

6 Et quod iſti fratres milites relinquant ſeculum ſatis indicat regula S. Iacobi quæ etiam docet quod Cardinalis Albertus approbauit cum exemplis & autoritatibus Apoſtoli Pauli, hunc ordinem eſſe ſanctum, & confirmatione dignum, & quod ore ſuo dicta ait regulam.

Et profecto feliciſsimi fuerunt illi qui tantum doctorem audierũt, mihi nũc occurrit doctrina Diui Pauli ad Epheſios 4. & ad coloſenſes. 3. ad Epheſios ſic † deponite vos ſecũdum priſtinam conuerſationem veterem Hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria errori: † Vbi per deſideria erroris, explicat D. Tho. mala deſideria, & ad Coloſenſes. 3. dicit. Mortificate membra veſtra, quę ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam libidinem, concupiſcentiam malam, &c. † Vbi ſanctus Apoſtolus nobis declarat opera propria veteris hominis, eiuſque membra: ſcilicet ſingula peccata, fornicationẽ: id eſt, omne concubitũ, præter legitimum connubium, & in munditiam, quæ eſt, contra naturam: Et ardorem libidinis, per quaslibet turpitudines diſcurrentẽ: concupiſcentiam malã, de alia vxore, vel de alia re &c. non tamen D. Paulus comprehendit legitimũ matrimoniũ, vt exponit gloſſa inter linealis, & Hugo Cardinalis hoc loco, et patet ex predictis itaq. per veterẽ Hominẽ intelligimus habitum peccatorum, cum actibus, ſeu vita vetus, quæ eſt in peccato, in quo ſecundum Adam viuitur. et D. Paulus ad Epheſios. 4. dicit renouamini autem — *Vetus homo.* — *Hugo*

ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia ſanctitate & veritate, quę tria iuſtitia, ſanctitas, & veritas ſunt contra tria illa contenta in autoritate D. Ioan. omne quod eſt in mundo, &c. & ideo dicitur hoc ingredientibus religionē, quod eſt vnicuiq; dicere, exiens de mundo: in noues omnia, ſcilicet, quod viuas in iuſticia contra auaritiam, in ſanctitate, contra luxuriam, in veritate, contra vanitatem ſuperbiæ, & inanis gloriæ. ſic exponit Hugo Card.

Nota.

7 Hæc autem verba D. Pauli dicuntur vnicuique militi quando habitus religionis imponitur, & tollitur ei capa ſecularis, dicendo; † Exuat te Deus veterem hominem cū actibus ſuis, & induat te nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia ſanctitate, & veritate † vt patet ex dictis §. 45. num. 4. quod bulla confirmationis verbis propoſitis docet; nullus fratrum ſiue ſororum poſt ſuſceptionum ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam redire ad ſeculum audeat. vide infra ſolutionem 10. argumenti.

8 Videri poterit doctrina D. Baſilij libro, regularum interrogat. in reſponſione octaua & refertur a breuiario Romano die 14. menſis Iunij in explicatione ſancti Euangelij ſecundum Lucam cap. 14. ſi quis venit ad me, & non odit patrem ſuum &c. D. Baſilius dicit perfecta renūtiatio in eo cōſiſtit, ſi quis id aſſecutus fuerit vt de vita ſua ne minimum quidem affectus ſit, quamuis habeat mortis reſponſum, porro huius modi renuntiatio initium ſumit ab alienatione rerum externarum, velut poſſeſſionum, innanis glorię conſuetudinis vitæ ſuperioris, ad res inutiles affectionis, &c. videatur ibi. & hæc eo aduxi, non vt ęquiparem iſtam religionem D. Iacobi, cum perfectiſsima religione, in qua Eccleſię fundatores vitam degerunt. Sed quod volo oſtendere (quantum ego capio) bonę memoriæ Cardinalem Albertum, qui & monachus. S. Benedicti fuit dictaſſe regulam, D. Iacobi ſumendo plura ex doctrina, D. Baſilij, & patet diſcurrendo per regulam ſupra §. 1. n. 2. † Deus afaſtu ſecularis pompæ eos reuocauit † & infra n. 5. certatim gloriantur portare iugum Dei, & infra Deum ſuper omnia diligentes, & corpora ſua iugi martyrio propter Chriſtum exponentes, & infra n. 12. ſeculari pompæ, in ſplendore veſtis pretioſę, in capillorū prolixitate, & in rebus cæteris quibus plurimū vanitatis, et nihil vtilitatis in eſſe cōſtat renūtiauere, etc. videatur ibi regula, ex qua patet, quod licet iſti fratres, non ęque perfecte

vt Apo.



vt Apoſtoli res exteriores, ſe quæ renuntiët. Renuntiāt tamen ſufficienter, vt religioſi eſſe poſsint. tota enim eorum ratio vitæ victus, & veſtitus, actionum que ſuarum omnium a Deo, & magiſtro prelato ſuo, pendet, & de vita ſua, ne minimum quidem affecti ſunt, quamuis habeant mortis reſponſum, expoſiti enim ſunt per tria vota ſolemnia iugi martyrio, vt etiam docet Alex. 3. in bulla confirmationis ſupra c. 4. n. 4. ibi. tanquam ciues ſanctorum, & domeſtici Dei &c. nobiles quidam viri non ſolum poſſeſsiones terrenas: ſed & corpora ſua, in extrema qı ęq; pericula dare pro domino decreuerunt in habitu & conuerſatione religionis. legatur etiam bulla Bonifatij 8. ſupra. §. 26. n. 1. † Perſonas, & bona ſua dedicare Domino totalitet decreuerunt. † videatur & D. Greg. in Ezechielem lib. 3. c. 12. & lib. 2. homi. 20. col. 10. cuius doctrina conducens eſt valde pro inteligentia dictę Bullæ Alex. Papa 3. & ex his omnibus patet: hos fratres per ſuſceptionem ordinis relinquere ſeculum, & in ſtatu religioſo conſtitui, & propterea recte docet Summus Pontifex ſupra. nullus fratrum poſt ſuſceptionem ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam redire ad ſeculum audeat, & ſi diſceſerit, redire cogatur ad ordinē ſuum. in quo videtur habuiſſe etiam ante oculos iura vetera, quale eſt cap. monachum. 20. q. 1. vbi dicitur quod monachum, aut paterna deuotio, aut propria profeſsio facit, quicquid horum fuerit alligatum tenebit pro inde his, ad mundum reuertendi inter dicimus aditū, & omnes ad ſeculum inter dicimus regreſus, hæc in textu. fratres ergo iſti milites S. Iacobi ſuſcipientes ordinem, relinquunt ſeculum nec poſſunt ad id reuerti, vide infra §. 11. n. 6.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Fratres milites S. Iacobi gaudent, cap. ſi quis ſuadente.*

2 *Bulla Alexandri 3. aprobationis ordinis, in ea parte qua loquitur de capite ſi quis ſuadente, agit de fratribus militibus, & non de fratribus clericis.*

3 *Cap. non dubium, de ſententia excommunicationis explicatur.*

4 *Bullæ aliæ ad idem referuntur.*

5 *Liber ſtabilimentorum ordinis S. Iacobi docet, quod hi fratres gaudent dicto priuilegio.*

6 *De occiſione D. Aluari de Luna.*

7 *Hi fratres gaudent hoc priuilegio ſi quis ſuadente, titulo religionis, quam profitentur: nec ad id habent alium titulum.*

 Ex

## Ex priuilegio canonis ſiquis ſuadente Diabolo, quo gaudent hij fratres milites, confirmatur.

## §. Octauus.

SAnccimus vt ſiquis in aliquem veſtrũ fratrum, videlicet, vel ſororum violẽtas manus iniecerit excommunicationis ſententia ſit aſtrictus.

ALEXANDRI PP. 3. in ſupra dicta bulla de confirmatione Ordinis S. Iacobi, (loquens in fauorem fratrum militũ) verba ſunt iſta quę magni momenti, & exſtimationis ſunt. & duo in iſta clauſula notare oportet, vt omnis dubitandi tollatur ocaſio.

Primum verum eſt prędictam clauſulam loqui cum fratribus militibus, in eiſque verificari, Secundum verum eſt, talem clauſulam ſecundum literæ rigorem, & proprietatem; non loqui cum fratribus Clericis, neque in eis verificari, namq; vt ſupra §. 3. n. 2. dixi bulla iſta Alexand. 3. directe & perſe loquitur cum fratribus Clericis, & laicis militibus: de principali tamen intento cum militibus & aliquando loquitur cum Magiſtro ſolum n. 11. ibi, tu dilecte fili Petri Ferdinandi Magiſterium ſuper alios ſuſcepiſti. Aliquãdo loquitur cum priore. n. 22. ibi, & Prior qui eorum & aliorum Clericorum, aliquando cum Clericis. n. 29 ibi, Clerici prętetea veſtri ordinis per villas & opida ſimul maneant, & infra, induentur autem ſuperpellicijs. Aliquando cum fratribus militibus, n. 32. ibi decimæ reddantur a fratribus, & regulariter loquendo, quando bulla agit cum Clericis: eos ſub iſto nomine Clericos, vocat. & quando agit cum militibus, ſemper in vniuerſum vocat eos fratres, & iſta vox fratres in iſta bulla, ſępius non compręhendit Clericos: compręhẽdit tamen ſemper milites, & talis eſt iſta clauſula, loquens de priuilegio cononis ſi quis ſuad.

Ipſaque clauſula, ſe explicat, vtens nomine (*Fratres*) & particula (videlicet) & ſic dicendo (*Fratres*) comprætendit milites, & dicendo (videlicet) declarauit ſuã intentionem, quod loquatur, de fratribus militibus: quia enim in principio bullæ Papa cũ omnibus loquitur Clericis, & laicis: propterea hic claritatis cauſa, & ad tollẽdam omnem dubitationem dixit, fratrum videlicet, vel ſororum, hoc eſt fratres milites laici, & fratriſæ, ſeu ſorores. Profecto ſi cum omnibus loqueretur ſcilicet Clericis, & laicis, non poſuiſſet illam particulam (videlicet) imo nec illa verba (fratrum vel ſororum) ſed generaliter, eodem contextu, ſeu forma verborum, conſequenter que diceret de omnibus, ſi quis in aliquem veſtrum, violentas manus iniecerit, excommunicationis ſententia ſit aſtrictus, non tamẽ ita loqutus eſt, ſed ad tollendam dubitationem diſtinxit, & velut contra poſuit fratres milites, Clericis, & propterea inmediate, & conſequenter addidit. & illud, idem pro tutela veſtra, tam in ſententia, quam in pœna, ſeruetur, quod ſub felicis memoria Papa Innocentio prædeceſſore noſtro, de tuitione Clericorum, generali concilio noſcitur inſtitutum.



Ecce quo modo bulla ipſa declarat, & oſtendit hic non loqui de fratribus Clericis, tum quia bulla de principali intento cum militibus loquitur, tum quia Clerici tali ſanctione, vel declaratione non indigebant. nam in capitulo ſi quis ſuadente. Clerici nominãtur, & iſta bulla fratres Clericos, Clericos nominat. Et ita certum erat quod potiebantur canone, at vero poterat eſſe aliquod dubium de fratribus militibus laicis, quia vt notat Abbas Panormitanus in capite non dubium de ſententia excommunicationis, nulla fuit facta mentio in capite ſi quis ſuadente, de canonicis, & conuerſis, ſed tãtum de Clericis, & monachis, & cum pœnæ debeant ſtriſte intelligi, poterat eſſe dubium, an ibi eſſent compræhenſi fratres: vt & in rei veritate videtur tunc temporis fuiſſe dubitatum, quod probo, argumento deſumpto ex ipſo decreto, non dubium quod etiam Summus Pontifex. Alex. 3. fecit, & ſic incipit. non dubium eſt quod hij qui violentas manus in Clericos, vel Canonicos, aut cuiuslibet religionis conuerſos iniiciunt, ex conſtitutione Concilij, ſententiam excommunicationis incurrunt. Hæc Papa, ex quo capite, & etiam adiuncto capitulum quis quis. 17. quæſtione 4. conſtat quod capitulum ſi quis ſuadente, ad omnes vere religioſos extenditur, ratio enim huius nominis conuerſi, hoc eſt perpetuo oblati Deo, & per tria vota ſubſtantialia dicati: omnibus Religioſis competit, & ita profecto in percuſione eadem ratio ſacrilegij inuenitur, vt patet ex dicto capite quiſquis

§ Panorm.

C. nõ dub.

quis cum gloſſa, & licet talis excommunicatio contineat odium, ex parte percutientium, continet tamen fauorem ex parte religioſorum, & illud odium, & pœna eſt rationabilis, & medicinalis, & ideo non eſt fact interprætatio ſtricta, ſed extenſa. vt notat Abbas in dicto capite non dubium. in quo etiam docet, & recte, quod tale caput non dubium, non eſt nouç iuris promulgatorum. Reſoluendo ergo iſta dico, quod propter difficultatem dubitationis, quæ vel orta fuit, vel ſub oriri poterat circa literam capituli, ſiquis ſuadente, pro his fratribus militibus. optime PP. apposuit in bulla confirmationis clauſulam ſupradictã, quod iſti fratres milites gaudent cap. ſi quis ſuadente diabolo.

Et tandiu hic immoratus ſum, notanterque dixi quod prędicta clauſula ſecundum eius litterç rigorem, & proprietatem non loquitur cum fratribus Clericis: ne quis ſuſpicetur, quod iſta clauſula bullæ Alexandri 3. non loquitur cum fratribus militibus, ſed cum fratribus Clericis. nam certe, tale aſſertũ falſum eſſet. vt ex dictis conſtat, & non careret temeritate. quod magis probo.

4 VRBANVS Papa 4. vt videmus ſupra §. 21. præcipit vniuerſos prelatos faciant obſeruare predictam clauſulam, pro fratribus militibus, eoſque gaudere, canone ſiquis ſuadente ibi. † Ad inſtar fęlicis recordationis Alexandri Papæ, &c. Si quando Clerici, vel laici parrochjani veſtri, in aliquem prædictorum fratrum violentas manus injciunt, excommunicatos publice denuncietis. †

ALEXANDER Papa 4. ſupra §. 19. idem docet ibi viri religioſi, & hij maxime qui per Sedis Apoſtolicæ priuilegia &c. paſſim a malefactoribus ſuis iniurias ſuſtineant. & infra. Qui pro violenta manuũ iniectione in fratres. & ibidem §. 20. altera bulla præcipit denunciare excommunicatos tales percuſores.

GREGORIVS Papa 9. ſupra §. 13. ibi, & illi ex veſtris fratribus, qui in ſeipſos, vel eorum clericos, manus iniecerint violentas, abſolutionis beneficium iuxta formam Eccleſiæ valeant obtinere. & poſtea anno. 1370. Stephanus titul. Sancti Euſebij presbyter Cardinalis Domini Papę Greg. vndecimi penitentiariæ curam gerens, dedit licentiam ad abſoluendum quoſdam percuſſores fratrum militum huius ordinis Sancti Iacobi.

5 PHILIPVS. Rex, adminiſtrator perpetuus huius ordinis, & cui in ſuo Capitulo generali cõmiſſa eſt authoritate Apoſtolica declaratiõ regulę huius ordinis: in libris ſtabilimentorum ſic docet.



docet. † el que puſiere manos violentas en clerigo, o, cauallero dela orden. eſta deſcomulgado. vt vidimus ſup. §. 46.

6 Docent etiam hæc optime inter alios, Doctor Nauarrus de redditibus. num. 55. & 56. & in propugnaculo num. 15. & 16. qui & citat Donnũ Michael Amarañon eiuſque verba refert ſic, quãdo el Señor Rey don Iuan el 2. hizo degollar a don Aluaro de Luna Maeſtre de S. Tiago. hizo deſpues traer de Roma para ſi, y para los demas. que auian interuenido en la muerte del Maeſtre, abſolucion de la excomunion en que auian incurrido, por auer pueſto manos violentas en el dicho Maeſtre. como lo teſtifica el Doctor Montaluo gloſſador de las partidas, y del conſejo del meſmo Señor don Ioan. Nauarrus etiam in conſ. lib. 3. de regularibus conſ. 13. hoc optime defendit. Sylueſter. verbo Eccleſia primo num. 6. verſ. 5. dicens quod milites de Spatha nuncupati, portãtes rubræ Spathæ ſignum in pectore: gaudẽt hoc priuilegio. idem affirmat Iacobus de grafijs. I.V.D. pœnitentiarius maior in ciuitate Neapoli, lib. 2. de ciſ. aurearum. num. 33. dicens quod gaudent hoc priuilegio milites de Spatha, portantes rubrienſis ſignum in pectore, & quod eſt renouatum priuilegium per Nicolaum. 5. hi vulgo dicuntur caualleros, & pro ratione adducit, quod iniicientes manus violentas in ipſos, committunt ſacrilegium & ſunt excommunicati. ſequitur hęc, & optime deffendit frater Emanuel Rodericus in qq. regularibus & canonicis tom 1. quæſt. 13. art. 2. pag. 107.

7 Certum eſt ergo, fratres Milites S. Iacobi gaudere cap. ſi quis ſuadẽte diabolo. ergo ſunt vere religioſi. Probo conſequentiã, quia *Iſti Milites non habent aliam rationem, & titulum: niſi titulum profeſsionis Regularis*. Et hoc motibum Alexander Papa 3. aſſumpſit, pro cauſa in eadem bulla. in principio eius his verbis, **in habitu, & conuerſatione Religionis ſub** vnius magiſtri obedientia † vt ſupra cap. 4. n. 7. & ita ſanciuit dicens **Si quis in aliquem veſtrum, fratrũ, videlicet** vel ſororum violentas manus iniecerit, excommunicationis ſententia ſit aſtrictus: & illud idem pro tutela veſtra tam in ſententia quam in pena ſeruetur quod ſub felicis memorię Papa Innocentio prædeceſſore noſtro de tuitione Clericorum generali concilio noſcitur inſtitutum.

Summarim ex §. ſequenti.

1 *Fratres milites. S. Iacobi habent prælatum ſuum Magiſtrum.*
2 *Gaudent exemptione fori.*
3 *Sunt immediati Romano Pontifici & n. 6.*
4 *Deo dicarunt ſe, & ſua totaliter.*
5 *Magiſter ſeu adminiſtrator præeſt in ſpiritualibus, & tēporalibus.*
6 *Rex Caſtellæ, autoritate Apoſtolica eſt adminiſtrator perpetuus ordinū militiarū S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & Monteſiæ.*
7 *Hi fratres gaudent exemptione fori, titulo religionis: nec habent alium titulum.*

## Ex eo quod iſti fratres milites habent iudicem, & prælatum magiſtrum ſuum quo ad omnia crimina: gaudentq. exemptione fori, idem oſtenditur.

## § Nonus.

ALEXANDER Papa 3. in Bulla confirmationis
1 ſupra cap. 4. numero. vndecimo. ordinauit & ſtatuit, ſic. Fili Petri Ferdinandi per voluntatē Dei, Magiſteriū ſuper alios, & prouidentiā ſuſcepiſſti. Et infra n. 12. in ſpeciales ac proprios Sacroſāctæ Romanæ Eccleſię filios vos recipimus, & ordinem veſtrū authoritate Apoſtolica confirmantes &c. & in bulla altera ſupra. §. 3. n. 1, cum veniſſent olim ad Sedem Apoſtolicam &c. & in regula ſupra §. 1. n. 7. † In obedientia ſub alieno Dominio degētes † & infra n. 59. capiatur: & incōpēdibus poſitus &c. & inf. n. 60. & 61. fater qui fecerit incēdiū &c. a Magiſtro iniūgatur ei pœnitentia, & inf. ſi quis ſimile, vel diſsimile deterius ve peccatū fecerit, aut dixerit.
2 GREGORIVS Papa 9. ſupra §. 12. ibi † eos in Eccleſiaſticę libertatis diſpendium: ſeculari iudicio, ſtare †
3 INNOCENTIVS Papa 4. ſupra §. 14. n. 1. Quod magiſter &c. cum in mediatę Romanę Eccleſiæ ſub eſſe noſcatur.
4 VRBANVS Papa 4. mancipati ſupernę maieſtatis obſequijs & infra. ordinem veſtrum in Eccleſię firmamento, quaſi turrim fortitudinis diuinitus inſtitutum. ſupra lib. 1. ſub §. 24.
GREGORIVS Pp. 10. ſup. § 25. Sedi Apoſtolicę immediate ſubiecti: nō habent preter Romanū Pontificē, alium deffenſorē.
BONIFA[CIVS] Papa 8. ſupra §. 26. ſub vnius magiſtri

obe-



obedientia, ſine proprio, in omni concordia, & vnitate viuatur.
5 CLEMENS PP. 5. ſup. §. 27. ibi. Perſonis Eccleſiaſticis &c. & inf. cū itaq. dilectos filios magiſtrū, & fratres domus militiæ S. Iacobi in Hiſpania ad Romanā Eccleſiā nullo medio pertinētis &c.
MARTINVS Papa 5. ſupra §. 29. n. 1. 2. & 3. glorioſa religionis veſtrę militia &c. & infra. ab omni iuriſdictione, dominio, & poteſtate, viſitatione, correctione, & ſuperioritate ordinariorum iudicum & ſuperiorum aliorum tam ſecularium, quam Regularium &c. † authoritate Apoſtolica tenore præſentium prorſus eximimus ac etiam plenarię liberamus &c. nobiſq. & eidem ſedi immediate ſubeſſe.
LEO Papa 10. [a]d Ferdinandum Regem, & adminiſtratorem huius ordinis ſupra. §. 35. † Perſonas tuę iuriſdictionis & ſuperio rioritatis, ab Apoſtolica Sede commiſſas †
CLEMENS PP. 7. ſup. §. 37. n. 3. Rex & militiæ S. Iacobi de Spata ſub regula S. Auguſtini, perpetuus Adminiſtrator in ſpiritualibus, & tēporalibus per Sedē Apoſtolicam deputatus exiſtit.
PAVLVS Papa 3. ſupra §. 39. in bulla teſtandi, loquens de Carolo Rege, dicit quod militiæ Sancti Iacobi de Spata ſub regula Sancti Auguſtini canonicorum regularium perpetuus Adminiſtrator in ſpiritualibus, & temporalibus per Sedem Apoſtolicam deputatus exiſtebat.
PIVS Papa 5. ſupra §. 42. n. 6. ſane chariſsimus in Chriſto filius Noſter Philipus Hiſpaniarum Rex Catholicus, qui etiam dictę militię perpetuus Adminiſtrator per Sedem Apoſtolicam deputatus exiſtit, & infra n. 11. † tam in perſonalibus, quam Realibus mixtis cauſis, tam actiue quam paſsiue interponendarum, non niſi ad ſedem prefatam immediate, & non alibi referre & in ibi dumtaxat audiri, & terminari poſsint.
6 PIVS Papa 5. in altera bulla ſupra lib. 1. §. 43. ibi. Philipus Rex Catholicus, qui S. Iacobi de Spata, ac de Alcantara, & Calatraua militiarum ſub S. Auguſtini, & Cyſterciēſi ordinum regulis perpetuus adminiſtrator per Sedem Apoſtolicam &c.
GREGORIVS Papa 13. in bulla teſtandi ſupra §. 44. Philipus Hiſpaniarum Rex Catholicus S. Iacobi de Spata, & de Calatraua, & Alcantara militiarum perpetuus adminiſtrator, Apoſtolica autoritate deputatus. †
PAVLVS Papa 3. in bulla pro ordinibus Calatraue & Alcantaræ ſupra §. 50. n. 4. Rey de Caſtilla, y de Leō adminiſtrador perpetuo en lo eſpiritual, y temporal deputado por la Sede Apoſt.

SIx-

SIXTVS Papa 5. in Bulla pro militibus de Monteſia ſupra libro 1 c.4.§.52. agens de matrimonio, & caſtitate coniugali, ibi, militias, quæ ſub regula approbata alicuius ordinis &c.† & infra Rex Catholius militiæ de Monteſia magiſter. &c.

7 Extant etiam in hoc ordine S. Iacobi ordinationes, & ſtabilimenta de ijs rebus, & de modo quo iudicandi ſunt fratres milites, verbi gratia in impreſsione anni. 1503. edita iuſſu Regum Catholicorum, & adminiſtratorum huius ordinis habetur ſtabilimentum editum tempore Magiſtri & infantis. D. Enrrique anno. 1440. tit.64.fol.47 quod ſic incipit. En los tiempos paſſados de nueſtro detenimiento: los Freyles, y Caualleros de nueſtra orden no les guardando la exemption que tenian, eran traydos ante Iuezes Segiares. Por lo qual el Sancto Padre Martin. 5. a ſuplicacion nueſtra, otorgo a nos e a nueſtra orden, e a los Caualleros e Freyles della, indulto e priuilegio, q̃ en ninguna manera podamos ſer juzgados, ſaluo por la Sede Apoſtolica, e los dichos caualleros por nos. De lo qual quiriendo que la dicha orden, y ellos gozen, ordenamos y eſtableamos que de cauſa de Freyle de nueſtra orden: ſeglar ninguno no pueda conocer, porque que no quede en exemplo, ſaluo que en las prouincias, demos y deputemos Iuezes de nueſtra orden, Caualleros y Clerigos, &c. Hæc ibi & eadem verba habentur in impeſsione anni 1565. & impreſsione anni 1577. refertur prędictum ſtabilimentum, & alia plura capita. 21. tit.

Patet ergo iſtos fratres milites gaudere exemptione fori ſecularis. ac per conſequens† eſſe veros religioſos† nõ enim apparet alius titulus quo eximantur a tali foro, Et hoc indicant bullę Apoſtolicę verbi gratia Martinus Papa quintus ibi glorioſa religionis, veſtræ militia qua aduerſus Chriſtiani nominis æmulos &c. ſupra §. 29. & in bulla conſeruatoria Sixti Papæ. 4. ſupra §.30.n.1. circa curam religionum ſingularium, præcipue militiarum ſolertia redimur in defeſſa ſoliciti. Et Innocentius Papa 8. ſupra §. 32. ibi, Prouidentia circumſpecta ſtatum religioſarum perſonarum quarumlibet, preſertim ſub regularibus militijs &c. Et Iulius Papa 2. ſupra §. 34. Eccleſia, & c. fratres militiæ S. Iacobi de Spata aſſumpſit qui vitam actiuam & contemplatiuam ducentes &c. & infra n. 3. eorumdem fratrum religionis cælum, &c. eorum Regulã, conceſſaſq. eis immunitates, priuilegia & indulta, &c. & Clemens Papa 7. ſupra §.37 ſolicitudo requirit vt ad ea per quę Religioſarum perſonarum quarumlibet, præſertim ſub regularibus militijs. &c. & Pius Papa 5. in bulla cõſeruatoria ſupra §. 42. Dum attentius, &c. milites & perſonas S. Iacobi de Spata ſub regula. S. Auguſtini &c. et infra. n. 4. perſonę prefatæ regularæ militię inſtituta feruentiori celo amplexentur &c. et bulla Pauli 3. Papa pro militibus Calatrauę et Alcantaræ ſupra §. 50. n. 1. Attendiendo con diligencia cerca de los eſtatutos direction y conſeruacion de todas las perſonas Religioſas mayormente etc. probat etiam prefata bulla Gregorij. 9. ſupra §. 12. n. 3. ibi, vel eos in Eccleſiaſticę libertatis diſpendium ſeculari Iudicio ſtare etc. que clauſula eſt maxime notanda, et ſufficit pro hac materia.



## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Dignitas magiſtri S. Iacobi, Eccleſiaſtica eſt.*
2 *Per electionem, & collationem canonicam creatur Magiſter, & numero 4.*
3 *Sic Rex Caſtellæ habet adminiſtrationem, autoritate Apoſtolica.*
4 *Commendæ ſeu præceptoriæ ſunt Eccleſiaſticæ, ſi uendantur committitur Symonia, ibi.*
5 *Pius Papa 5. abſtulit poteſtatem teſtandi his fratribus.*
6 *Profeſsis conferuntur commendæ per collationem canonicam*
7 *Fratribus nouitijs, commendæ non dantur in titulum.*

## Ex eo quod dignitas Magiſtralis, & Commendæ Eccleſiaſticæ ſunt, & profeſsis Canonice cõferuntur, idem confirmatur.

## §. Decimus.

HAEC veritas ſatis patet ex dictis præcedenti probatione, et ſupra. Et magis in ſpeciali declaro et in primis de dignitate Magiſtrali quod ſit Eccleſiaſtica.

ALEX. Pp. 3. in bulla confirmationis ſupra cap. 4. n. 11. ibi. Fili Petre Ferdinãdi, per volũtatẽ Dei Magiſteriũ ſuper alios & prouidẽtiã ſuſcepiſti. Et infra. & ordinem veſtrum autoritate Apoſtolica confirmantes. &c.

INNOCEN. Papa 3. idem confirmauit ſupra §. 7.

2 INNOCENTIVS Papa 4. ſupra §. 14. docet quod Magiſter S. Iacobi per electionem creatur, ſicut cæteri prælati.

BONIFATIVS 8. ſupra §. 26. n. 4 ibi. præfati ordinis perſonarum, et bonorum eius, in ſpiritualibus, et temporalibus curam etc.

CLEMENS Papa 5. in bulla cõſeruatoria ſupra. §. 27. ibi † Perſonis Eccleſiaſtici etc. †

ADRIANVS Papa 6. in bulla de vnione Magiſtratuum coronę Regię id ſatis declarat et docet ſupra. § 36.

LEO Papa 10. in bulla qua concedit Magiſtro, ſeu adminiſtratori puniat fratres milites homicidas, vel abſoluat id ſatis indicat. ſupra §. 35. ibi † Perſonas tuę iuriſdictioni, ſuperioritati ab Apoſtolica Sede commiſſas etc.

CLEMENS Papa 7. et Paulus 3. et Pius 5. id docent dicentes quod † magiſter ſeu adminiſtrator eſt in ſpiritualibus, & temporalibus, ſub regula S. Aug. ſupra §. 37. et §. 39 et §. 50. et 52.

3 FERDINANDVS Rex, et Carolus, et Philipus adminiſtratores harum militiarum S. Iacobi, Calatrauę & Alcantaræ, hoc docent in ſuis litteris, dicunt enim eſſe Adminiſtratores autoritate Apoſtolica, & eo nomine, & autoritate Eccleſiaſtica gubernare has militias, & cõmendas prouidere vt eſt notoriũ & patet ſupra §. 48.

Et etiam ibi eſt videnda prouiſio comendæ facta a magiſtro Domino Alfonſo de Cardenas, cuius verba ſunt notanda ibi † Y a nos pertenece por nueſtro poderio ordinario de proueer la dicha encomienda en perſona del habito y profeſsion nueſtra &c.

Videndus eſt liber ſtabilimentorũ ordinis S. Iacobi tit. 16 de la preſentacion de los beneficios cap. 1. como el Maeſtre es Prior de



de la orden &c.

Per collationẽ & canonicã inſtitutionẽ magiſtratus S. Iacobi ſemper fuit collatus, A Priore huius ordinis, fratri militi profeſſo, electo in magiſtrum (& cõſtat ex praxi, & forma collationũ) per impoſitionẽ Birreti.

GREGORIVS Papa 11. fecit inſtitutionẽ huius magiſtratus, D. Ferdinanando Oſoriz, apud Auiñon Pontifi. ſui anno 1. ſic Autoritate Apoſtolica, in magiſtrũ dictæ militię Sancti Iacobi, præficimus generalem curã, & adminiſtrationẽ tibi comittẽdo.

PIVS Papa 5. vocat commẽdas Eccleſiaſticas §. 42 n. 12. ibi. Præceptorias Eccleſiaſticas, Officia, &c.

Probatur etiam, ex eo quod ſi venderentur iſtę præceptoriæ, ſeu commendæ committeretur vitium ſimonię. patet ſupra §. 49.

Itaque dictæ Præceptorię quę vulgo vocantur, encomiendas, ſunt Eccleſiaſticæ, † Et ius habendi illas, eſt ſpirituale † perſonis Eccleſiaſticis competens. Quales ſunt hi fratres, qui has commendas per canonicam collationem recipiunt.

Quod etiã iſtæ præceptorię, ſint bona Eccleſiaſtica, probo ex bullis huic ordini conceſsis de non ſoluendo ſubſidio.

GREGORIVS Papa 10. ſic. Dilectis filijs Legatis Apoſtolicæ Sedis, et vniuerſis collectoribus decimæ prouentuum Eccleſiaſticorum terrę Sanctæ ſubſidio deputaræ, ad quos iſte literæ peruenerint, ſalutem, &c. petitio dilectorum filiorum, Magiſtri, & fratrum ordinis militiæ S. Iacobi, nobis exhibita continebat, quod licet nos in generali Concilio Lugdunenſi, volentes terrę Sanctę, quæ ab inimicis Chriſtiani nominis detinetur miſerabiliter occupatę. procurare remedia, per quę poſſent de illorũ manibus liberari, Decimam omnium Eccleſiaſticorum prouentuum, ipſius terræ ſubſidio duxerimus deputandam: attendentes tamen diſcrimina, quę dicti Magiſtri, & fratres pro defenſione Chriſtianæ fidei, contra Sarracenos Africę continue ſuſtinent, ac volentes eos propter hoc gratia ſpeciali

ciali proſequi, & fauore ipſis Magiſtro, et fratribus quod de prouẽtibus ſuis: huiuſmodi decimam ſoluere minime teneantur, &c. Dat. Mediolañ. xvj. Kalend. Decembr. Pontificatus. noſtri anno iiij.

*Cax. com miſ. Apo.*

Probatur etiam ex eo, quod PP. poteſt ſibi reſeruare prouiſionem harum pręceptoriarum, et ſic legimus, Sixtum Papam quartum feciſſe cum Franciſco de Sancto Martino milite profeſſo militiæ Sancti Iacobi, anno 1477.

PAVLVS Papa 3. in bulla diſpenſationis, pro militibus Calatrauę, et Alcanterę, vt poſsint contrahere matrimonium, ſupra §. 50. num. 9. † Puedan canonicamente recebir, y retener los Maeſtrazgos, cargos, Encomiendas, dignidades, officios, de las dichas milicias.

PIVS Papa 4. dedit cuidam fratri S. Iacobi militi nouitio commendam in adminiſtrationem, et quod quam primum ad ętatẽ debitam perueniat, faciat profeſsionem regularem, ſub pœna dictę Commendę, et † emiſſa profeſsione poſsit retinere Commendam in titulum †. Vt ſupra c. 4. §. 41. n. 5.

5 Probatur etiam, has commendas, eſſe bona Eccleſiaſtica, ex bulla, et proprio motu Pij Papa 5. qua abſtulit facultatem teſtandi his militibus, et quidem optime potuit hoc facere, licet enim ſitæ ſint in terris Regum, vt in Hiſpania: tamen cum Eccleſiaſtica bona ſint, pendẽt a nutu Papę, vt optime adnotauit Nauarrus in propugnaculo de reddit. numero 15. ad finem. et propterea pro parte horum militum, ſupplicatum eſt: coram Gregorio 13. Cuius Gregorij verba bullę ſunt notanda: nam faciunt pro noſtro caſu, ſupra §. 44. ibi † Romani Pontifitis prouidentiæ, &c. diſponendi de bonis quæ ſub regulari habitu militiarum degentes perſonæ poſsident, &c.

## 9. Profeſsis fratribus militibus, titulo collationis Magiſtratus, & cõmedæ cõferũtur.

Vt conſtat ex praxi, & hiſtorijs. & alijs ſcripturis. verbi gratia, in hiſtoria Regis Alfonſi. 11. cap. 95. dicitur, Quod, freylaron a Dõ Alfonſo Melendez de Guzman, y recibieronle por Maeſtre de la Orden de S. Tiago. ſimiliter conſtat ex prædicta, hiſtoria. c. 276. et ex Licenciato Rades in chronica de S. Tiago, cap. 35. factũ fuiſſe cum filio eiuſdem Regis, Domino Fadrique, qui vt Magiſter fieret, antea factus eſt frater, habitumq. S. Iacobi recepit. Et ex bullis





ſupra cap. 4. §. 40. & 41. nouitijs, commendæ non conferuntur in 7
titulum, & etiam patet ex praxi. I

Videtur Nauarrus in lib. de reddit. monit. SS. vbi docet. hos fratres eſſe capaces benefitiorum Eccleſiaſticorum, quæ vocamus comẽdas: quæ ſolis perſonis Eccleſiaſticis conferuntur, & in propug. de reddit. num. 15. & 16. & 18. defendit quod hi fratres percipiunt decimas, ipſoſque habere Eccleſias comendatas, quia ſunt vnitę ordini, & ab ordine comendatę his militibus comendatoribus, & ideo earũ Eccleſiarum parrochos, eſſe veluti vicarios quos ipſi præſentant. Hæc ex Nauarro. confirmatur etiam noſtrum intentum, quod etiam hi Comendatores milites percipiũt primitias, & oblationes quas Hiſpane dicimus, *Piedealtar*, verumq. eſt quod pręſentant fratres Clericos ad dictas parrochiales: nam Magiſter, qui frater miles eſt, præſentat in omnibus fere Eccleſijs ordinis, exceptis paucis, quæ pertinent ad Priores. Vide ſupra §. 4. num. 10. ver. Pius 5. Satis ſupradicta declarantur, & probantur per bullã Sixti Papæ 5. conceſſam cuidam fratri militi S. Iacobi. D. Balthaſar de Cuñiga fratri germano Comitis de Monterey, & per eam Summus Pontifex cõcedit, vt dictus frater miles S. Iacobi de Spatha profeſſus. † Habeat penſionem Eccleſiaſticam ſuper reditus, quarumcunque menſarum Epiſcopalium, & benefitiorum, etiam regularium, & etiam, ſi contrahat, & conſumet matrimoniũ. prout in bulla fuſius continetur, quæ certe fundatur in eo, quod iſte frater miles religioſus eſt. Datis Romę 10. Sept. anno 1586.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Religio quid ſit.*

2 *In ſtatu Religioſo ſumuntur tria uota ut inſtrumenta perfectionis.*

3 *Non eſt neceſſarium profiteri iſtas tres uirtutes; Paupertatis caſtitatis, & obedientiæ ſecundum omnem perfectionem earum: ut quis ſit uere religioſus.*

4 *Votum Obedientiæ maximum eſt.*

5 *Ad iudicandam an aliquis ſtatus ſit Religio, non unum uotum, aut medium tantum conſiderandum, ſed omnia ſimul.*

6 *Regula S. Iacobi, inductiua ueræ eſt, religionis.*

7 *Regula Ciſtercienſis, quam profitentur fratres milites Calatraue, & Alcantiræ, & Monteſiæ inductiua eſt ueræ religionis.*

## Ex diſinitione & natura Religionis, idem conuincitur.

### §. Vndecimus.

Religio eſt ſtatus hominum ad perfectionē Chiſtianā per paupertatis, & continentiæ, & obedictiæ vota tendētiū. ad hoc.n. eſt omnis religio, vt homo perficiatur charitate, & a charitate, & propter charitatē, omnis obſeruantiā regularis, & ratio regulę ordinis religionis. ſumenda eſt. vt oſtendimus in principio huius libri, & docet D. Thom. 22. q. 186. art. 2. & 3. ad 5. quod Religio, eſt quædam diſciplina, vel exercitiū ad perfectionem perueniendi. & Viguerius de ſtatibus Eccleſiaſticis. cap. 17. §. 1. verſ. 10 & Franciſcus Suarez ad 3. p. D. Thom. q. 40. ar. 3. diſput. 28 fol. 464. Belarminus lib. 2. de monachis: cap. 6. col. 174. Ribadeneira en la vida del padre Ignacio, fol. 169. & Gregorius Lopez. p. 1. tit. 7. lege 9. verſ. Mas fuertes religiones. Qui optime allegat conſtitutionem ad conditorem; de verborum ſignificatione. Ioannis 22. in qua dominium rerum, quę perueniebant ad fratres minores retentum ab Eccleſia Romana ſimplici vſu facto fratribus, reſerbat: Summus Pontifex refutat multiplici ratione, vna eſt iſta, de qua loquimur. ex cuius litera (quia multum noſtrum intentum declarat. & probat) tranſcripſi ſequentia ſic, Quanquam autem pia cōſideratione motus, prædeceſſor noſter, ordinauit ſupradicta illa dicto ordini, exiſtimans pro futura, ipſa tamen atento modo vtendi fratrum ipſorum, ac dictæ Eccleſię ſubſequta patientia, circa ipſum non profuiſſe: ſed potius tam ipſis fratribus, quam multis alijs obfuiſſe, ſubſequens magiſtra rerum experientia noſcitur declaraſſe. ipſis quidem fratribus quantum ad ſtatum perfectionis nequaquam profuit reſeruatio Dominij ſupradicta, cum enim perfectio vitę Chriſtianæ principaliter, & eſſentialiter in charitate conſiſtat, quę ab Apoſtolo perfectionis vinculum dicitur, & quæ vnit, ſeu iungit aliqualiter in via hominem ſuo fini, ad quam per contemptū bonorum temporalium, & ipſorum ex propriationem, via diſponitur, per hoc præcipue quod ſolicitudo quam temporalia in acquirendo, conſeruando, & diſpenſando



ſando exigunt, quę plerunque ab actu charitatis retrahit, amputetur, reſtat quod ſi ſolicitudo eadem poſt ex propriationem huiuſmodi, quæ ante ipſam inerat perſeueret, ad perfectionem huiuſmodi talis ex propriatio valeat nihil conferre, &c. hæc ibi.

2. Ex quibus patet quod in ſtatu religioſo, qui diſciplina eſt perueniendi ad perfectionem, ſumuntur tria vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, vt inſtrumenta ad tollendum impedimenta diuini amoris, perueniendique ad perfectionem, accomodandaque eſſe regulæ, & inſtituto, vnius cuiuſque religionis. Nam manifeſtum eſt, quod ille qui operatur ad finem, non tenetur ad omnia exercitia, & inſtrumēta adhibenda, ſed ſat eſt ponere ea quibus aſſequatur finē. Et ex hoc fit, eſtque certum, quod religioſus non tenetur ad omnia conſilia, ſeu exercitia, quibus ad perfectionem peruenitur, neq. eſt neceſſe profiteri in toto rigore, & perfectione iſtas tres virtutes paupertatis, caſtitas, & obedientiæ. Non enim in eis conſiſtit principaliter perfectio, ſed vt in inſtrumentis, & diſpoſitione quadam, ad conſequendam perfectionem.

3 Sequitur aperte ex dictis, quad licet, aliquid remitatur de rigore, & perfectione, harum trium virtutum, non propterea tollitur tota diſpoſitio, perueniendi ad perfectionem charitatis. Non enim vnū ad alterum tantum votum conſiderandū eſt, ſed omnia ſimul aplicando ea (conſideratis hominum complexionibus, & temporum, & regionum conditionibus) inſtitutis vel ad contemplandum, vel ad docendum, vel ad militandum, &c. prout Papa deteminauerit.

Et quod in ſtatu religioſo neceſſarium non ſit profiteri dictas tres virtutes ſecundum totam ſuam perfectionem: declaro magis exemplis, & praxi, ſic enim videmus diuerſas eſſe religionum regulas, vna ſtrictior, & perfectior altera, & in vna vouetur obedientia magis rigide, ſeu perfecte. Verbi gratia, in ordine Sanctę Marię de Mercede, fit votum de Redimendis captiuis, manendique pro eis inter infideles, & in ſocietate Ieſu, fit votum miſsionum ad Regiones longniquas, & exteras, & in Religione Sancti Franciſci ſeruatur paupertas maior, quam in aliquibus alijs. Similiter in caſtitate virtute, eſt latitudo habetque ſuos gradus coniugalis, celibatus, & virginalis. Et fieri poteſt religio in quibus virgines admitantur tantum: & tunc iſte ordo excederet in hoc, cateras Religiones.

4 Cum ergo hæc ita vera ſint, & quod obedientiæ, & paupertatis, religioſa vota (vt dico) admittunt modificationem, profectò & caſtitas admitere debet, quia inter iſta tria vota non eſt maximum caſtitatis votum, ſed medium locum tenet. Nam obedientia maius eſt, & religioni eſſentialius, propriuſque, & propinquius ſe extendit, & diſponit ad actus propinquos fini religionis, vt tradit D. Thom. 22. q. 186. art. 8. & q. 188. art. 7. ad 3. dicens quod votum obedientię præfertur voto continentiæ, & paupertatis. Idem docet Summus Pontifex Ioannes 22. in Extrauaganti, quorundam de verbo ſignifi. his verbis. Magna eſt paupertas, & integritas maius bonum, ſed obedientia maximum. Ergo caſtitati, non tanta dignitas, & excellentia debet attribui, quod ſi omnimoda non voueatur, aut ſeruetur omnimode, religionis ſtatus eſſe non poſsit.

5 Et Quia (vt dixi, & eſt maxime verum) in religione, non vnum votum conſiderandum eſt, ſed omnia ſimul, applicando hæc vota instituto vnius cuiuſque Religionis, vt ſufficientia ſint perducendi ad finem perfectionis, prout Summus Pontifex determinauerit.

6 Deueniendo ergo ad noſtrum caſum, ſummus Pontifex Alexand. Papa 3. cũ ſua Sancta Sede, conſiderauit ſupradicta, & quod inter omnia Chriſtianorum certamina duriora ſunt prælia caſtitatis, vbi eſt quotidiana pugna, & rara victoria, nam in lapſu primorum parentum maxime fuimus læſi in effreni carnis laſciuia, neque omnia ducenda ſunt ſummo cum rigore, & quod in exercitio belli, multum corpus domatur, & atteritur, & difficilius & multo plus eſt, hoc pro defenſione Eccleſiæ Dei facere, quam in domo otij corpus multa maceratione affligere, quodque in religione militari nõ tam neceſſaria eſt omnimoda continentia, quam in ea, quæ eſt ad contemplandum: oportereque eſſe religionum diſcecentias, ſecundum diuerſa hominum ingenia: ad Eccleſiæque decorem, & ornamentum, cum ſit vt acies caſtrorum ordinata. Conſiderauit etiam matrimonium, cum eius vſu, eſſe rem ſanctam, & Dei ordinationem, ad filios habendos & incontinẽtiæ pręcipium euitandum. Caſtitatemque coniugalem, eſſentialiter eſſe caſtitatem, ſufficientemque materiam, vt vna cum alijs duobus votis, videlicet viuere ſine proprio, & obediendi in omnibus, conſtitui poſſit Religio, prout ſua Sanctitas determinauerit. Et ita factum eſt in Regula Sancti Iacobi, vt ipſa, & bulla confirmationis eius docent, quod Papa Spiritu ſancto ductus accepit in manibus ſuis regulam religionis approbatam Canonicorum regularium S. Auguſtini, & eam temperauit quo ad votũ caſtitatis modificans, vt ſecundum inſtitutionem, & ordinationem Dei; prudentiam, indulgentiamque Apoſtoli Pauli, poſsint hi milites Dei, & S. Iacobi, ducere vxores, idque de licẽtia ſui Magiſtri, et eis vti moderate prout in regula præſcribitur. taliterque regulã S. Iacobi ordinauit, quod continet ſufficientem diſpoſitionem ducendi homines, per tria vota perpetua ſolemnia, ad perfectionẽ charitatis,

**commutatio enim voti continentiæ, in caſtitatem coniugalem: non tollit omnino votum, nec mutat regulæ ſubſtantiam,**

vt habet ſana doctrina, & vidimus Rotam docuiſſe. Significatque Summus Pontifex in eadẽ regula Sãi Iacobi. ibi, † incipiunt ſtatuta fratrum Ordinis Militiæ Sancti Iacobi, qui in tribus capitulis totus conſiſtit ſcilicet in coniugali caſtitate, in obedientia conſeruanda, in viuẽdo ſine proprio, vt ſupra lib. 1. §. 1. n. 21. & inf. n. 22

**Prædicta autem tria ad verę, & perfectæ charitatis Complementum ſunt inſtituta.**

Ergo regula D. Iacobi, quam iſti milites profitentur verę religionis eſt inductiua, quia vere religat hominem cum Deo, dum ad perfectionem charitatis, per tria vota ſubſtantialia inducit. Probat ipſa, autoritatibus Sanctę ſcripturę, & rationibus, vt eſt do trina S. Ioannis. 1. Canon. c. 4. perfecta charitas foras mittit timorem, & illa Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Ioannem. cap 15. maiorem hac dilectionem nemo habet &c. explicat D. Auguſt. eiſdẽ locis, tractatu 9. in epiſtolam D. Ioan. & tractatu 5. & 6. & aducit verſum Pſalmi. 115. Calicem ſalutaris accipiam. docens perfectam eſſe charitatem, ſi quis tantam habuerit, vt paratus ſit etiã pro fratribus mori, et tractatu 83. & 84. & in dicto loco Ioannis cap. 15. cuius magni Doctoris, & patris noſtri multum conducit ad intelligentiam regulę S. Iacobi, nam magna ex parte compoſita, & ordinata eſſe videtur ſecundum eius doctrinam. Videndus eſt etiam Diuus Gregor. Magnus in 1. Reg. cap. 6. vbi explicat quod vaccæ illę fętæ portantes arcam Domini ibant via recta, & in paſtorali capite cap. 28. et homilia 36. in Euangelium ſecundum Lucam, et in Ecccchi. lib. 1. et 2. et ex S. Baſilio, vbi ſupra dixi. § 7. agens de perfecta

feſta renuntiatione, qui etiã videndus eſt regul. re. reſpon. interroga. 6. quem refert, & ſequitur D. Tho. in catena, ſuper D. Lucam cap. 9. & Thomas Stapletonius in promptuario morali Dominica 4. Aduentus in illis verbis Euangelij, rectas facite ſemitas eius, & explicant, quod preparatio ad mortem pro Chriſto, mortificatio membrorum ſuper terram, ad omne periculum pro Chriſti nomine ſuſcipiendum, ſedato animo accedere, & erga hanc pręſentem vitam affectum non eſſe, eſt ſuam Crucem poſt Chriſtum tollere. At profecto hæc doctrina maxime conſonat cum prędicta doctrina regulę Sancti Iacobi de perfectione charitatis loquente ſupra, & etiam cap. 9. & 10. vbi agens de mortificatione membrorũ dicit, multó plus eſt & difficilius magnis, & innarrabilius exponere periculis pro ſuis Proximis: quam in domo tranquilitatis corpus multa maceratione affligere, & infra; non eſt quicquam iocũdius apud Deum, quam pro defenſione legis, eligere vitam finire per gladium, &c. vt ſupra eodem §. 1. n. 28. & 30. videri etiam poterit D. Thom. 22. quęſt. 19. precipue art. 8. ad 2. & art. 10 & hęc etiam breuibus verbis compręhenſit frater Hieronimus de Ferrara en el tratado de los tres votos de los Religioſos, & eſt in libro intitulato Tratado de la oracion de fray Pedro de Alcantara. Et in follo 127. Ferrara dicit ſic, Y eſpecialmente à aquellos que por ſu excellencia de ſu eſtado, ſon llamados ſingularmente religioſos, pues dado que el fin de todos los Chriſtianos ſea el Reyno del cielo, mas en todo eſto yo al preſente no hablo del vltimo fin ſino del fin mas cercano q̃ los Sãctos religioſos trabajã por alcãçar en la preſente vida, el qual no es otro que la charidad dẽ Dios y del proximo. Por eſto los ſanctos religioſos no pretenden otra coſa mas que vnir ſu anima por charidad con Chriſto Crucificado, haſta que alleguen aquel termino, que puedan dezir con el Apoſtol: Viuo yo, ya yo no, mas viue en mi Chriſto. Hęc ibi, Quę adeo cõformant Regulę Sancti Iacobi, loco citato, & bullę confirmationis eius ſupra cap. 4. num. 5. &c. quod inde accepta videantur.

Videnda eſt etiam regula D. Iacobi in ſuo c. 20. ſupra. §. 1. n. 4. & ſequẽt. ibi. Obedientes ſint Magiſtro in omnibus, & per omnia illi qui habuerint vxores, caſtitatẽ teneant coniugalem, & qui non habuerint vxores, caſte viuãt, nullum proprium habeãt, nec retineant quicquam niſi quod à Magiſtro, vel Comendatore fuerit eis cõceſſum. Hęc in regula. In Regula dico, & non dico in Regulis, yolo dicere, quod coniugatis, & innuptis eadem Regula ſub-





ſtantialiter ſub eodem inſtituto religionis, eſt data ad conſequendum finem vnius, & eiuſdem Religionis, quod & bulla confirmationis ſatis indicat, dum de coniugatis, & non coniugatis docet,

**Et iſti, & illi militẽt vni Regi, & ſuper vnũ fundamentum cæleſtem vnam ædificẽt mãſionem.** ſupra cap. 4. num. 10. Et hæc eadem Ratio procedit in militijs regularibus Calatrauæ, Alcantarę, & Monteſię, ſiquidem dum Summus Pontifex diſpenſauit in Regula Ciſtercienſi, non ſubſtulit votum Caſtitatis: ſed modificauit, & reuera manſit Regula Religionis inductiua, ſufficienſque diſpoſitio ad conſequendum finem ſuæ religionis, manſeruntque ad id obligati, ſicut & antea. quod etiam ſignanter oſtendo, infra in ſolutione ſeptimi argumenti. n. 4. & 27. argumenti, & probãt bullæ Apoſtolicæ Pauli Papæ 3. & Sixti Papę 5. ſupra §. 50. num. 5. 6. & §. 52. n. 3. & 4. ibi. Mas facilmente ſe conuidaran a entrar en las dichas milicias, y a poner ſu perſona y bienes por la conquiſta de los infieles, & ibi. In profeſsione regulari ipſius militię emittenda, caſtitatem perpetuam vouere: ſed illius loco caſtitatem tantum coniugalem vouerent ſicuti in militia Sancti Iacobi de ſpata obſeruatur.

## Summarium ex §. ſequenti.

1 *Solemnitas uoti eſt de iure poſitiuo, & n. 2. & 5. & 7.*
2 *Duplex eſt uotum, ſimplex, & ſolemne.*
3 *Status quid ſit.*
4 *Fratres milites Sancti Iacobi ſunt in ſtatu Religioſo:*
5 *Non repugnat ex rei natura eſſe religioſum, & coniugatum. Votum ſolemne, ex quo tempore dirimat matrimonium. ibi & num. 4. & ſequenti.*
6 *Papa poteſt annullare hanc, uel illam Religionem. Dat formam faciendi profeßionem. ibidem.*
7 *Diſpenſat in uoto ſolemnicato religionis. n. 8,*
8 *De capitulo cum ad monaſt. de ſtatu monach. fit mentio.*

9 *De Capitulo unico, de uoto in 6.*
10 *Qūd Eccleſia illegitimauit aliquas perſonas, adnubendum.*
11 *De Cap. Rurſus. qui Cler, uel uouen.*
12 *Cum uoto ſolemni Religionis, poteſt ſtare matrimonium.*
13 *Non eſt neceſſe profiteri tria uota in toto rigore, ut ſit aliqua uera Religio.*
14 *De militibus Calatranæ, Alcantaræ, & Monteſiæ.*
15 *De militibus Sancti Iacobi.*

## Ex eo, quod matrimonium, & eius vſus: licet in Religioſis, qui omnimodam continentinentiam vouerunt, ſit contra votum continentiæ (vt reuera eſt) non tamen eſt contra ſubſtantiam ſtatus Religionis, Probatur decimo.

### §. Duodecimus.

1 CVM ſolemnitas voti Religioſi, ſit de iure poſitiuo introducta, eaque mediante, tale votum Religionis vim habeat dirimendi matrimonium: matrimoniumque ipſum, & eius vſus, licet non ſit de maximis bonis: eſt tamen res ſancta, & diuina, & aliquibus hominibus, maxime conducens in ſubſidium animæ, Nulla eſt ratio conuincens, vt dicamus votum religionis, & matrimonij vinculum ſecum pugnare, taliter, quod nullomodo poſsint eſſe ſimul: imo dicendum eſt, quod ſecundū vtriuſque naturam, poſſunt ſe compati: & ſimul eſſe, et eſſe aliquem, ſimul religioſum, & coniugatum.

Et quia res eſt grauis, & multum declarat & probat noſtrum Intentum: aliquantulum immorari, hic oportet.

*Votum ſolemne.*

2 Duplex eſt votum: ſimplex, & ſolemne, ſolēne illud eſt, quod profeſsione tacita, vel expreſa Religionis approbatę, vel ex ſacrarum ordinum ſuſceptione celebratur. illud vero ſimplex eſt quodcumque aliud votum: ſiue ocultum, ſiue publicum fuerit. Hoc ita

eſſe,



eſſe, probatur ex capite vnico de voto in 6. quod eſt Bonifacij octaui.

Per hoc votum ſolemne, homo vouens ponitur ſubalterius hominis poteſtate, tam in ordine ſacro, quam in ordine religionis. Nam vtrobique conſtituitur miniſter Eccleſię, dedicatus Deo, & fit alter, ſub Epiſcopi poteſtate, vt eum poſsit cogere ad ſtatum clericalem: & in ordine religionis Prior, vel Abas vel magiſter poteſt cogere ad regularem obſeruantiam. ad ſtatum ergo religionis conſtituendum: non ſufficit facere tria vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, ſed etiam requiritur iuriſdictio in vno capite, quod ſola autoritate Apoſtolica fieri poteſt. iuriſdictio autem ad hoc eſt vt ſuperior vim habeat compellendi ſubditos, ad obſeruanda vota, & regulam, & hac ratione votum completur in ratione ſolemni, & talibus votis ſolemnibus, homo manet aſtrictus ad ſic viuendum perpetuo, quod & hoc nomen ſtatus ſignificat.

3 Status enim ſignificat rem immobilem, & perpetuam, qui proprie pertinet ad libertatem, vel ſeruitutem, ſiue ſit in ſpiritualibus, ſiue in ciuilibus, ſecundum perſonæ conditionem, & ſolum ad hominis ſtatum pertinet, reſpicit enim oblationem perſonæ hominis prout eſt ſui iuris, vel alterius. & vt dico, ad hoc, vt ſit ſtatus, requiritur quod non fiat ex cauſa de facili mutabili, vt docet S. Tho. 22. q. 183. art. 1. ex Viguerius Granatenſis.

4 Hæc omnia inueniri, & eſſe in hac militia D. Iacobi, iam patet ex ſupradictis. conſtare enim ex tribus votis ſolemnibus, verumque eſſe ordinem, & ſtatum regularem, oſtendi ſupra §. 3. & c. 4. & 5. ſexto & 7. & eſſe hos fratres mācipatos diuinis obſequiis in perpetuum, aſſumptoſque, a Sancta Sede Apoſtolica, in milites, & athletas, ad ſui, & Eccleſiæ defenſionem: qui ſe ſuaque Domino totaliter obtulerunt, in perpetuum, & ita ſunt totaliter tranſlati. De licentia enim vxorum, & propria voluntate id facere potuerunt, & factum eſt, etiam autoritate Summi Pontificis intercedente, quę interpoſita eſt in regula D. Iacobi, & bulla, & bullis Apoſtolicis confirmantibus eam & ordinem iſtum, taliter quod iam ſunt poſiti totaliter in manu, & voluntate Magiſtri a quo in omnibus depēdēt, neq. habent velle, nec nolle, poſſuerūt enim Magiſtrū (vice Dei) ſupra caput ſuum. cap. ſi religioſus de electione in ſexto. Etſi ſunt profeſsi, tenentur ad contrahendum matrimonium, denuntiare Magiſtro, & de eius licentia contrahere, & ſecundum regulam Sancti Iacobi, a Sancta Sede Apoſtolica confirmatam, contrahunt.



5 Et

5 Et ſic optime fieri poteſt, & eſt, quod ſit quis vere religioſus, & vere coniugatus, ſeruantur enim natura, & eſſentia matrimonij, & ſubſtantia ſtatus religioſi, quia de conſenſu vtriuſque iſte facit tria vota religionis.

Quod modo videtur conueniens, pro complemento huius diſcurſus, ſeu probationis eſt, oſtendere voti ſolemnitatem eſſe ab Eccleſia, ac proinde poſſe Eccleſiam augere ſolemnitatem, vel minuere ſeu modificare, poſſeque facere religioſum cum votis ſimplicibus.

Certum eſt quod ſolemnitas voti eſt de iure poſitiuo per Eccleſiam introducta, & ita diffinitum eſt a Summis Pontificibus Bonifacio 8. in cap. vnico de voto, & voti redemptione in 6. & a Gregorio 13. in bulla pro religione ſocietatis Ieſu, quæ incipit aſcendente Domino, his verbis, voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta, & hanc doctrinam defendunt Cardinalis Caietanus in 22. q. 88. ar. 7. & Scotus in 4. diſt. 38. Paludanus ibidem & Durandus q. 2. & S. Antoninus, & frater Michael de Medina de ſacro Homi. conti. Nauarrus cap. 22. n. 35 & in conſi. lib. 3. de regul. conſil. 13. tractat difuſe Hieronymus Plato. lib. 2. de bono ſtatu religioſi. cap. 20. & 21. vbi docet quod primus omniũ Summorum Pontificũ, quod litteris extet Innocentius. 2. cum Romana ſynodo generali anno nimirũ humanæ ſalutis. MCXXXIX. hoc conſtituit, vt religioſis omnino matrimonium omne interdiceret, idq; ita vt ſi contraherent, nullam vim haberet. videndus eſt ibi, qui tandem concludit religioſa vota, eam quidem vim habuiſſe ſemper, vt matrimonium illicitũ efficerent. illam autem vim, vt etiam irritum, ac nullum efficerent, quæ a Theologis voti ſolemnitas appellari ſolet, temporis progreſu, & quaſi gradatim introductam. eandem ſententiam tenet et defendit Fr. Emanuel Rodriguez in q. q. regul. tom. 1. q. 1. a. 4. que et alios doctores ſcitat. et Epiſt. 11. Cyprian. lib. 1. et D. Hieronym. ad Demetriad. Epiſt. 8. et Epiph. hæres. 61. et Auguſt. de bono viduitatis c. 11. et 12. videatur iſte autor.

Fundamentum eſt, quod licet religionis ſtatus tria vota ſubſtantialia continens in Sancto Euangelio fundamentum habet, vt reuera habet, Dominus tamen reliquit ſuo Vicario modum emittendi ea, pro temporum, et gentium qualitatibus determinanda, ſic videmus quod voti ſolemnitas, non eſt in omnibus religionibus omnino eadem extenſiue, vna enim religio eſt

ſtri-



ſtrictor alia, vt in quibus eſt vinculum, & obligatio ſolemnis ad redimendos captiuos, cum periculo occiſionis, vel ad miſsiones exequendas, vel ad non comedendas carnes: & aliæ ſunt laxiores, in quibus hæc non inueniuntur, & inter has aliquę perſonę poſſunt facere teſtamentum. Et ita certum eſt ſolemnitatem voti eſſe de iure poſsitiuo.

Et ex hoc fonte, & ratione procedit, quod Papa poteſt facere, vt aliquis incorporetur religioni, ſitque vere, & proprie religioſus, ſine tali ſolemnitate voti, ſed per votum ſinplex, & etiam retento domino certo modo, vt docet Gregorius Papa 3. eſſe in Religione nominis Ieſu, in bulla quæ incipit aſcendente Domino, de qua infra cap. 8. not. 9 & eam pro hac parte adducit Nauarrus. lib. 3. de regul. conſ. 7. n. 4. qui etiam videndus eſt. conſ. 13. & 23. & lib. 4. tit. de ſponſal. conſi. 9.

Certe dominus in Euangelio poteſtatem reliquit excommunicandi. Sed quo modo, aut forma, vna ſcilicet, aut duabus monitionibus, fiat excommunicatio, Summo Pontifici reliquit, & ſic excommunicationis temperat effectus. verbi gratia, vt filius, poſſit communicare cum patre, & quod non teneamur vitare excommunicatos ocultos. ſic etiam in noſtro caſu proportionabiliter eſt loquendum..

6 Et bene iſta confirmãtur, ex eo quod Summus Pontifex poteſt anullare illam, vel illam religionem, vt fecit cum Templarijs in qua vota emiſſa: modo, non eſſent ſolemnia religionis. Et poteſt facere, & fecit in Concilio Tridentino, vt nemo ante decimum ſextum annum expletum, nec in minori tempore quam per annum poſt ſuſceptum habitum, in probatione ſteterit, ad profeſsionem admitatur, profeſsio autẽ antea facta, ſit nulla, nullãq. inducat obligationẽ, ad alicuius regulę, vel religionis, vel ordinis obſeruationẽ. Seſſ. 25. cap. 15.

Sed & notandum eſt decretum illud Innocentij ſecundi, & tempus conſtitutionis eius fuiſſe anno Domini M. Cxxxix. & ante confirmationem huius ordinis militaris Sancti Iacobi triginta ſex annos. facta enim fuit anno decimo ſexto Pontificatus Alexandri Papę tertii, qui fuit annus Domini M. C. Lxxv. itaque volo dicere, iſtud decretum annullans, matrimonium religioſorum fuit factum, dum viueret iſte Summus Pontifex Alexander tertius, & hoc aduerto, vt magis intelligamus, quod Alexander tertius ſimul cum ſua Sancta Sede, ſpecialiter conſiderauit ſolemnitatem voti, eiuſque naturam, & vnde vires

aſſumat

aſſummat, & habeat ad matrimonium irritandum, intellixiſſeq; poſſe ſtare de licentia Summi Pontificis cum matrimonio, ſicq; ex hac conſideratione docemur, voluiſſe, hunc ordinem pro vera religione approbare.

Quod ex natura rei non ſit repugnantia, vt quis ſit religioſus, & coniugatus: probo magis, ex bulla conceſſa ſocietati Ieſu: per quam Gregorius 13. anullat matrimonium Religioſorum de gradu coadiutorum, non formatorum. vt patet infra. cap. 2. not 9. nam ſi talis repugnantia eſſet, neceſſarium non fuiſſet, vt contractus a Summo Pontifice annullaretur.

Et quod ſit factibile quod quis poſsit eſſe Religioſus, & coniugatus, & habere copulam carnalem: probo ex gloſſa recepta in capite vxoratus, de conuerſione coniugatorum. & ex Panormitano ibi, & in cap. præterea eodē tit. vbi ponunt caſſum, in quo quis fuit cōiugatus, & Religioſus ſimul & quod tenebatur redere debitū ſcilicet ille qui de licentia vxores fecit profeſsionem, Sed vxor nō premiſsit continentiam. vbi etiam ad notat Panormitanus. quod ad ſubſtantiam profeſsionis alterius coniugis, neceſſario non requiritur, quod alter coniux voueat continentiam, vel quod intret religionem. quam gloſam, & Panormitanū ſequitur. Syluester verbū diuortium quæſtione. 13. & 14. & 16. verſ. 3. & 5. & matrimonium. 8. quæſtione. 12. verſ. 4. & Nauarrus in conſ. lib. 3. de conuerſione coniugatorum fol. 298. conſ. 3. lib. 3. Paludanus in 4. diſt. 27. q. 3. ar. 2. con. 4. & citat Gaufredum, Angelus verbo matrimonium, Summa Armilla verbo diuortium. n. 12. & Enrriquez lib. 11. de matrimonio. cap. 8. § 9. & citat alios Doctores, & notetur quod dictum cap. vxoratus eſt Alexand. tertij. qui hunc ordinem approbauit.

7 Declaratur, & confirmatur hoc idem, ex eo quod Summus Pontifex poteſt diſpenſare, & diſpenſat in uoto ſolemni religionis vt diſpenſauit cum Ramiro Rege Aragonum, qui profeſſus erat, & mediante diſpenſatione contraxit matrimonium cum Domna Agnete, ex qua filiam ſuſcepit Petronilam quæ patri ſucceſsit in Regno. ipſeque Ramirus ad ſuum ſe monaſterium retulit. ſic Paulus Papa 3. diſpenſauit cum miliribus Calatrauæ, & Alcantaræ, & hoc manentibus Religioſis, vt patet ex littera eiuſdem bullæ, & explicat, & deffendit optime D. Nauarus de redd. moni. 56 & in conſilijs lib. 4. tit. de ſponſal. conſ. 13.

8 Probo etiam ex cap. cum ad monaſterium de ſtatu mon. in quo dicitur



dicitur quod abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt anexa regulæ monachali, vt nec contra eam Summus Pontifex poſsit indulgere. quibus verbis equaliter de vtroq; voto pronuntiat. ſed ſatis conſtat, votum paupertatis eſſe diſpenſabile, manente religioſo, imo & ſapientiſsime factum eſſe in ſocietate Ieſu, vt coadiutores non formati, qui vere & proprie religioſi ſunt retineant proprium certo modo; ergo etiam eſt factibile, fiat diſpenſatio, ſeu moderatio in voto caſtitatis, manente religioſo.

9 Sed & doctrina Bonifacij 8. in dicto cap. quod votum de voto, & voti redēptione in ſexto, hoc optime indicat, & probat. dicit enim, quod voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta, matrimonij vero vinculum ab ipſo Eccleſiæ capite rerum omnium conditore ipſum in Paradiſo coſtituente. igitur Bonifatius in hoc ponit diferentiam vinculi, quoad inſolubilitatem, quod Eccleſia illegitimauit vouentes ſolemniter, ne contraherent: alias vinculum matrimonij præualeret voto ſolemni, ſicut prequalet ſimplici, nam votum ſimplex caſtitatis, & votum ſolemne eiuſdem ſunt ſpeciei, & idem habent obiectum, & tantum diferunt accidentaliter, omniaq; intrinſeca, & ſubſtantialia ſic ſunt in ſimplici voto, ſicut in ſolemni, & reſpectu Dei, eadem eſt traditio, intenſiorq; eſſe poteſt in voto ſimplici, quam in ſolemni.

10 Si dicas quod reſpectu Eccleſiæ varia eſt traditio, vt Eccleſia ſolemniter vouentem poſsit cogere ad votum: hoc bene declarat, quare Eccleſia potius illegitimet vouentes ſolemniter, quam ſimpliciter, & ita inter hæc duo vota diſcrimen eſt, per conſtitutionem Eccleſiæ, quæ illegitimauit ad nubendum vnam perſonam, & non aliam: & quod Eccleſia inſtituit, deſtituere poteſt, & dimitere vouentes ſolemniter, in ſola obligatione, qua vouentes ſimpliciter, & ita poteſt etiam diſpenſare in voto ſolemni, ſicut in ſimplici, & videmus in ſocietate Ieſu quod per vota ſimplicia, religioni mancipantur coadiutores, per eaque ipſa, ſe ſocietati dedicant, atque actu tradunt, vt determinat Gregorius 13. & videbimus infra cap. 2. not. 9. & inter alios tradunt Frat. Emanuel Rodericus lib. q. q. regul. q. 1. art. 4.

11 Hæc etiam confirmantur, ex cap. rurſus qui clerici vel vouentes in quo Celeſt. PP. 3. interrogatus, an qui vouit caſtitatem voto ſimplici, poſsit ducere vxorem. & reſpondet quod non licet ei tale votū frangere, quia ſimplex votum, apud Deum, non minus obligat, quam ſolemne. & dicit ibi gloſſa, quod votum ex ſui natura non *Cap. rurſus.*

non dirimit matrimonium. ſed per conſtitutionem Eccleſiæ, & quia iſte textus varie interpræetatur, pro ipſius maiori intelligentia, notetur, quod fuit factus a Celeſtino. 3 Pap. qui Celeſtinus 3. illam religionem D. Iacobi approbauit, vt dixi, & videndus eſt Abbas Panorm. in explicatione huius textus, qui. n. 6. ſic habet, votum ſolemne, & ſimplex equaliter obligant apud Deum in genere, ſed in quantitate reatus diferunt ex tranſgreſione, nam tranſgrediens votum ſolemne grauius peccat, quam tranſgrediens votũ ſimplex: vt colligitur ex capite virginibus xxvij. q. 1. iuncto capite præcedẽti. Item in ſe eandem vim obtinent, quo ad impediendum futurum matrimonium, ſed ex conſtitutione Eccleſiæ votum ſolẽne eſt fortius, quia impedit, & dirimit matrimonium poſt contractum, & ſic vult gloſ. quod ſi conſtitutio Eccleſię non eſſet, teneret matrimonium contractũ a religioſo, vel præsbytero ſeculari. quod clarius tenet Hoſtienſ. & communiter Doctores ſequuntur, nam vt dicit Hoſtienſ. de iure diuino quædam perſonæ prohibentur a contrahẽdo matrimonio de quibus no. i. de reſtitu. ſpolia. inter quas vouens non reperitur prohibitus. Vnum oportet dicere, quod aut Eccleſia errat in ſeruando matrimonium poſt votum ſimplex, aut etiam hodie poſsit ſtatuere vt matrimonium contractum, poſt ſolemne votum teneat: nam ſi vtrumque equaliter obligat apud Deum, ſicut ſeruatur in ſimplici, ita poſsit ſeruari in ſolemni, neque eſt dicendũ quod Eccleſia erret, quia non longe eſſet ab hæreſi 24. q. 1. hic eſt fides, & hanc opinionem tene. pro qua facit capitulum vnicum de voto lib. 1. hæc Panormitanus.

Panorm.

12 Si ergo votum ſolemne, ex ui ſua, hoc eſt ex natura rei non dirimit matrimonium: bene ſequitur & probatur, quod cum voto ſolemni religionis, poteſt ſtare matrimonium. & ita frater Petrus de Ledeſma in explicatione literæ D. Tho. additionum ad 3. partẽ, quæſtio. 53. artic. 2. folio 366. recte dicit quod qui tenet votum ſolemne religionis non dirimire matrimonium, ex natura rei: debet concedere, cum voto ſolemni religionis poſſe ſtare matrimonium. hęc iſte autor. Probauimus autem, quod votum ſolemne dirimit matrimonium ex ui ſolemnitatis. ſi ergo ſolemnitas modificetur quo ad caſtitatem coniugalem, verum matrimonium contrahetur: homoq. ſic diſpenſatus, manebit vere religioſus, non obſtante traditione facta religioni. fit exẽplum in eadem religione ſocietatis Ieſu, in qua fit traditio religioni, per tria vota ſimplicia, & Gregori 13. de nouo ſtatuit, vt talis tradicio deinceps dirimat matri-



matrimoniũ ſubſequens, ergo traditio religioni facta, ex natura rei, non dirimit matrimonium ſubſequens, ſed ex ſtatuto Eccleſię.

Et Scotus ſupra diſt. 38. docet. Religioſos Eccleſiaſtico ſtatuto, eſſe inhabiles ad contrahendum, & non ex natura rei: conſentit ergo, ex natura rei hos duos ſtatus non repugnare.

Vnde Durandus, & Paludanus, & Caietanus. 22. q. 86. art. 7. & 11. & D. Antoninus. 3. p. ar. 4. Franciſcus. Obando in 4. Sententiarum. diſt. 38. propoſ. 16. qui & citat. Ricardum. art. 7. q. 2. tenent, & alij quam plurimi Theologi, Iuriſperiti in cap. vnico. de voto. in 6. docentes quod votum ſolemne dirimit matrimonium de iure opoſitiuo Eccleſiaſtico.

13 Declaro hoc magis, & probo, non repugnare ex natura voti, neque ex natura ſtatus religionis, eiuſque finis, tendendi ad perfectionem charitatis. hoc enim ſtare poſſe manente ſubſtantia religionis modo vidimus, probatione præcedenti.

Concludo ergo, hos fratres milites Dei, & S. Iacobi, eſſe veros religioſos, et ita ſentio; et contrariam aſſertionem eſſe falſam. Idemque omnino dicendum eſt de religionibus militaribus Calatraue, et Alcantarę, Mõteſię, et aliarum quæ eodem modo faciunt iſta tria vota ſubſtantialia in regula approbáta, a Summo Pontifice.

## NVNC RESTAT CONTRAria argumenta ſoluere.

### Summarium ex Cap. ſequenti.

1 *In ſtatu religioſo, pluræ ſunt regulæ.*
2 *Dificilius eſt abſtinere a uenereis omnino, quam omnia uendere. Tentatio carnis magna eſt, ibi.*
3 *Nulli eſt impoſsibile continere.*
4 *Pro ſolis uirginibus, poteſt inſtitui religio.*
5 *Caſtitas coniugalis, eſſentialiter eſt caſtitas.*
6 *Melior eſt caſtitas cœlibum, quam nuptiarum.*
7 *Matrimonij uſus diuerſimode conſiderati poteſt.*
8 *Regula S. Iacobi taliter temperat matrimonij uſum, quod eſt uera regula religionis.*
9 *Diſpenſatio facta cum militibus Calatraue, & Alcantaræ, & Monteſię, ad contrahendum matrimonium, non quomodocunque facta eſt,*

*eſt, ſed ſecundnmm regulam Sancti Iacobi, & ſic manſerunt religioſi, ſub regula priſtina Ciſtercienſi.*

10 *Forma profiiendi fratrum militum S. Iacobi, Calatrauæ & Alcantaræ, & Monteſiæ, ponitur.*

11 *Bullæ Gregorij 3. conceſſæ ſocietati Ieſu, fit mentio, & eſt ualde notanda.*

12 *Bulla iſta conſtituit nouum impedimentum matrimonij.*

# PRO SOLVTIONE ARGVMENTORVM, PRAEmittuntur notabilia ſequentia, tanquam fundamenta.

## Caput Secundum.

1 PRIMVM notabile in ſtatu religioſo, ſeu regulari, plures ſunt regulæ, verbigratia Canonicorum regularium S. Auguſtini, monachorum S. Benedicti, fratrum mendicantium S. Ioannis, clericorum qui minimi vocantur, &c. quę omnes rehgiones tria vota profitentur ſubſtantialia paupertatis, ſeu viuendi ſine proprio, caſtitatis, & obedientiæ. non tamen eadem perfectione, ſeu rigore, & ita vna eſt ſtrictior alia, & ratio eſt quia quod in ſtatu religioſo prętenditur, eſt perfici charitate, perueniréque ad ſuum maximum actum, ſeu gradum, qui in hc vita mortali haberi poteſt, & ad hoc ſumuntur prædictæ tres virtutes vouenturq. ſecundum quod poſsibile eſt ab hominibus ſeruari, & prout Papa determinauerit, ſufficiens eſſe ad chaitatis perfectionem cōſequendā, & cum iſta tria vota ſumantur ad id, vt inſtrumenta, non eſt in eis perfectio eſſentialiter principaliter, nec eſt neceſſe profiteri ea, ſecundum totum ſuum rigorem. ſed quantum conueniens eſt prędicto fini, docent D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 4. & ibi Conrradus. & opuſculo. 17. cap 15. & 16. & 12. & Cobarru. 2. p. epi. decre. cap. 3. §. 1. num. 18. Nauarr. in Conſ. tit. de regnl. conſ. 13. & 23. et frater Michael de Medina de ſacro homin. conti. lib. 4. contou. 7. cap. 39. et alij citati ſupra §. 11. Docet Innocent.



Innocentius Papa 3. in cap. licet de regularibus, & transeuntibus, & de ſtatu monacherum cap. quod Dei, & cap. cum ad monaſterium, & Ioan. 22. in conſtitutione ad conditorem de verborum ſignificatione docet etiam Innocentius Papa 3. in ſua bulla poſita ſupra lib. 1, cap. 4. §. 8. n. 3. quod grandi montenſis ordinis regula, arctior eſt, quam regula militiæ S. Iacobi.

2 Secundum, difficilius eſt abſtinere omnino a venereis quam omnia vendere, docet Epiſcopus Abulenſis in Matheum cap. 19. q. 147. explicãs illa verba Domini dicens, vade vēde omnia & da pauperibus. & confirmatur ex eo quod inter omnia chriſtianorum certamina duriora ſunt prælia caſtitatis, vbi eſt quotidiana pugna, & rara victoria, vt docent. S. Auguſtinus Sermone 250. de tempore, quem ſequitur D. Tho. 22. q. 154. ar. 3. & 1. vbi etiam refert dictum Diui Iſidori. lib. de ſummo bono, quod magis per carnis luxuriam, humanum genus ſubditur diabolo, quam per aliquid aliud, quia ſcilicet, difficilius eſt vincere vehemētiam huius modi paſsionis. Sequitur Abulenſis, ſupra queſt. 85. & citat Ariſtot. 2. Ethicorum dicentem, difficilius eſſe, pugnare contra hanc paſsionem concupiſcentię, quam contra alias. S. Hieronymus ad Eudoxiam. Epiſtola 24. ſic, alia peccata extrinſeca ſunt, ſcilicet auaritia & aliæ: ſola libido inſita eſt adeo, ob liberorum procreationem, ſi fines ſuos eggreſſa fuerit, redundat inuitium, & quadam lege naturæ incoitum geſtit erumpore. grandis igitur virtutis eſt & ſolicitæ diligentiæ ſuperare quod nata ſis In carne, non carnaliter viuere, tecum pugnare quotidie, & incluſum hoſtem Arigi, (vt fabulæ ferunt.) centum oculis obſeruari, hæc diuus Hieronymus. itaque certum eſt, quod inter omnes partes corporis, nulla eſt, quæ ita repugnet imperio voluntatis: ſicut pars generationis, namque in lapſu primorum parentum maxime fuimus læſi in efſeni carnis laſciuia, vnde quando Adam, & Eua peccarunt, fecerunt ſibi perizomata, id eſt ſubcinctoria quæ pendebant, de loco lumborum, vſque infra partes genitales, quę pudenda vocantur, quia maxime de illis propter rebellionem, verecundati ſunt, alias enim partes mouet homo, & regit principatu deſpoticu, id eſt ſeruili, mouendo ad placitum: partes autem genitales mouet principatu politico, id eſt liberali, non qualiter vult, ſed qualiter poteſt, rogando, & ſuaſuadendo. Abulenſis in Geneſim. cap. 3. q. 5. folio 4. colum. 3. & cap. 13. q. 549. & 564. & 565. D. Auguſt. lib. 14. de ciuitate Dei.

cap. 19. confirmatur ex verbis Geneſis c. 6. omnis caro corruperat viam ſuam. vbi Cardinalis Caietanus colligit, quod ſecundum humani generis peccatum, â re venerea incepit. ſentiebat hoc diuus Paulus cum magis clamabat, pro difficultate iſtius paſsionis, quam aliarum, vnde nullam petiuit â ſe remoueri niſi iſtam 2. cor. 12. & iſtam ſolam vocauit mortem, & propter hanc ſolam dixit ſe infelicem ad Rom. 7. infelix ego homo, ſic diuus Chryſoſtomus in cap. 8. diui Mathei hom. 27. poſt medium in illis verbis. qui exiſtimat ſe ſtare videat ne cadat, optime admonet, dicens per anguſtum iter ita pergamus, vt confidere, & timere vere videamur &c. & infra non enim ſumus ſtabiliores quam Dauid, qui parua negligentia inp rofundum peccati, detruſus fuit, vxorem alienam ſeduxit, virum innocentem occidit &c.

Quæ omnia Summus Pontifex Alex. Papa 3 indicauit, & docuit in regula Sancti Iacobi, loquens de caſtitate coniugali ſupra cap. 4. §. 1. n. 21. ſic, non eſt temere præſumendum nos ea poſſe perficere, quæ patres noſtri non potuerunt portare.

3 Tertium notabile, nulli hominum eſt impoſsibile continere, probatur ex doctrina diui Pauli 1. ad corint 7. vbi dat conſilium de virginitate, eamque maxime laudat, & commendat. quod non docuiſſet, ſi eſſet impoſsibilis, nam & Deus ſemper auxiliatur, & mens noſtra non eſt inferior, apetitui ſenſitiuo, & partibus generationis: ſed ſuperior, & veluti in arce quadam collocata, ad eas regendas, orationibus, & pijs exercitationibus, &c. cum hoc tamen ſtat, & eſt verum, rem arduam eſſe perpetuo continere: & quod virginitas virtus eſt magnę altitudinis perfectionis, & excellentiæ: nec eſt in omnibus, ſed in pautioribus, & ſimiliter verum eſt, quod non omnes homines præcellunt in omnibus operibus vitæ chriſtianæ, ſed vnus homo excedit alium in miſericordia, alius in humilitate, alius in patientia, alius in paupertate, alius in obedientia, alius in martyrio. & hęc omnia vera ſunt, & manifeſta, & probationem habent in ſacra ſcriptura, vt Mathei 25. cap. de talentis. facit Abulenſis in Mathei cap. 19. q. 85. Lyra in Epiſt. diui Paul ad Cor. 7. de virginibus. & Treio in epiſt. ad Rom. 12. vnicuique diuiſit Deus &c.

4 Notabile Summus Pontifex poteſt inſtituere religionem pro ſolis virginibus, ſcilicet, quod tantum admitantur qui virgines fuerint, & tunc profecto hæc religio excederet alias in caſtitate.





vtraque pars huius prę ſuppoſiti patet ex ſe, & probatur argumento deſumpto ex ritu Eccleſię, quod fęminas religioſas virgines conſecrat, & tradit velum ſolemniter, & in Breuiario Romano in communi Sanctorum ponitur officium recitandum pro virginibus, diſtinctum ab officio, pro non virginibus, itidem & in Miſſali, declrari poteſt hoc pręſuppoſitum, ex parabola illa decem virginum, quæ omnes erant virgines. Itē ſotię Sanctæ Vrſulæ omnes fuerunt virgines. videatur Azpilcueta Nauarrus lib. 3. conſ. tit. de regularibus conſ. 33. n. 4. fol. 231.

5 Notabile, caſtitas coniugalis proprie, & eſſentialiter eſt caſtitas, probatur, nam caſtitas quæ ſpecialis eſt virtus circa venerea. eſt abſtinentia ab omnibus prauis delectationibus venerorum vt tradit diuus Auguſtinus libro de Decem cordis cap. 3. & diuus Thomas 22. q. 151. articulo primo & ſecundo & queſt. 152. art. ad 5. & ibi Caietanus, & Abulenſis in Matheum capitulo 25. queſtione 86. fol. 16. ad 5. et chatechiſmus Pij 5. in doctrina ſexti pręcepti Paulo poſt principium. Ioannes maior in 4. ſen. queſt. 38. q. 3. et inſtru. conſcientiæ cap. 291. et Viguerius cap. 7. §. 3. verſ. 6. de caſtitate his verbis, caſtitas eſt virtus, et ſpecies temperantiæ, quæ concupiſcentiam moderatur, ne prætereat, ſiue deficiat, neque excedat debitum delectationum vſum circa venerea. hanc diuus Paulus. 2. cor. 6. connumerat alijs virtutibus, et diuiditur in caſtitatem virginalem, vidualem, et matrimonialem. hæc Viguerius.

Abulenſis dicit coniugalis chaſtitas non eſt ſpecialis virtus diſtincta a caſtitate ſimpliciter dicta, neque etiam caſtitas vidualis, caſtitas autem virginalis eſt diſtincta, a caſtitate ſimpliciter dicta; ideo habet ſpeciale nomen virtutis, *& infra*, caſtitas autem coniugalis, non addit ſupra caſtitatem ſimpliciter aliquid, *& infra*, ideo iſta caſtitas nihil adens, non accipit nomen virtutis ſpecialis, ſed vocatur caſtitas. ipſa vero caſtitas vidualis aliquid addit ad caſtitatem, quia non ſolum fugit voluptates illicitas, ſed etiam omnes venereas, ideo habet quandam excellentiam ſpecialem, ſed non peruenit ad di quod ſummum, et perfectum eſt in materia iſta abſtinendi. hæc ex Abulēſi et D. Tho. ſupra ad 5. argumentū dicit, viduitas adit aliquid ſupra caſtitatem communem: non tamen peruenit ad id quod eſt perfectum in materia iſta, ſcilicet ad omnimodā immunitatē venerę voluptatis: ſed ſola virginitas, & ideo ſola virginitas ponitur virtus ſpecialis ſupra caſtitatē. ſicut magnificētia

ſupra liberalitatem, hæc Diuus Tho.

Et Caietanus ibi dicit. Quod omnis cęlibatus, & caſtitas coniugalis ſub vna caſtitatis virtute compręhenduntur. videatur Abbas Panorm in cap. quod ate de clericis coniugatis, vbi ſequitur gloſſam cap. Nicena in quo cap. habetur nuptias eſſe honoribiles, et caſtitatem eſſe, cum propria coniuge concubitum. & gloſſa dicit, caſtitas eſt cognoſcere vxorem propriam. Frater Michael de Medina de ſacro homi. continentia lib 6. cap. 19. & 20. & 21. hęc confirmantur etiam, ex doctrina D. Gregorij Naciaceni in oratione de paupertatę ſeruanda fol. 149. his verbis, pulcra ſunt caſtitas, & virginitas, & hoc tibi perſuadeat Paulus, qui de his legem ſanciuit ac iuſte conubijs & cęlibatui præmia ſtatuit. quin & Ieſus ipſe, ex virgine natus, vt natiuitatem honoraret, prius tamen virginitatem honeſtaret. Hæc ibi. itaque caſtitas virtus ſic ſimpliciter dicta (quæ, & nomen ſumpſit a caſtigādo, quia per eam caſtigamus concupiſcentiam, quodam rationis moderamine, & abſtinetur ab illicitis venereis) continet ſub ſe eſſencialiter caſtitatem cęlibem, & caſtitatem matrimonialem.

6 Notabile. melior eſt caſtitas cęlibum, quam caſtitas nuptiarum: cum hoc ramen ſtat, quod matrimonium, & eius vſus ſancta res eſt et ſi fiat ſecundū inſtitutionē Dei, meritorius eſt, & non deijcit animos perfectorum a virtute, & perfectione: ſed cum ea ſtare poteſt ſimul, exemplum ſit in Abraham, Iſaac, & Iacob, de quibus agit D. Auguſtinus libro de bono coniugali, & D. Tho. lib. 3. contra Gen. cap. 136. & ibi ferrarienſis cap. 137. & D. Tho. 22. queſt. 126. art. 4. ad 2. & ibi Caiet.

7 Notabile. ſalua natura, & eſſentia matrimonij, poſſunt homines eo vti, ſecundum diuerſos modos. vno ſicut communiter fit ab eis qui in domibus proprijs cum vxoribus, & filijs degunt, & ſunt homines ſui iuris, & voluntatis. propria bona habent, & onus familiæ procurandæ prolis, & vxoris ſeu vxorum, quibus iure ſeruitis matrimonij, ſubiacent, ad toties quoties efficaciter, pro ſuo beneplacito.

Alius modus viuendi, & vtēdi matrimonio eſt, ſub certis modificationibus pijs, obligantes ſe ad quædam ieiunia, & preces & ad continentiam quorundam dierum & ad ferendum aliquem habitum ſecretum, vel publicum, quo ſignificentur eſſe illius ſtatus: non tamen faciunt tria vota ſubſtantiali religionis in regula





approbata, a Papa de quo videnda eſt Clementina cum ex eo de ſenten. excomu. adiūcta gloſſa & Clemen. de quibuſdam de relig. Domi. & Nauarrus in Apolog. de Reddi. queſt. 1. mon. 56. n. 5. & 9. & in conſ. lib. 3. de regul. conſi. 12. & D. Tho. 22. q. 186. ar. 4. ad 3. & Arnald. Alber. de hęret. lib. 6. cap. quoniam, & lex ordinamenti lib. 4. tit 4. & ibi Didacus Perez.

Alij homines ſunt qui profeſsionem faciunt viuendi in habitu & conuerſatione religionis, ſine proprio, & in obedientia Prælati caſteq; viuere tali moderamine, quod ad habendam prolem quæ in timore Domini nutriatur, & infirmitatis humanæ remedium ſcilicet ad euitandum præcipicium in continentię ſecundum Dei inſtitutionem, & indulgentiaam Apoſtoli, de liceneiaque ſui Pręti poſſunt habere vxores, & eis vti certis temporibus. quod ſi aliqui coiugati vollunt, hunc ordinem ingredi, licencia expreſſa coniugum ad id prius accedit, & hi ſunt qui Regulam Sancti Iacobi a ſancta Sede Apoſtolica approbatam profitenturque taliter diſpoſita eſt, quod procuratio familię vxoris, & prolis, ipſiuſque fratris ordinem intrantis, incumbit magiſtro, & ordini, ſimulque filiorum educatio, & ſic talis homo, & frater Sancti Iacobi, efficitur miles Chriſti, totuſque ſuus ſtatus eſt in belligerendo, pro defenſione Eccleſię Sanctę Dei, & hęc eſt ſua ſpecialis & vnica intentio, omniumque fratrum, & magiſtri, vt patet ex bulla Alex. 3. qui hunc ordinem confirmauit, & eſt ſupra cap. 4. nu. 1. & 5. &c. et 11. et 15. et 16. &c. et 29. et 34. et § 1. in regula n. 1. et 517. et 11. et 12. 13. 24. 25. 32. &c. et 36. et 41. et 45. et 48. et 50. et num. 21. in quibus docemur inſtitutā eſſe regulam iſtam ad verę & perfectę charitatis complementum, continereque tria vota religionis, cum permiſsione contrahendi matrimonium ſub certis modificationibus. Nota.

8 Notabile in ordinibus militaribus Calatraue & Alcantarę, a ſui principio emiſſa ſunt tria vota obedientię, continentię, & paupertatis, ſeu viuendi ſine pro proprio, ſecundum regulam Ciſtercienſem, et ita ſemper factum eſt, vſque ad annum Domini 1540. in quo Paulus Papa tertio, diſpenſauit cum eis vt loco continentiæ perpetuæ ſeu omnimodæ profiteantur continentiam coniugalem, poſsintque ſuis vxoribus vti, non tamen ſecundum primum, et ſecundum modos viueddi coniugatorum, de quibus pręcedenti notabili 7. diximus, ſed ad inſtar tertii modi, et ſecundum Regulam S. Iacobi, vt patet ex bulla diſpenſationis ſupra §. 50. Nota.

num. 6 eodemq. modo emittuntur prędicta tria vota ſubſtantialia in ordine militari Monteſię quæ ſub regula Ciſtercienſi militat vt patet ex bullis Greg. 13. Sixti 5. ſupra lib. 1. § 51. & 52.

## Formę profitendi horum militum, ſunt tenoris ſequentis.

## Forma profitendi militum S. Iacobi.

Yo N. me ofrezco. y doy a Dios &c. vt ſup. lib. 1. cap. 4. § 46.

## Forma profitendi militum Calatrauæ.

*Conſtit. de Calatraua tit. 6. c. 6. fol. 139.*

Yo. N. hago profeſion a Dios y a bos (ſi fuere Maeſtre.) y ſi otro en ſu lugar, diga al Señor maeſtre, y a bos que ſtays en ſu nombre, y prometo obediencia, y conuertimiento de mis coſtumbres, de bien en mejor, todos los dias de mi vida, haſta la muerte.

## Forma profitendi militum Alcantaræ.

*Diffinitiones de Alcan. tit. c. 5. fol. 129.*

Yo N. Cauallero de la orden de Alcantara, hago profeſsiō a Dios, y al Señor maeſtre, y a bos que eſtays en ſu nombre, y os prometo obediencia, caſtidad conjugal, y conuertimiento de mis coſtumbres, de bien en mejor, por todos los dias de mi vida haſta la muerte, ſegun la regla de S. Benito, y manera de viuir concedida a eſta orden de Alcantara.

## Forma profitendi militum Monteſiæ.

*Diffinitio de Mōteſ. f. 58. c. 37*

Yo. N. hago profeſsion a Dios, y a vueſtra Señoria, y prometo obediencia, y conuertimiento de mis coſtumbres de bien en mejor haſta la muerte, ſegun la regla, ſtatutos, y priuilegios de la ſancta Reg-



Religiō de Monteſa, y milicia de Calatraua de la orden de Ciſtel.

9 Notanda eſt bulla Apoſtolica Summi Pontificis Gregorij Papę 13. quæ incipit. Aſcendente Domino & Saluatore noſtro in Nauiculam &c. conceſſa in fauorem Religionis ſocietatis Ieſu, qua docemur in hac religione eſſe diuerſos religioſorum gradus, votorumque diferentias, nec ſolum conſtare ex nouitijs, & profeſsis, vt cæteri ordines regulares. habet enim hic ordo coadiutores, qui nō formati dicūtur, & hi nouitij per bieniū probātur, quo expleto, paupertatis, caſtitatis, & obediētiæ vota, iuxta conſtitutiones eiuſdē ſocietatis a Sūmo Pont. approbatas emittunt: & ſecundum illas promittunt ſe eandē ſocietatem ingreſuros. Hoc eſt vlteriorē illius aliquem gradum, prout præpoſito videbitur generali. quibus votis emiſsis, nouitij eſſe deſinunt; & in ſocietatis corpus coaptantur, & hi ob iuſtas cauſas retinent ius, atque dominium bonorum ſuorum, ſuſpenſo tamen vſu, prout in eadem bulla fuſius continetur, & taliter quod dum non aſſumuntur ad altiorem in hac religione gradum, interim quantum ad illorum vſum, religioſam paupertatem ſeruant, ſuntque vere & proprie religioſi. Deinde bulla ſic habet, voti ſolemnitas ſola Eccleſię conſtitutione eſt inuenta, triaque huiuſmodi ſocietatis vota tametſi ſimplicia, vt ſubſtantialia religionis vota ab hac ſede fuiſſe ad Miſſa, illaque emittentes, in ſtatu religionis vere conſtitui, quippequi per ea ipſa ſe ſocietati dedicāt, atque actu tradunt ſeque diuino ſeruitio in ea mancipant in quibus votis nullus pręter Romanum Pontificem poteſt manum apponere. *& Paulo infra dicit*, ſtatuimus atque decernimus, tria vota eiuſmodi, & ſi ſimplicia, eſſe vere ſubſtantialia religionis vota, illaque emittentes, vere & proprie religioſos eſſe, & vbique ſemper & ab omnibus cenſeri & nominari debere, non ſecus atque ipſos, tum ſocietatis, tum quorumuis aliorum regularium ordinum profeſſos, & a quorumuis ordinariorum, & delegatorum, ſeu aliorum iudicum iuriſdictione omnino exemptos, prout nos etiam vigore preſentium eximimus. *& infra*, excommunicationis maioris latæ ſententię, & alijs apoſtatarum pœnis, ſi qui a ſocietate deficiant, ſubiacere neq; a quo quā niſi per Summū Pontificē, aut generalē prepoſitum ab eiſdē pœnis abſolui, neq; ante huiuſmodi abſolutionē, & a ſocietate dimiſsionē, matrimonium cōtrahere. quin imo eos omnes ad cōtrahendum inhabiles, ac cōtractus huiuſmodi nullos, & irritos eſſe prout irritos facimus & anullamus &c. Dat. Romæ Anno Domini. M. D. L. XXX IIII. hæc ex iſta bulla

*Greg. Pp. 13.*

O 4 referre

referre mihi viſum eſt, in qua inter alia notetur, quod per iſtam bullam impedimentum matrimonij nouum introductum eſt, vt ex eius verbis patet.

# SOLVTIO ARGVMENTOrum partis contrariæ.

## Primum Argumentum ſumptum, ex modo viuendi Ieſu Chriſti Domini noſtri.

### §. Primus.

1 PErfectio Religionis eſt in imitatione Chriſti, & Chriſtus in hoc mundo, fuit caſtus, ſeu continens, pauper, & obediens. ergo vt quis ſit vere religioſus, debet eſſe continẽs pauper & obediens: ſed milites S. Iacobi non ſunt continentes, quia ducunt vxores, ergo non ſunt vere religioſi. primę duę propoſitiones, ſunt certę, & probo eas, nam Omnipotens, & miſericors Deus, qui prædixerat daturum ſe doctorem iuſtitiæ nouiſsime loquutus eſt nobis in filio, ad Hebr. 1. & Pater æternus voce delapſa iuſsit, vt eum omnes audirent Math. 17. & D. Ioan. in Euangelio dicit, plenum gratiæ, & veritatis. D. Paul. Coloſenſ. 2. in Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ. cognoſcebatque Dei Patris æterni voluntatem, & eum ſumma charitate diligebat, & ita non potuit non inſtituere vitam irreprehenſibilem, & honeſtiſsimam, operatus que fuit ſemper quod gratius erat Deo. & vim huius argumenti declaro, & confirmo ex doctrina Doctoris S. Bonauenturæ in 4. ſenten. diſtin. 38 ad finem dicentis, quod perfectio religioſa conſiſtit in aſsimilatione ad Chriſtum, & quod nullo modo tantum homo aſsimilatur Chriſto, ſicut in his tribus votis, quę in religione emittuntur, & in quibus votis, ipſa religio ſubſtantialiter conſiſtit, vt etiã affirmat D. Thom. 22. q. 186. art. 7. patet ergo iſtos milites non eſſe vere religioſos.

2 Reſpondeo concedendo Chriſtum Dominũ eſſe continentem, & Virginem, & pauperem, ſummeq. obedientẽ, & quod perfectio religionis conſiſtit in eius imitatione, ſed quod dicimus eſt, (& ita reſpondetur argumento) quod non eſt neceſſarium vt quis ſit vere religiſus, quod Chriſto aſsimiletur in omnibus, & per omnia, & probo,



probo, quia iam pauci eſſent religioſi, quia non omnes virgines ſunt, nec omnes proprium ſanguinem fundunt, nec omnes religiones eundem rigorem, & perfectionem ſeruant, vt patet ex dictis capite 2. notabili 1. & 4. & 9. & ſatis eſt, vt iſti milites ſint vere religioſi, quod profiteantur has tres virtutes ſecundum quod Chriſti Vicarius eis determinauit, qui et per reſpectum ad Chriſti vitam, regulam S. Iacobi compoſuit.

3 Vnde & ex hoc argumento potius ſumitur ratio, ad probãdum noſtrum intentum: nam cum perfectio conſiſtat in aſsimilatione ad Chriſtum, conſiderandum eſt in qua harum virtutum magis præcelluit Chriſtus, & ex hac virtute, maxime ſumenda eſt aſsimilatio ad Chriſtum Dominum: hæc autem fuit obedientia, nã prima, & præcipua exempla vitæ ſuæ, in virtute obedientiæ conſtituit, quam habuit vſq. ad mortem Crucis.

Et 1. reg. 15. dicitur, melior eſt obedientia, quam victima, quo in loco D. Gregorius docet † Longe altioris meriti eſſe propriam voluntatem, alienę ſemper voluntati ſubijcere quam magnis ieiuniis corpus atterere, & quod hoc excellit abſtinentes, & flentes. † quę omnia conſiderantur, & docentur appoſitiſsime in regula S. Iacobi. cap. 9. vt eſt videre ſupra lib. 1. c. 4. §. 1. n. 25. & n. 28. itaq. obedientię virtus, magni momenti eſt, & per eius votum iſta religio militaris S. Iacobi excedit plurimas alias ſupletq. (ſufficienter vt ſit religio) per duriſsimum inſtitutũ moriendi pro Chriſto, quod habet laxitatis in caſtitate coniugali, & ita patet ſolutio argumenti.

4 Doctrina vero doctorum S. Bonauenturę, et S. Thomę non facit contra, quia reſpondetur, intelligendam eſſe quod fiant tria vota, non tamen in toto rigore: nec eſſe neceſſarium fiat ſecũdum ea, aſsimilatio Chriſto Domino ita perfecte, et ſtricte. nam in his votis non eſt eſſentialiter, principaliter perfectio, vt dictum eſt ſupra notabili 1. ſed vt in inſtrumẽtis, et ita poſſunt ſumi iſta tria vota ſecundum magis, et minus, ſumunturq. in religionibus Nota.

5 Quod vero Alexad. Papa tertius regulam S. Iacobi ordinauerit, per reſpectum ad vitam Chriſti, patet expreſſe, ex regula, et bulla: regula ſupra cap. 4. §. 1. n. 21. ibi in obedientia vero conſeruanda, illius gratiam credunt promereri, qui fuit obediens Patri vſque ad mortem, etc. viuendo autem ſine proprio, illi aſsimiliari nituntur qui cum omnia poſsideret, vbi caput reclinaret ſe non habuiſſe teſtatus eſt, et in bulla ſupra cap. 4. n. 5. etc. ibi nobiles quidam viri etc.

&c. ad exemplum Domin noſtri Ieſu Chriſti, &c. In habitu, & conuerſatione religionis &c. quæ ſequūtur. Quę myſterioſū ſunt, & valde, & cū humilitate notāda. Notadumq. quod in hac bulla, Chriſti Vicarius non propoſuit expreſſe ieiunium, deſertū, ſolitudinēq. Chriſti, quæ monachali potuis conueniunt religioni, quam militari: & hic de militari agitur.

6 Concludo, quod in approbatione religionum, non oportere ſapere pluſquā oportet, ſed ad ſobrietatē, ſtandūq. eſſe doctrinę Sūmi Pontificis, aduertendūq. quod Chriſtus Dominus eſt caput Eccleſiæ, & per quandā excellentiā fuit religioſus, omneſq. religiones per eminentiā in ſe continet, neq. eſt neceſſe quod aſsimilatio, ſeu imitatio ad eum; ſit per ęqualitatē, nec vt fiat cum ſummo rigore, ſed per aſsimilationē (vt dico) quā Sum. Pont. atenta noſtra fragilitate, & alijs circunſtantijs, iudicauerit.

7 Vnde velle omnes religiones metiri eadē regula, & ſtatutis error eſt, vt patet ex ſupradictis: & ſignanter ex bulla Gregorij 13. conceſſa ſocietati Ieſu, in medio bullæ. de qua fit mentio hoc capite 2. in principio, notab. 9.

## Soluitur ſecundum argumentum, deſumptum. Ex Epiſt. D. Paul. 1. ad Corinthios. 7.

## §. Secundus.

DIVVS Paul. 1. ad Corinth. 7. docet, qui ſine vxore eſt, ſolicitus, eſt quæ domini ſunt quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore, eſt ſolicitus eſt quæ ſunt mundi quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt, & gloſa dicit, quod partim Deo ſeruit, et partim mundo, & Nicolaus de Lyra exponit, quod ſolicitus eſt ad prouidendū neceſſaria ſibi, & familię, & vxori, & etiā propter reditionem debiti, et diuiſſus eſt, partim ſeruiens mundo, et partim Deo, quantum cunque bene viuat in matrimonio. At vero religioſus, non diuiſus, ſed totus debet eſſe intentus ad Deum et ſolicitus de bonis ſpiritualibus, et ęternis. ad id enim habet aptitudinem, ratione ſui ſtatus, et D. Thom. in opuſculo 18. c. 8. dicit. quoſt Apoſtolus hanc cauſam aſsignat ſui conſilij. 1. Corit. 7. ſcilicet implicatio, per curas ſeculares, qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore eſt



eſt ſolicitus eſt etc. et concordat Caietanus ibi. ſed iſti milites S. Iacobi cum vxoribus ſunt, & ſoliciti debent eſſe mundi. ergo non poſſunt eſſe vere religioſi.

2 Confirmo, ev eadem epiſtola D. Paul. dicentis † vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier, † ergo impoſsibile eſt quod iſte miles ſe tradat totaliter Deo, & Magiſtro, & ordini ſe mancipet, nec poteſt Magiſtrum ſequi libere, & quando, & quomodo Magiſtro viſum fuerit, & expedit religioni.

3 Reſpondeo. admitto, & veneror literam D. Pauli, et etiā quæ pro ſua explicatione allegata ſunt concedo, et nego conſequentiā, & ſimiliter minorem propoſitionem, in eo quod dicitur, iſtos milites ſolicitos eſſe mundi. contrarium enim patet, ex ſupradictis hoc 2. lib. cap. 1. §. 4. & §. 6. & 7. & cap. 2. notabili. 7. n. 7. ex quibus conſtat hos fratres milites, per ſuſceptionē ordinis reliquiſſe ſeculum, neque poſſe ad id reuerti ſine crimine apoſtaſiæ. tranſierunt enim de uita ſeculari, in regularem, & totus ſuus ſtatus viuendi, & conuerſandi, eſt in belligerendo pro Eccleſia ſancta Dei. & hæc eſt ſpetialis, & vnica intentio vnius cuiuſque fratris militis, & omnium fratrum militum, hocque omnes ſolemniter profeſsi ſunt, domino in quam militare. cui ſe, ſuaque bona obtulerunt propria deuotione, & de licentia ſuarum vxorum, & in habitu regulari, vt ad id magis eſſe deuinctos, & paratos oſtendant, hoc que ſecund regulam approbatam a Summo Pontifice, in cuius confirmationis bulla, expræſſe dicit. In habitu & conuerſatione religionis, ſub vnius Magiſtri obedintia ſtatuerunt commorari, & non ſolum poſſeſsiones terrenas, ſed & corpora ſua in extrema quæque dare pericula, pro domino decreuerunt, vt ſupra cap. 4. num. 5. & infra n. 14. cū vnica vobis intentio; & ſingularis cura ſemper immineat, pro defenſione
Chriſtiani nominis decertare, nec ſolum res, ſed perſonas ipſas pro 4
tuitione fratrum incunctanter exponere, et in regula ſupra cap. 4. §. 1. numero. 48. vniuerſorum ſpecialis, et vnica intentio ſit Eccleſiam Dei pro viribus defendere, pro exaltatione nominis Chriſti animas ponere. pondera verba, ſpecialis, et vnica intentio ſit, Eccleſiam Dei pro uiribus defendere, et animas ponere: non pro mundo: ſed pro Chiſto, et hæc cura ſemper immineat, et incunctanter
res, et perſonas exponere, pro fratribus et Vrbanus 4. ſcpra §. 24. Notá.
ſunt mācipati ſupernæ maieſtatis obſequijs, & Iulius Papa 2. Eccleſia aſſumpſit hos fratres S. Iacobi, in milites, et athletas fortes ad ſui defenſionem ſupra cap 4. §. 34. n. 1.

Et

ii

5 Et ex his ſequitur, et patet habere vxores (et per hoc euacuatur vis argumenti in minori propoſitione) tanquam ſi non haberent quia ſua principalis intentio, eſt militare Deo, et agere cauſas eius, et ſic ſolemni profeſsione tenentur: vxorem autem tanquam ex quodam mentis latere reſpiciunt, tranſitoria eſſe cuncta conſpicientes, et eis tanquam rebus neceſſarijs vtuntur, et nihil habere cum peccato cupiunt, taliterque placent coniugibus, quod non diſplicent creatori, nam vt regula eorum docet. † Primum Deo placere ſatagunt, deinde hominibus propter Deum † ipſaſq. vxores duxerũt de licẽtia Magiſtri, & cũ eis ſunt, non quomodo ſunt homines ſui iuris, & liberi: ſed vt homines ſub alieno dominio ſcilicet Magiſtri per profeſsionẽ ſolẽnẽ cõſtituti, cum quo & ordine vnũ faciunt corpus religionis, & corvnum, & animam vnam, & ita quotieſcunque cum vxoribus habitant, aut ſunt, eſt quaſi non eſſent. & ratio eſt quia ſemper ſunt dependentes ex volnntate, & obedientia magiſtri, ſub obſeruantia regulari conſtituti: neque habent velle, neque nolle: ſunt enim extra ſepoſsiti in manu magiſtri: et ipſo vocante, neque poſſunt allegare vxores duxiſſe: neque ipſas habere maritos.

6 Videatur bulla ſupra capite 4. n. 11. ibi. Tu Petre Ferdinandi ſuper alios prouidentiam ſuſcepiſti. & infra. n. 29. Clerici filios fratrum, qui eis a Magiſtro comiſsi fuerint, inſtruant ſcientia literarum, ex quibus locis et ex regula ſupra §. 1. num. 24. et 32. et 41. patet quod non eis incumbit (vt argumentum intendit) cura familiæ, et eſt ratio euidens, quia non habent proprium, nec ſunt ſui iuris, et vbicunque ſunt, ſiue in conuentu, ſiue in domibus, regulariter viuere tenentur. regula ſupra num. 36. *Nota.*

7 Ex his etiam probatur quod iſti fratres, ſeu frater non eſt diuiſus, vt argumentum prætendit, quia de licentia vxoris, eſt totaliter traditus Deo, et Magiſtro, et ordini. vnde dicitur in regula ſupra num. 41. obedientes ſint Magiſtro, in omnibus et per omnia. quẽ Magiſtrum (de licentia vxoris,) ad ſalutem animarum ſuarum, et defenſionem fidei (vice Dei) poſuerunt ſupra caput ſuum. dicitur etiã in bulla confirmationis, quod communem vitam profitentur, ergo non diuiſibilem. et iure quidem optimo, quia vt eſt dictum non habent proprium, & licet ſint coniugati, non tamen militant ſecundum leges matrimonij, quę implicationionem, ſolicitudinemq. ſęcularem cauſent: ſed militant ſecũdum regulam religionis S. Iacobi, ſub regula S. auguſtini.

Et



Et fratres milites Calatrauæ, Alcantarę, et Monteſiæ vouentes caſtitatem coniugalem, profitentur ſimiliter vnam vitam communẽ vnumque cum cæteris fratribus faciunt corpus religionis. Vt docent Summi Pontifices Paulus Papa 3. & Gregorius 13. & Sixtus 5. ſupra lib. 1. c. 4. §. 50. & 51. n. 2. & § 52. num. 6. ibi. †. In numerũ, & conſortium fratrum militum de Monteſia, recipi & admiti, & in ea militia ſic coniugati per manere. & magis eſt explicatum cap. 1. prob. 11. & 12.

Et hæc omnia etiam verificantur in fratre milite qui poſt profeſsionem ordinis, ducit vxorem. & ratio eſt clara, qnia de licentia Magiſtri, & ſecundum eaſdem leges, & regulam D. Iacobi, eam ducit, & vt vnico verbo dicamus mulier contraxit matrimonium, cum homine, non libero: ſed totaliter mancipato Deo, & ordini.

9 Sed et ſequentia verba, D. Pauli in argumento allegata. † Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini ſunt vt ſit Sancta, & corpore & ſpiritu. quæ autem nupta eſt cogitat quæ ſunt mundi quomodo placeat viro † non faciunt contra, nam iſti fratres cogitãt quæ Domini ſunt, vt euidenter patet ex dictis, & etiam ſapientiſſime ſignificat regula, ſupra num. 29. Maiorem dilectionem nemo habet, quam vt animam ſuã, ponat quis pro amicis ſuis. multo plus eſt, & difficilius perſonam magnis, & in enarrabilibus exponere periculis, pro ſuis proximis, quam in domo otij, & tranquilitatis corpus multa maceratione affligere. & n. 22. dicitur ꝙ iſti fratres Deũ, tota mẽte, & totis viribus, & proximum ſicut ſe ipſos diligere comprobantur, & Vrbanus Papa 4. in bulla ſupra §. 23. num. 1. & 2. Domino famulari. & Clemens Papa 7. ſupra §. 35. num. 3. ibi. Domino militantium.

Hęc etiam probantur ex interpretatione gloſſarum huius literę D. Pauli. † Mulier innupta, &c. † gloſa exponit ſic. hęc enim de damnatione non timens, & de ſalute ſecura; cogitat tantum quæ Domini ſunt. & gloſſa interlinialis exponit ſimiliter, vidua, & virgo iam non cogitat, ne damnetur a Deo: quod eſt timor, cuſtos malorum. Regula autem ſancti Iacobi dicit hæc tria vota caſtitatis coniugalis, obedientiæ, & viuendi ſine proprio: ad veræ, & perfectæ charitatis complementum ſunt inſtituta. cum enim perfecta charitas omnem abijciat timorem, &c. vt ſupra libro 1. cap. 4. § numero 21. Vide gloſam in hunc locum Epiſtolæ 1. Diui Ioannis

nis capitulo quarto.
10 Illud etiã quod dicitur † Vt ſit ſancta corpore & ſpiritu,&c.†
non ſic accipiendum eſt, vt D. Paulus doceat, corpora coniugato-
rum non eſſe ſancta: nam veritas eſt, quod ſunt ſancta, ſed innup-
torum ſanctiora: quia copula coniugalis ſancta res eſt, & eam ab
omni crimine defendit D. Paulus. ibi, ſi virgo nupſerit non peccat.
& Paulo ante dicit. Sanctificatus eſt enim vir infidelis, per mulie-
rem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis, per virum fidelem.
& ad finem epiſtolæ beatior autem &c. & 1. ad Thimoteũ 2. Salua
bitur mulier per filiorum generationem. Explicat D. Tho. quod
iſta particula, per dicit augmentationem ſalutis, quaſi per filiorum
generationem ad cultum Dei, magis ſaluabitur, quod eſt valde no
tandum, vt intelligamus copulam coniugalem meritoriam eſſe. li-
cet habeat in ſe voluptatem, vt etiã adnotat frater Philipus Diaz
tom. 2. concionum, Dominica 2. poſt Epiphaniam concio. 2. fol.
650. eſt que copula cõiugalis, actus virtutis religionis ſi fiat vt pro
les ſeruiat Deo, Diuus Thom. 1. ad Cor. 7. lect. 1.

D. Auguſtinus tomo 6. de bono coniugali, cap. 11. exponit lite
ram præfatam diui Pauli (quæ inupta eſt, &c.) Non ſic accipiendũ
eſt: vt putemus, non eſſe ſanctam corpore Chriſtianam coniugem
caſtam, omnibus quippe fidelibus dictum eſt, neſcitis quoniam cor
pora veſtra tẽplum in vobis eſt Spiritus ſancti, quẽ habetis a Deo,
ſancta ſunt etiam corpora coniugatorum fidem ſibi, & domino
ſeruantium, *Et infra*. Sanctificatus eſt enim vir infidelis in vxo-
re fideli &c. proinde, illud dictum eſt, ſecundum ampliorem ſancti-
tatem in nuptarum, quam nuptarum. hæc ex D. Auguſt.
11 Et vt ſæpe dixi, tria vota caſtitatis &c. in religione ſumuntur,
vt inſtrumenta, in quibus non conſiſtit principaliter perfectio,
ſed vt inſtrumentis, quod etiam ex inde magis declaro, quia virgo
maiorem ſanctitatem habet, quam cælebs, & ab Eccleſia diuerſo
offitio celebratur. vt patet ex notabili. 4. & tamen cælebs non de-
ſinit eſſe ſancta, quia virgo non ſit.
12 Profecto probatur eſſe ſancta corpora iſtorum fratrum mi-
litum, ex eo quod per profeſsionem ſolemnem dicantur Deo,
eademque benedictione, quæ ſuper cælibes datur, benedicun-
tur. & hęc adeo vera ſunt: quod ſiquis frater accedat ad non ſuã:
ſacrilegium committit & etiam ipſa. de quo infra, in ſolutione 23.
argumenti, item ſiquis iniurioſe tetigerit corpus huius militis, ſa-
crilegium committit, vnde & gaudent priuilegio. cap. ſiquis ſua-
dente



dente Clericis concesſo.
13 Ad confirmationem argumenti dicentem. Vir poteſtatem
corporis ſui non habet, ſed mulier. Iam patet ſolutio quia mu-
lier ſufficienter ceſsit iuri ſuo, & de eius licentia, ſub dominio
Magiſtri (vicedei) conſtitutus eſt vir eius, imperpetuum: maio-
remque dominium & ius habet Magiſter in eum, ratione voti ſo-
lemnis, quam dominus in ſeruum. Cuius vi voti, poteſt diſponere
de perſona, & bonis talis fratris: & mittere quo voluerit: etiam ad
regiones longinquas, vſque ad mortem. imo ſine licentia Magiſtri,
tranſire non poteſt ad alium ordinem. ſic etiam nec poteſt viuere,
& eſſe cum aliquo Epiſcopo, aut Principe, aut aliquo alio domino,
ſine licentia Magiſtri, vt aduertitur in ſtabilimentis huius ordinis.
titulo, 8. c. 5. & 4.

Patet ergo literam Diui Pauli non eſſe contra hos fratres mi- Nota.
lites. imo profecto, intellecta omnium ſuarum Epiſtolarum doctri
na: facit pro his fratribus. ſic enim Summ. Pontifex docet nos, in
regula, Cardinalem Albertum approbaſſe cum exemplis, & aucto-
ritatibus Apoſtoli Pauli, & plurimorum ſanctorum Patrum, eſſe
ſanctum ordinem & approbatione dignum. Taceant ergo petulan
tia ingenia. & argumenta relinquant.
14 Certum enim eſt. quod ſecundum hanc regulam, & bullam Nota.
Apoſtolicam: & non ſecundum exteras, & peregrinas relatio-
nes: decidenda eſt lis hæc, & determinanda. Et ita concludo, quod
habere vxores ſecundum hanc regulam Diui Iacobi, non po-
teſt talem diuiſionem cauſare, religionis impeditibam. quia vt
dixi, in victu, & veſtitu, & modo viuendi, & in omnibus actio-
nibus, & rebus, hi fratres totaliter dependent a Magiſtro, & or-
dine.
15 Quod ſi placet candide lector hic amplius immoremur: aſ-
feramus exemplum, ex doctrina eiuſdem Apoſtoli. prima ad
Thimoteum tertio, in qua dicit. † Neophitus nõ aſſumatur ad Epiſ
copatum. † iam ex hoc non licet inferre quod nullus Neophitus
in Epiſcopum aſſumatur. vide quod ſequitur in litera Diui
Pauli. † Ne in ſuperbiam elatus in iuditium incidat diabo-
li. † ecce cauſam, ne ſuperbiat, putans quod religio Chriſtia-
na, illo indigeat. Itaque Diuus Paulus loquitur de Neophi-
tis, qui non ſolum ſunt Neophiti ætate, ſed etiam perfectione:
vt explicat Diuus Thomas hoc loco, ex quo ſequitur, quod ſi
ſit humilis, & moribus, & integra euangelicæ legis inſtitutione
preditus, aliiſque ſe conformare valens: iam poterit in Sacerdo-
tem

tem; et Epiſcopum aſſumi. vt inter alios. explicant Couarru. in Clementina, ſi furioſus part. 1. §. 2. num. 7. et Nauar. cap. 27. num. 205. Maiolus lib. 1. cap. 32. et ratio eſt quia ceſſat cauſa inhabilitatis; textus diſt. 61. cap Neophitus. et iure optimo, quia quo ad iſtũ effectum, iſte homo, non eſt Neophitus, ſed veteranus miles Chriſtianæ religionis. et in Chriſtiana religione, et diſciplina, neophitus non eſt, nec ſic appellandus. facit etiam textus in cap. ſtatuimus eadem. diſtinctione 61. quod laici prohibentur eligi in Epiſcopatum: ceſſantibus autem cauſis prohibitionis, ceſſat ipſa conſtitutio, vt ſi laicus merito ſuę perfectionis, Clericalem vitam tranſcendit: eius electio poteſt rata haberi.

16 Sic de iſto fratre milite, & militibus proportionabiliter dicendum eſt. quia quo ad hunc effectum religionis, ceſſat cauſa impedimentorum, quæ D. Paulus optime adducit cõtra coniuges, qui ſui iuris ſunt, non autem loquitur de his fratribus qui totaliter pendẽt a Magiſtro, cum quo et ordine faciunt animam vnam, ad militandum pro Eccleſia Dei. expoſiti diuerſis martyrijs, & in quibus amor Dei tranſcendit dilectionem coniugum, & habent eas, quaſi non habentes. ſuntque in ſtatu qui facultatem præbet eis tendendi ad perfectionem, & licet non ita expedite, ac ſi eſſent cęlibes, tamẽ ſufficienter facultatem ad id præbet, imo obligat, & inducit: tenentur enim, vt veri religioſi tendere ad perfectionem, vt ſępe dictũ eſt & probatum 11. & 12. probatione, & qui hoc negauerit, falſum dicet. & ſcandalum ponet agilitati eorum. et ve illi, qui & etiam ſic contradicit bullis Apoſtolicis, vt eſt illa Sixti Papæ 5. ſupra lib. 1. cap. 4. §. 52. num. 6. ibi. † Militiam de Monteſia ingredi, & coniugalẽ caſtitatem iuxta ſtatuta militiæ S. Iacobi, &c. & in numerum, & conſortium fratrum militum de Monteſia recipi, & admitti, et in ea militia ſic coniugati permanere. Nota.

Videre poterit doctus lector. D. Auguſtinum tom. 10. ſuorum operum, ſermone 39. de vita ſolitaria, vbi repręſentat quatuor hominis poſitiones, acubitus, ſeſio, ſtatio, et deambulatio. et ad hunc modum quatuor eſſe hominum gradus, in Eccleſia Dei. Et profecto videtur quod magna pars regulæ Sancti Iacobi, et bullæ confirmationis eius ſit deſumpta ex hac litera D. Auguſt. et ex ea probatur eſſe veros religioſos, ſunt enim de ſtantibus, et ambulantibus, et tranſeuntibus, ponte, aquã, maris, quia in conuerſatione religionis, et habitu regulari, ſub obedientia militant, glorianteſ certatim portare iugum Dei; et adiuuant cæteros nauigantes. et etiam





tranſeuntes per pontem. defendunt enim ex officio, & profeſsione Eccleſiam ab incurſibus infidelium, vnde & bulla confirmationis ſtatim in principio mentionem facit de gradibus Eccleſiæ, & quod in ea Deus pro patribus facit filios exurgere. quæ ſunt valde notanda. vnde & concludo.

Hos fratres S. Iacobi, milites eſſe Chriſti, & Eccleſiæ deuinctos profeſsione ſolemni. & hoc ſat eſt pro ſolutione huius argum. & omniũ argumẽtorum.

## Soluitur tertium Argumentum, quod ſit de iure diuino conſilium de continentia omnimoda,

## § Tertius

TRIA eſſe conſilia diuina, annexaque ſtatui religioſo paupertatis ſcilicet, continentiæ, & obediẽtiæ, certum eſt. 1
& probo Math. 19. ſi uis perfectus eſſe, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & ſequere me, & in eodem c. ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, qui poteſt capere, capiat, & ibidem. *infra*, D. Petrus dixit. ecce nos reliquimus omnia: & ſecuti ſumus te, &c & Dominus reſpondit, omnis qui reliquerit domum, &c. aut vxorem, &c. & D. Paul. 1. ad Corinth. 7. de virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tanquã miſericordiam cõſequtus a Domino, vt ſim fidelis, & *infra*, beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium; puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam. De obedientia etiam, & alijs duobus votis, dicitur Math. 16. ſi quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me. Vbi tria dicuntur, ſignificantia tria vota, abneget ſemetipſum, ecce obediẽtiã, tollat Crucem ſuam, ecce caſtitatẽ, & ſequatur me, ecce paupertatẽ, quia expedite aliũ ſequi non poſſumus abſque eo quod non relinquamus omnia, quæ impediũt nos alterum ſequi, vt tradidit Arnaldus Albertinus de hæreticis. queſt, 12. cap. quoniam, num. 14. col. 138. ex quo ſic argumentor,

qui eſt vxoratus, non reliquit omnia, imo neque ſeculum, neque poteſt ſequi expedite Chriſtum, prælatumq; ſuum, ſicut ille, qui eſt vere religioſus: ergo fratres iſti non poſſunt eſſe religioſi, quia nodo matrimonij ſunt ligati.

2 Reſpondeo concedendo maiorem propoſitionem ſeu aſſumptum illud, ſcilicet conſilia tria ſupradicta eſſe de ſubſtantia, ſeu eſſentia religionis. quod dico eſt, determinationem iſtius ſubſtantiæ non eſſe taxatam, ſeu declaratam in Euangelio ad certam, & determinatam regulam religionis: ſed ad Summum Pontificem pertinere determinationem iſtam, & ipſe eſt, qui approbauit, et confirmauit omnes regulas religionis, quæ hodie ſunt in Eccleſia Dei, omneſq; iſte religiones, ſuos habent inſtitutores: vt ſunt Antonius, Baſilius Benedictus Auguſtinus Dominicus Franciſcus, et ante eos, primituſq; Apoſtoli fuerũt autores religionum, vitam enim religioſam inſtituerunt, vbi eſſent omnia communia &c. patet ex actis Apoſtolorum cap. 4. quod ea ratio viuendi non fuerit omnium Chriſtianorum, ſed eorum tantum, qui volebant perfectius viuere. probatur ex cap. 5. actorum, vbi cum Ananias fraudaſſet de pretio agri et decipere voluiſſet Apoſtolos, audiuit a S. Petro, non ne manens tibi manebat, et venundatum in tua erat poteſtate? &c. non eſt mentitus hominibus, ſed Deo. et in eodem cap. fraudauit de pretio agri. ſic D. Gregorius lib. 1. Epiſt. 33. ad venantium dicit Ananiam vouiſſe: et quod cõmiſsit peccatũ ſacrilegij. facit D. Chryſoſtomus hom. 12. in actibus Apoſtolorum. et S. Auguſtinus ſermone 27. de verbis Apoſtoli, quos refert, et ſequitur Bellarminus lib. 2. de monachis. cap. 20. & 5. fol. 1167. Et reſoluendo iſta dico, quod omnes religiones habent approbationem, et ſubſtantiam a Papa, inſtitutio enim religionis in communi, eſt de iure diuino, ſed ad Papam pertinet inſtituere hanc, vel illam religionem, applicando iſta tria vota ſecundum maiorem, vel minorem rigorem, ſeu perfectionem: pro qualitate temporum perſonarum, & inſtituti: ſicut poteſt inſtituere formam, ſine qua non valeat excommunicatio, poteſtq; temperare ſeu augere excommunicationis effectũ. Et quod ad Papam pertineat inſtitutio cuiuſlibet religionis, patet euidenter, quia ad eam requiritur iuris dictio in prælato, & hec a Papa procedit, & hoc bene nota, vt et dixi probatione 12. & ſæpe quod Papa Modificat votum obedientiæ, & taxat ſecundum regulam; vt

Nota.

3 quidam religioſus non teneatur, (etiam iubente Prælato) ire ad

indos



indos, vel ad redimendos captiuos, & verum eſt quod omnes religioſiſe, per per obedientiam ab negant, non tamen eodem ſeu qua li obedientiæ rigore. ſimiliter omnes religioſi profitentur paupertatẽ religioſam, non tamen omnes eodem rigore: nam quidam habẽt dominium bonorum in communi, quidam etiam in particulari, ſub certa forma, & modificatione, vt oſtendi in principio huius capitis 2. notabili. 1. & 9. ergo etiam poterit eſſe modificatio in vouenda caſtitate, ſi tollantur a matrimonio impedimenta diuini amoris. nam ex parte caſtitatis ſufficiens materia manet, quia caſtitas coniugalis eſſentialiter caſtitas eſt, item quia ratio, & cauſa huius modificationis, ſeu moderationis, ſummi poteſt (& ita adducitur ab Alexandro Papa 3. in Bulla confirmtaionis huius ordinis) ad habendos filios, ſecundum Dei inſtitutionem, cauendumq; a fornicatione: ſiquidem talis tentatio eſt periculoſiſsima & quotidiana.

4 Confirmatur etiam ex verbis allegatis Sancti Euangelij, nam vt optime adnotat Abulenſis in hoc cap. 19. Math. q. 146. & q. 147. maiorem difficultatem Chriſtus eſſe putauit, in abſtinentia ab omnibus venereis, quam in abrenuntiatione bonorum, nam de ab renũtiando bonis, Chriſtus non poſſuit difficultatem oſtendendo per aliqua verba quod eſſet iſtud difficile, & tamẽ de abſtinendo ab omnibus venereis, oſtẽdit quod eſſet magna difficultas, ibi, non omnes hoc capiunt &c. hec ex Abulenſi. Conſiderandum eſt etiam, quod hæc religio, eſt militatis: & non monachalis, & quod ſufficienter domat carnem per exercitia Belli, & alias obſeruantias regulares. videatur Abulenſis in iſta q. 346. cuius titulus eſt, quare Chriſtus dixit iuueni, vade, & vende omnia quæ habes: potius quam aliquid aliud? Et in ſequenti. 147. cuius titulus eſt, quare Chriſtus non dixit, quod qui vellent eſſe perfecti abſtinerent penitus a venereis? quibus locis vir iſte ſanctæ memoriæ, plurima docet quæ applicari poſſunt in fauorem huius ordinis Sancti Iacobi. Abulẽſis.

Videri etiam poterit Fr. Michael de Medina de ſacro homi. continentia lib. 5. cap. 26. folio 442. colum. 2. vbi cõmendans votũ paupertatis, loquens que in fauorem harum militiarum in explicatione cap. Mathei 19. ſic docet. Chriſtus nõ dixit cõiuges difficile intrare in regnũ Cælorũ, ſed diuitẽ, *& infra*, viri deniq; Apoſtolici Chriſtianæ religionis initio, cũ vxorũ comertia reliqui: Chriſtianis nõ interdiceret, vitæ tamẽ communitatẽ coluerunt, adeo vt Medina.

nemo, ſuum quicquam eſſe diceret, ſed erant illis omnia, communia, ad quod tamen vitæ chriſtianæ principium, omnes quantumcunque perfectæ religiones affirmari ſolent. Imo fuiſſe illic aliquod genus profeſsionis, aut proteſtationis, quod nihil ſibi reſeruarent: Ananiæ, & Saphiræ punitio teſtatur. cur, inquit Petrus, tentauit Sathanas cor tuum mentiri Spiritui Sancto, & fraudare de prætio agri?

5 Ex quibus patet, non diſſonare cum Euangelio, in hac religione matrimonium eſſe, ſecundũ quod ſapientiſsime diſpoſuit Chriſti Domini Vicarius, in regula diui Iacobi: eſt enim quaſi vxorem non habere, vt argumento præcedenti explicaui, manetq; vſus matrimonij ſecundum Dei inſtitutionem, & non mundi.

6 Sed adhuc inſtas, quia Apoſtoli reliquerunt omnia, in quo etiam intelligitur reliquiſſe vxores, licet enim qui erant coniugati, eas non repudiauerint, tamen ex conſenſu abſtinuiſſe, habuiſſeque eas vt ſorores: & ab Apoſtolorum exemplo cæperunt religiones. ergo non poterit eſſe religioſus habens vxorem, & ea vtẽs, quia in hoc non imitatur Apoſtolos.

7 Reſpondeo concedendo antecedens, & negando conſequentiam. in ſtatu enim religioſo eſt latitudo, & plures regulæ vna ſtrictior alia, vna perfectior alia. oportuit quidem Eccleſię, fundamenta religionum que exemplaria ſic facere, ſed quod dicimus eſt, quod vt quis ſit religioſus, non eſt neceſſe imitari Apoſtolos in omni perfectione, & æquali rigore. Alias multi religioſi nõ eſſent. & patet in alijs duobus votis, paupertatis videlicet, & obediẽtiæ. Apoſtoli.n. nõ habuerũt propriũ in particulari, at vero poteſt quis eſſe religioſus cũ proprio certo modo, vt iã eſt dictũ. ſed neq; oẽs tenẽtur ad lõgas miſsiones, & ire ad prędicãdũ inter infideles.

Imo profecto, retorqueri poteſt argumentum, contra arguentem: & in fauorem horum militum, nam inter hæc tria vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, eſſentialior eſt obedientia: & in hac, & in duriſsimo inſtituto moriendi pro Chriſto, magis aſsimilantur Apoſtolis, quam aliqui religioſi, ex vi enim regulæ S. Iacobi expoſiti ſunt diuerſis periculis, & martyrijs, vt etiam dixi §. 1. in ſolutione ad primum, agens de imitatione Chriſti. & qualiter recompenſant laxitatem caſtitatis, & hæc optime docet regula ſupra libro 1. capit. 4. §. 1. numero. 21. & 22. & etiam aduerti capite 2. in principio. notab. 7. quod vnicunque fratri militi dum imponitur habitus, dicitur implicite, quod Dominus Petro, alius te cinget





& ducet quo non uis. Ioannis. 21. de quo videndus eſt D. Auguſtinus tractatu 5. circa finem in epiſt. D. Ioann. cap. 3. faciunt etiam ſatis fauorabiliter verba illa bullæ confirmationis huius ordinis. ſupra cap. 4. num. 2. Deus Eccleſiam ſuam noua ſemper prole fecundat, & ſicut pro patribus filios in ea facit exurgere, &c. Et iſti fratres milites relinquunt omnia ſufficienter: vt ſint vere Religioſi. 8

Nam quod attinet ad vxores in quo conſiſtit tota difficultas huius rei, eas relinquunt vſque ad mortem, non ſolum in animi præparatione, ſed etiam cum effectu reali: nam vt dictum eſt notab. 7. de licentia vxoris, vnuſquiſque ſumit habitum, et ponit ſe, que ſua totaliter in manibus Magiſtri, vt ſequatur Chriſtum. neque poteſt allegare ſe habere vxorem, quia totaliter translatus ſub Magiſtri dominio degit: & cui tenetur obedire in omnibus. & per omnia vnde & dicitur vnicuique in impoſitione habitus, Nihil facturum fore pro ſua voluntate, vs modo dicebam, & ſatis patet ex dictis, argumento præcedenti, & in probationibus. & notabili. 9. vbi religioſus ille de ſtatu coadiutorum, licet retineat proprium, tamen ſufficienter, & vere relinquit omnia, vt verum ſit dicere, quod profitetur religioſam paupertatem, ſitque vere & proprie religioſus.

9 Declarari etiam (iuditio meo) poteſt verum eſſe (in eo ſenſu quo loquor & ad pręſentem rem attinet religionis) dicere, fratres iſtos, non habere vxores: ſumendo argumentum ex doctrina Diui Auguſtini tom. 9. in Euangelium S. Ioannis. tract. 29. in illa verba domini † Mea doctrina, non eſt mea, ſed eius qui miſsit me † D. Auguſt. dicit. quid tãtuum quam tu? & quid tam non tuum, quam tu, ſi alicuius eſt, quod es? Hæc D. Auguſtinus. Et quod ad noſtrum propoſitum attinet, quid tam vxoris quam iſte frater miles maritus eius, propter quam reliquit patrem, & matrem? & quid tam nõ vxoris, quam iſte frater miles, ſi totus eſt Magiſtri, & cum eo, & ordine animam vnam, & cor vnum habet? attende quod dico, quia ad hoc mulier dedit licentiam: & per profeſsionem factus eſt de corpore religionis, & ex viſceribus religionis editus, filius eſt iam ordinis irreuocabiliter per votum ſtabile ſolemne, membrumque huius corporis: cuius caput Magiſter eſt. & ſic iã extra patrem, extra matre, & extra vxorẽ, extra filios, & extra ſe ipſum ſufficiẽter vt ſit religioſus eſt, propter defẽſionẽ fidei, & Eccleſiæ, Et in hac cauſa Dei, de qua ſpetialem ſolicitudinem, & ſingularem curam habet, neminem agnoſcit, niſi Magiſtrum: cui in omnibus, & per omnia ad id obedire tenetur.

Nota. Sic enim in profeſsione dixit: Medoy a Dios, y prometo obediencia al Maeſtre &c. & eſt ac ſi diceret. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: ad me gubernandum, & regendum. & iam amplius non poteſt reſumere eum, vſque ad diem reſurrectionis. exemplo Chriſti, qui ſpiritum ſuum, quem moriens in manus Patris comendauerat: vlterius, non niſi in ſua reſurrectione reſumpſit, vt de omni religioſo docet Rudolphus Carthuſianus in vita Chriſti p. 2. cap. 64. hora 9. fol. 64. quod & profecto ſignificat Alex. Papa 3. de his militibus in bulla ibi, & ad exemplum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ait, non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſsit me Patris, in habitu, & conuerſatione religionis, ſub vnius magiſtri ſtatuerunt obedientia commorari, *&* *infra*, nequis ad ſeculum audeat redire, neq; ad alium ordinem tranſire ſine magiſtri licentia, † & ſic etiam patet quod iſti milites Dei, & S. Iacobi relinquunt ſeculum, habentes vxores quaſi non habentes, ſub obedientia prælati totaliter conſtituti, vt ſæpe eſt dictum. & cum a nobiliori, & potentiori res debeat denominari, iſti religioſi dicuntur & ſunt, & tales dici oſtendit, & eſſe docent regula S. Iacobi. & bulla confirmationis, v ſæpe eſt dictum.

Quæ ſi attente legantur, ceſſabit hoc argumentum, & reliqua. oſtendunt enim quod S. Sedes Apoſtolica (ad quam pertinet iudicare de vero ſenſu ſcripturarum ſacrarum.) compoſuit per reſpectum ad eas, ordinem iſtum: & regulam approbauit. verbi gratia in principio bullæ communem vitam profeſsis, *&* *infra*. n. 2. pro patribus filios in Eccleſia facit exurgere, & infra n. 6. & ad exemplum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ait non veni facere voluntatem meam &c *&* *infra*. n. 9. de femina naſci voluit, & cum hominibus conuerſari, habeantur in ipſo ordine qui cælibum, ſi voluerint ducant vitam, *&* *infra*. n. 16. ad ſuſcipiendam quoque prolem. quæ in timore Domini nutriatur, & infirmitatis humanæ remedium, iuxta inſtitutionem Domini, & indulgentiam Apoſtoli, qui ait, bonum eſſe hominem mulierem non tangere: propter forcicationem autem &c. & n. 15. ſub vnius magiſtri obedientia ſine proprio viuere debeatis, illorum fidelium exemplum habentes, qui ad fidem Chriſtianam Apoſtolorum prędicatione conuerſi, vendebant omnia, & ponebant pretium ad pedes eorum &c. Regula etiam fundata eſt in ſacra ſcriptura, & doctrina Sancti Euangelij, & Sanctorum Apoſtolorum Ioannis & Pauli referta, et con decorata. adeo, vt iure optimo in prologo eius dicatur, quod Cardinalis



Albertus approbauit cum exẽplis, & autoritatibus D. Pauli, et plurimorum Sanctorum Patrum, ſanctum eſſe ordinem, et approbatione dignum, vt ſupra c. 4. §. 1. n. 17. &c. Confirmari etiã poteſt (iuditio meo) ex autoritate D. Mathei cap. 16. in argumento allegata † ab neget ſemetipſum, tollat Crucem &c. † nam iſti fratres ſufficienter vt ſint religioſi, hæc tria faciũt, ab negare ſe: quod pertinet ad obedientiam, et tollere Crucem ſuam, mortificãt enim carnem per votum caſtitatis coniugalis et exercicia belli, et alias abſtinentias regulares, vt ſatis eſt explicatum et docet regula D. Iacobi et bulla Alexan. 3. ibi poſſeſsiones terrenas et corpora ſua in extrema quæq; date pericula pro domino decreuerunt, et viuere ſine proprio, quæ pertinent ad caſtitatem, & paupertatem ſupra eodem cap. 4. n. 6. et 15. et §. 1. n. 21. vide ſupranotata probatione 11. §. 11. n. 6.

## Soluitur 4. Argumentum ex doctrina Sancti Auguſtini in ſoliloquijs §. 4.

ARGVITVR, quia res vxoria pugnat, cum religione, quia renititur contemplationi, diuinorumq; meditationi, quibus ſecundum nomen ſuum, debet ſedulo religioſus vacare. renititur in quam propter voluptatis vehementiam, quæ ex venere naſcitur, cuius vtique frequentatione concupiſcentia augetur, vt aduertit Ariſtotiles 3. ethicorum, et D. Auguſtinus lib. 1. ſoliloquiorum dicit, nihil ſentio quod magis exarce deijciat animum virilem, quam blandimenta fæminæ, corporumque ille contactus, ſine quo vxor haberi non poteſt. et ratio aſsignari poteſt, quia contemplatio puriſsimis ſpiritibus fouetur: carnalis autem, ac brutalis ille vſus, ſpirituum multitudinem in ſumit: et ita talis vſus efficit mentis hebetudinem.

Reſpondeo, argumentum (vt ex eo patet) procedere contra exceſſum venereorum: non autem contra hanc religionem militarem. regula enim D. Iacobi, temperatiam in omnibus ſeruari iubet. et per eam, omni vanitati renuntiatur, vt docet ſupra §. 1. n. 11. et 33. et 40. Et ad id quod adducitur de contemplatione. Reſpondetur, quod hęc religio de principali intento ad contemplandum non eſt: ſed ad defendendam Eccleſiam Dei, quanto magis, quod cum ma

 trimo.

trimonium admittat ſecundum inſtitutionem Dei, ad habendos filios, & in remedium cõcupiſcentiæ, & etiam cum certis limitatio nibus, vt oſtendi notab. 7. fol. 213. non reſpuit, & excludit vitam contemplatiuam, ſed vtramq; vitam actiuam, & contemplatiuam amplectitur, & docet præcipitq;. vt expreſſe, & de certa ſcientia docet Iulius Papa ſecundus ſupra §. 51. n. 2. & §. 1. n. 23. vbi agitur de recitandis horis & n. 53. & in Bulla Alexand. 3. de confirmatio ne ſupra c. 4. n. 4. & 32. ibi† vacent orationi† hoc etiam explicari poteſt ex notabili ſexto, ex quo colligitur poſſe haberi actum con iugalem, abſq; eo quod anima deijciatur a perfectione. & videndus eſt Ferrarienſis illic citatus lib. 3. contra gentiles. cap. 136. cuius ver ba ſunt iſta, licet vniuerſaliter melius ſit vni cuiq; ſingulariter con ſiderato, quod contineat, quia pro maiori parte ita eſt, & tamen alicui melius erit matrimonio vti, quia ex ſua naturali complexio ne minor ei erit in quietudo mentis in matrimonio, quam in con tinentia, & magis poterit contemplationi & ſpiritualibus vacare, hæc Ferrarienſis. vide infra §. 6. ad 6. argumentum.

3 Quod vero religio poſſit inſtitui ad opera vitæ actiuæ, ſeu ad militandum: certum eſt. & defendit D. Thomas 22. q. 188 art. 2. & 3. & fundamentum eſt, quia religionis ſtatus ordinatur ad perfectionem charitatis, quæ ſe extendit ad dilectionem Dei, & proximi.

Vnde id quod in argumento allegatur, quod religioſus debet, ſedulo vacare contemplationi ſecundum nomen ſuum: non facit contra hos fratres milites, neque contra Religiones, quæ principaliter vitæ contemplatiuæ non intendunt. (& vt cum bona pace loquar) Dominus Soto lib. 10. de iuſtitia & iure q. 5. art. 3. col. 8. minus caute loquutus eſt, dicens, quod religio in qua diuinum officium non celebratur in cõmuni, vix nomen meretur religionis. hoc enim falſum eſt.

4 Ex dictis patet quod neq; autoritas Ariſtotilis, neq; S. Augu- doctrina ſunt cõtra hos milites, ꝙ aperte indicat litera D. Augu ſtini, loquitur enim de eo, qui cum deditus ſit quieti ſeu otio, ſeu inda gationi ſapientiæ, ducit vxorem (vt ſolent homines ducere qui ſunt ſui iuris) de principali intento, vt patet ex eius litera. ibi enim, per modum dialogi proponit ſibi vxorem pulchram pudicam; & quod non erit onerosſa otio ſuo, &c. & reſpondet D. Auguſtinus nihil mihi tam fugiendum quam cõcubitum eſſe decreui. nihil eſſe ſentio quod magis ex arce deijciat animum virilem, quam blandi-

menta



menta fœminea, corporumq; ille contactus, ſine quo vxor haberi non poteſt. itaque ſi ad officium pertinet ſapientis (quod nondum comperi) dare operam liberis, quiſquis rei huius tantum gratia con cumbit, mirandus mihi videri poteſt, at vero imitãdus nullo modo. hæc ex D. Auguſtino, cuius litera non facit contra iſtos milites & regulam S. Iacobi, qui matrimonium, & eius vſum rem bonam & ſanctam, cum moderamine admittit: & perduriſſimum inſtitutum belli, & alias obſeruantias regulares corpus caſtigat, & affligit.

5 Sed & pro maiori intelligentia dictorum & autoritatis inductę Ariſtotilis in 3. ethicorum & in 7. vbi dicit inſatiabilem eſſe concupiſcentiæ appetitum, & per appoſitionem congruam augeri. Notetur quod quamuis hæc opera concupiſcentię congregata, ſecundum ſe nata ſint concupiſcentiam augere. Tamen ſecundũ quod ratione ordinantur, & ſunt menſurata, ipſam reprimunt, quia ex ſimilibus actibus, ſimiles relinquũtur diſpoſitiones & habitus. & vt ratione ordinentur, & coniuges recte ſe habeant in vſu matrimonij, adiuuat gratia, quæ in hoc ſacramento datur, quæ reprimit concupiſcentiam in ſui radice. vt optime docet D. Thomas in 4. diſt. 26. quſt. 2. art. 3. ad 4. & in aditio. ad 3. p. q. 42. a. 3. ad 4. defendens quod matrimonium dat gratiam & remedium contra concupiſcentiam. & P. de Ledeſma ibi quæſtione 42. folio 76. art. 3. ad 2. explicans diuum Thom. dicit quod concupiſcentia augetur per actualem vſum illicitum, quia ſic concupiſcentia actuatur ſine ordine debito ſecundum rationem: at vero ſecundum vſum matrimonij non inflamatur, ſed potius mitigatur. quia vſus eſt moderatus, & ordinatus ſecundum rationem. ſicut concupiſcentia circa delectabilia guſtus augetur, & inflamatur per immoderatam ſumptionem cibi: per moderatam autem ſecundum temperantię regulas, ſedatur. Videatur Manuale ad adminiſtrandum ſacramenta in doctrina de matrimonio, vbi coniuges admonentur, caueant, ne ex Sancto coniugio voluptatem tantum expetant neque ſinãt eam extra coniugij fines euagari. Videndus eſt, & Diuus Auguſtinus tomo 3. lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 63. ſic ait. bonę ſunt nuptiæ, ſed cauſa filiorum, & compeſcendæ fornicationis obtẽtu videri poterit Dominicus Soto in 4. diſt. 26. quæſt. 2. artic. 3. ad 2. & artic. 4. ad 2. & Martinus de Magiſtris de temperantia. quæſt. 4. 5. de caſtitate fol. 41. conclu. 6. & 7. 9. qui & citat Diuũ Auguſt. ſupra Geneſ.

Soluitur

## Soluitur quintum Argumentum, ex Bulla Alexandri PaPa III.

## §. Quintus.

1 QVOD oppoſita ſint matrimonium, & eius vſus, cum ſtatu religioſo: videtur aliqualiter inſinuare Alexander PP. 3. in bulla confirmaiionis huius ordinis Sancti Iacobi. ſupra cap. 4. num. 8. ibi. vt quia vniuerſa turba fideliũ, in coniugatos, continentesque diſtinguitur &c. ergo.

2 Reſpondeo: nego primam propoſitionem. nam vt iam oſtendit cap. 1. §. 12. & cap. 2. notabili, 7. & in ſolutione ad ſecundum argumentum. §. 2. ſi a matrimonio tolantur onera; quæ cauſant impedimenta; quibus homo nequeat ſingulariter intendere rebus quę ad diuinũ obſequium expectant, bene coherere poſſunt, & ſe compati, & ſic factum eſt in regula Sancti Iacobi, vnde iſti milites dicuntur fratres, & athletæ Chriſti, & religioſi, ſuntq.

3 Falſum vero eſt dicere, quod Alexander tertius, ibi opponat, hos fratres milites coniugatos: cum ſtatu Religioſo. & hoc argum. nullum habet fundamentum: nam & contrarium probatur ex eadem bulla confirmationis, dum in principio dicit, quod Magiſter, & eius fratres Clerici, & laici communem vitam profitentur. *& infra.* num. 9. habeantur in ipſo ordine qui cælibem ſi voluerint ducant vitam, ſint etiam qui iuxta inſtitutionem Domini, &c. coniugibus ſuis vtantur. &c. *& infra.* numero decimo, & iſti tamen, & illi nulitent vni Regi, *& infra.* in horum autem fidelium Chriſti collegio tu Petre Magiſterium ſuſcepiſti, *& infra*, ordinem veſtrum confirmantes, &c. Ex qua bulla euidenter patet, factũ eſſe vnum corpus religionis ex coniugatis, & non coniugatis, & vnam vitam communem, & eſſe vnum Magiſtrum, & vnum ordinem, vnum capitulum generale, ſub vno habitu regulari. fateor quidem in hoc ordine diuerſos gradus religioſorum, votorumque differentias eſſe; ad eundem tamen finem & inſtitutum religionis tendentium, & ſic approbauit, & confirmauit Summ. Pontifex, differentiæ autem iſtę votorum omnimodę continentiæ, & coniugalis cõtinentiæ, non variant religionem, nec tollunt ſubſtantiam regulæ. vt iam oſtendi ſupra hoc lib. cap. 1. §. 4. n. 8. &c. & docet bulla Sixti Papę



ti Papæ 5. pro militibus de Monteſia ad contrahendum matrimonium, ſupra lib. 1. cap. 4. §. 52. n. 6. ibi. † Militiam de Monteſia ingredi voluerint, & coniugalem caſtitatem iuxta ſtatuta militiæ S. Iacobi innumerum, & conſortium fratrum militum de Monteſia, eorumque habitum & profeſſionem regularem, recipi, et admitti, etc.

4 Alexander ergo Papa 3. non oppoſuit actum coniugalem, ſeu ſtatum matrimonialem: cum religioſo: ſed diſtinxit, vt rem quam aggrediebatur, explicaret: ſimulque alia doceret, vt ex ipſa bulla patet, in loco ab argumento allegato. ſuprà lib. 5. cap. 4. ibi; vniuerſa turba fidelium in coniugatos, continentesque diſtinguitur, et Dominus Ieſus Chriſtus, non ſolum pro viris, ſed pro fæminis quoque de fęmina naſci voluit, et cum hominibus conuerſari, habeantur in ipſo ordine, etc. ergo ex nuptis, et in nuptis vnum ordinem religionis compoſuit.

5 Declarari poſſunt hæc aliquibus ſimilitudinibus, verbi gratia, In Sacerdotio, quod diſtinctum eſſe, à matrimonio patet: at ex inſtitutione diuina, non ſunt repugnantia; vt aliquando ſimul eſſe nequeant, vt inter alios docent. Fr. Michael de Medina, de, ſacro, homi. conti. lib. 5. cap. 35. Nauarr. in conſil. libro 4. conſil., titulo de ſponſalibus. conſ. 10. & Alfonſus a Caſtro lib. 3. contra hæreſes. verbo Sacerdotium. 4. hæreſi. fin. & adducit Conciliũ Gangrenſe. cap. 4. ſuorum decretorum. Sic. ſiquis diſcernit præsbyterum cõiugatum tanquam occaſione nuptiarũ, offerre non debeat, & ab eius oblatione, ideo ſe abſtineat. anathema ſit. Ergo ſi de licentia Summi Pontificis, poſſunt eſſe ſimul matrimonium, & Sacerdotium, ſequitur, &c. probo ſequelam, quia ſtatus matrimonialis, & Sacerdotium in ſe diſtincti ſunt, ſed cum certis modis, & formis in eodẽ eſſe poſſunt, et ita etiam matrimonium modificatum per tria vota ſubſtantialia (vt ſunt in regula D. Iacobi) ſimul in eodem homine eſſe poteſt cum ſtatu religioſo, & ſatis eſt, quod ſic Papa docet in eadem regula, & bulla confirmotionis quæ vt magis intelligatur: argumentum hoc aduxi, non vero quia aliquam ingreſſerit difficultatem.

Sed quod votorum differentiæ non tollant ſtatum religioſum, bene (vt alias probationes omittam) declaratur, et probatur ex dictis notab. 9.

Soluitur

# Soluitur ſextum Argumentum, ex cap. diuerſis fallacijs. de Cler. coniuga.

## §. Sextus.

INNOCENTIVS Papa 3. in cap. diuerſis fallacijs. præcipit auferri beneſitia, a Clericis coniugatis: quia in tali conuerſatione eorum, cythara, cum pſalterio male concordat. vir enim cogitat quomodo placere poſsit vxori, & ideo quæ Dei ſunt, minus valet cogitare: cum quaſi diuiſus in duo, plenam ſui non habeat poteſtatem, vt ei a quo ſtipendium recipit, plenius famuletur. Probat etiam text. in cap. ſi qui. eodem titulo in quo Alexander 3. idem præcipit: ergo iſti milites, non poſſunt eſſe ſimul coniugati, & religioſi.

2 Reſpondeo, iam patere ſolutionem ex dictis probationibus cap. 2. notabili 7. & ad argum. precedentia, vbi oſtendimus quod homines vtuntur matrimonio diuerſis modis, & profecto probat hoc Bulla, qua Sixtus Papa 5. conceſsit D. Balthaſari de Cuñiga fratri militi S. Iacobi, penſionem Eccleſiaſticam ſuper quæcunq; beneficia Eccleſiaſtica, etiam regularia, & etiam ſi matrimonium iuxta ſtabilimenta eiuſdem ordinis contrahat & conſumet, pro vt in ea fuſius continetur, ad quã me remitto. Dat. Romæ Anno 1586. Verba ergo Innocentij 3. non faciunt contra hos milites, ſed potius ex his ſumitur argument. in fauorem eorum, nam ſi in illa conuerſatione in texto allegata, non concordat cythara, cum Pſalterio: ſecundum tamen regulam D. Iacobi, bene concordat cythara, cum Pſalterio: hoc eſt vita actiua & contemplatiua, & obſequium Dei, vt docent de certa ſcientia, idem Summi Pontifices Alexand. 3. Innocentius 3. & Iulius ſecundus vt oſtendi §. 4. & lib. 1. c. 4. vbi ponitur bulla Alexand. 3. quam & confirmauit Innocentius 3. ſimiliter & Iulius 2. ſupra §. 7. & §. 34. & hoc §. 4. quib. Sum. Notā.

3 Poti. conceſſerunt eis ſtipendia Eccleſiaſtica, verbi gratia cõmendas: negarunt tamen ea Summi Pontifices, illis clericis, quia non ſic erant per tria vota Dei ſeruitio, ad ſtrict, imo vt docet Panormitanus in dict. cap. diuerſis fallacijs erat magna oppoſitio in illis Clericis conſtitutis in minoribus ordininbus, nec fecerunt profeſsionem trium votorum, ſicut iſti fratres



4 Quod autem in hac religione militari, concordet cythara cum Pſalterio, etiam patet ex parte virtutis caſtitatis, nam caſtitas coniugalis, caſtitas eſt, & eſſentialiter non differt a caſtitate viduali, ſeu cælibatus, niſi per magis & minus: quod ſpetiem non variat, de quo ſupra capit. 2. notab. 5. & hoc maxime in hac religione eſt verum, quia (vt iam ſæpe eſt dictum) per exercitia regularia, caro mortificatur, cum vitijs, & concupiſcentijs, & mens dirigitur ad perfectionem charitatis, ſic enim docet regula totus ſuus viuendi, & conuerſandi ſtatus in belligerendo, &c. pro Deo, &c. videri poterit gloſſa interlin. ſuper. Pſal. 32. ibi confitemini Domino in cythara, & Pſalterio, & D. Thom. ibi & in Pſal. 80. Pſalterium iucundum, cum cythara, & in Pſal. 150. & Diuus Hieronymus in Pſal. 32. videatur Doctor Nauar. in lib. 4. conſil. tit. de ſponſalibus cõſ. 10. n. 10. & 13. vbi negat, quod ſuapte natura ſibi repugnent ſacerdotium, & coniugium: ita vt nulla potentia in eodem concurrere poſsint: & quod melius eſſet, vt ſimul non eſſent: ſufficienter tamen munditia, & alia ſeruare poſſe, ſe ſeparando ad tempus, &c. videatur Abbas Panormitanus in cap. quod a te. eodem titu. de clericis coniugatis, vbi dicit, quod caſtitas eſt cum propria vxore, & ibi tractat de more Grecorum, & refert caput Nicena, & gloſſa in cap. vxoratus de conuerſione coniugatorum. vide etiam quæ dicta ſunt ſup. §. 12.

# Soluitur ſeptimum argumentum. ex cap. cum ad monaſterium de ſtatu monachorum.

## §. Septimus.

VT aliquis ſit vere religioſus debet emittere tria vota ſubſtantialia paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis, caſtitatis in quam omnimodæ, vt probatur ex cap. cum ad monaſterium illi quo Innocentius Papa. 3. ita videtur docere, caſtitatem omnimodam eſſe annexã eſſentialiter ſtatui religioſo. ad 1

ad finem capitis ibi.abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſti-
tatis,adeo eſt annexa regulæ monachali,&c.

2 Pro reſponſione huius argumenti videri poterit Nauarr. in
conſilijs.lib. 3. de regularibus. conſ. 23. ad quintum argumentum,
vbi in fauorem horum militum reſpondet, concedendo votum ca
ſtitatis coniugalis non ſufficere iure communi ad conſtituendum
votum ſolemne caſtitatis:ſed negat id non poſſe fieri per potentiã
Papæ.Cum enim ſolemnitas voti,ſit iure humano inducta,poteſt
illa minui,vel augeri rationabili cauſa ſubſiſtente:& ita ſicut Pa-
pa poteſt facere Religioſo facultatem aliquo modo teſtãdi,mode-
rando ſolemnitatem voti paupertatis,ita etiam facere facultatem,
vtendi coniugio legitimo,minuendo ſolemnitatem voti caſtitatis.
vt etiam dixit in tractatu de redditibus. Eccleſ.quæſt.3 numero 12.
Cuius Nauarri Reſponſio , quod Papa,non ſeruato iuris humani
3 communis poſitiui ordine, poſsit facere religionem cum caſtitate
coniugali,explicari ſimiliter,& confirmari poteſt,in voto pauper
tatis,ex bulla Gregorij P P. 13. poſita ſupra cap.2.notabil.9. quæ
docet,eſſe aliquos religioſos in Societate Ieſu,ſcilicet, coadiuto-
res non formatos,qui retinent certo modo ius,& dominium bono
rum ſuorum , per quod non deſinunt eſſe veros religioſos , imo
expreſſe Papa diffinit, & docet eſſe vere , & proprie religioſos,
& vbique ſemper,& ab omnibus cenſeri,& nominari debere,non
ſecus atq; ipſos tum ſocietatis Ieſu:tum quorumuis aliorũ regula
rium ordinum profeſſos. Hæc ex bulla. & iure quidem optimo.
quia autoritas,qua Summi Pontifices ius canonicum condiderunt
eadem eſt eorum,qui has religiones aprobarunt,& approbant, vt
patet,& inter alios in noſtro caſu optime ad notauit D.Michael
a Marañon,quem refert,& ſequitur Nauarrus in propugna.Apo
log.de reddit.num.16.Poteſt ergo Papa facere religionem,cum ca
ſtitate coniugali.Et hæc ſufficiunt pro reſpõſione huius argumen
ti, quod Papa eſt qui dat ſubſtantiã religionibus, & eius poteſtas
non eſt alligata iuri communi poſsitiuo, imo eſt ſupra illud.& po-
teſt ſic diſponere,& facere.& hæc dixi pro ſententia Nauarri.

4 Si tamen quæ mihi (rem iſtam diligenter conſideranti) occur-
rerunt,dicere licet. notetur pro ſolutione argumenti, quod Inno-
centius Papa 3.conditor dicti capituli.Cum ad monaſterium: hũc
Nota. ordinem militarem S.Iacobi,de certa ſciẽtia approbauit, regulam
que eius, religionis regulã appellauit.vt patet ſupra lib.1.cap. 4.§.
7.& ſequenti.Item Innocentius Papa 4. ſimiliter de certa ſcien-
bs tia,



tia,& de plenitudinis poteſtate vt Alexand. 3. hunc eundem ordi-
nem approbauit per ſuam bullam,& etiam aliquas clauſulas eiuſ-
dem bullæ Alexand. 3. poſuit in corpore iuris in cap. veniens de
verborum ſignificatione, vt patet ex litera eiuſdem textus, & bul
la Alexandri,vt oſtendi ſupra hoc lib.2.§.3. probatione 1. n. 5.
Item certum eſt, quod in ſtatu religioſo ſunt plures regulę, & non
ſola monachalis, vt oſtendi ſupra in principio huius cap. 2.

5 Quibus ſtantibus ſic mihi (Deo dante) reſpondere argumen-
to viſum eſt,Concedo quod vt aliquis ſit vere religioſus , debet
emittere tria vota ſubſtantialia,non tamen eſt neceſſe fiat hoc cũ
omni rigore: ſed ſatis eſt quod ſit caſtitas coniugalis,cum alijs vo-
tis obedientiæ,& viuendi ſine proprio, vt docent Summi Pontifi
ces in ordine S.Iacobi,nec contrarium probatur ex dicto cap.cum
ad monaſterium. Loquitur enim (vt ex eius litera patet) de regula
monachali:& non de toto ſtatu religioſo , vultque docere Abba-
tem illum, quod monachus, non poteſt habere proprium nec Ab
bas cũ eo diſpenſare,cũ cauſa,nec ſine cauſa. Et quod loquatur tan
tum de regula monachali. Confirmo etiam ex dictis, quod in ſta
tu religioſo plures ſunt regulæ,magis ſtrictæ,& minus ſtrictæ, &
non eſſe ęqualiter iudicandum de omnibus, probaui ſupra hoc lib.
2. cap. 2. notabili.1.& 9. ex doctrina eiuſdem Innocentij tertij.
& Gregorij 13. cum ergo textus cum ad monaſterium loquatur
expreſſe de regula monachali, non eſt quod ex vi, & proprietate
verborum eius.compræhendantur in eo omnes religiones,ſeu ſta-
tus ipſe regularis. textu enim dicit,eſt anexa regulæ monachali,
non vero dicit,eſt anexa ſtatui religioſo. Et hæc interpretatio pla-
cet multis viris doctis,tam Theologis , quam Iuriſperitis , noſtri
temporis.& inuenies apud lib. Fr. Emmanuelis Roderici,cui titu-
lus eſt Quæſtiones regulares,& Canonicę, tom. 1.quęſt. 1.artic.
4. pla. 5. A. & iuditio meo negari non poteſt. Quod etiam pro
bo ex eadem bulla citata Innocentij Papæ tertij, qui iſtum capi-
tulum fecit,& de certa ſcientia approbauit hunc ordinem milita-
rem Sancti Iacobi (vt prædeceſſor eius Alexander Papa ter-
tius)cum caſtitate coniugali: & religionem appellat , & conſti-
tutiones , regulam religionis , ſupra ponuntur bullæ Inno-
centij tertij libro 1.§.7. &c. Probo etiam ex bulla Gregorij
decimi tertij poſita ſupra hoc capite notabili nono numero
ſecundo , in qua docet, quod religioſus poteſt habere proprium,
aliquo modo : at profecto decretalis , cum ad monaſterium
in prin-

in principio dicit, quod monachus, nullomodo habeat proprium. deinde circa finem dicit, quod abdicatio proprietatis eſt annexa regulæ monachali, ſicut & cuſtodia caſtitatis. Hæc ex textu, in quo pariter enuntiat Papa de paupertate & caſtitate: ſed abdicatio omnimodæ paupertatis, & proprietatis non eſt de eſſentia ſtatus religioſi, ergo nec omnino da caſtitas. Et ita textus ſecundum rigorem literæ tantum loquitur de regula Monachali, & non de totali ſtatu religioſo. alias daretur contradictio, ſeu correctio iurium, quę vitanda eſt, & illa non admitenda. Sed potius concordia quærenda, cap. cum expediat concordare iura iuribus. de electione in 6. textus ergo cum ad monaſterium allegari non poteſt contra hos milites, quod per eum Summ. Pontifex doceat, omnem religionē, debere conſtare ex caſtitate omnimoda: hoc enim ibi non docet, & ita argumentum non conuincit. & pari ratione, neque allegari poteſt, contra prædictos religioſos co adiutores non formatos, certo modo habentes proprium.

*Replica.*

6 Sed forte replicas, quia in prædicto textu dicitur, quod Summus Pontifex non poteſt diſpenſare cum religioſo, vt contrahat matrimonium, eago non poterit facere, vt quis cum caſtitate coniugali ſit religioſus.

7 Hęc replica poſtulat vt hic de diſpenſatione facta a Papa agamus. Reſpondeo negando antecedens, quod in textu dicatur non poſſe Papam diſpenſare, imo contrarium in textu indicatur, & colligitur ex eo. Verba enim eius ſunt iſta. † nec eſtimet Abbas, quod ſuper habenda proprietate, poſsit cum aliquo monacho diſpenſare: quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis. adeo eſt annexa regulæ monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex poſsit licētiam indulgere. † Hæc in tex. in quo Papa dicit de Abbate, quod non poteſt diſpenſare. De Summo vero Pontifice, non dicit quod non poteſt diſpenſare, ſed non poteſt indulgere. id eſt, pro libito, & ſine cauſa facere. Quod enim in tam breui periodo, legislator vſus fuerit diuerſis verborum formis: myſterium habet, nec abſconditum quidem, & eſt hoc, quod dico, ſic intelligit Abbas Panormitanus iſtum textum in eius explicatione num. 23. ſequtus Innocentium 4. qui Innocentius 4. Iuriſcanonici, & ciuilis conſultiſsimus, veteriſque illius antiquitatis imitator fuit. Et ſic Innocentius 4. iſtam particulam, licentiam indulgere, intelligit, de licentia voluntaria, & ſine cauſa data: nam ſi cauſa ſubſit, bene poteſt Papa diſpenſare cum monacho, quod propriū habeat



habeat, ſeu vxorem ducat, & rationem reddit, quia Papa fecit cōſtitutionem, vt ſi ille vouit ſimpliciter: & poteſt contrahat: teneat matrimonium. Quare ergo non eodem modo poterit diſpenſare? item facit conſtitutionem, quod vxor vnius, cum alio nubat. Item ex conſtitutione eſt, quod minor. 14 annis non poteſt ſe obligare religioni, quod eſt contra ius naturale, ſicut puer, ex quo doli capax eſt, poteſt ſe diabolo obligare, eodem modo & Deo. Item Papæ dicitur quæcunq; ligaueris &c. Hæc ex Innocentio, quē inter alios doctores ſequntur Couarr. de Teſtamētis c. 2. n. 9. & Fr. Michael de Medina de ſacro homi. cōtinētia lib. 5. c. 53. & 32.

8 Dicet forſam quis, quod Innocentius Papa 4. in expoſitione textus cum ad monaſteriū loqutus fuit vt doctor, & non vt Pontifex. Reſpondeo concedo, ſed nihilominus verum eſt quod, qui erat Pontifex, ita intellexit textum, & ſi procederet, ad definiendum ſic definiret. Quod etiam ex eo probo; quia hunc ordinem D. Iacobi de certa ſcientia, & de plenitudinis poteſtate confirmauit; ſicut Alexander Papa 3. & ita per talem bullam, docuit vniuerſalem Eccleſiam, quod poteſt eſſe religioſus, cum caſtitate coniugali, & perconſequens diſpenſare cum eo, qui vouit. Bulla eſt ſupra lib. 1. capit. 4. §. 18. & aliæ bullæ eiuſdē Innocentij 4. §. 15. & ſeq.

9 Ex ſupradictis patet, mihi non eſſe neceſſarium hic ad longum referre alias expoſitiones huius cap. cū ad monaſterium, ſcio enim quod multipliciter interpretatur a doctoribus, vno modo (vt eſt dictum) quod nomen licentia in malam partem vſurpatur, ſicut et verbum indulgere, et ſic nō poteſt Papa licentiam dare ſecundum ius commune Eccleſiaſticum, poteſt tamen de plenitudine poteſtatis. vel ſic non poteſt, id eſt non conſueuit, vel non congruit, vel non poteſt, id eſt difficulter poteſt, vt de homine diuite dicitur impoſsibile eſt intrare in regnum Cęlorum. de quibus interpretationibus videndi ſunt Innocentius et Abbas iam citati, et hoſtienſis in ſumma lib. 4. qui clerici vel vouentes, et Henrricus de Gandabo quos refert Medina ſupra, qui etiam refert interpretationem Epiſcopi Couarruuias, quod prædicta verba Innocentij 3. non poteſt etc. intelligenda ſunt ex quadam modeſtia et ad conuincendum illum Abbatem, ne amplius exiſtimaret, ſe, monachis licentiam concedere poſſe aduerſus votum paupertatis. ſic Couarr. de teſtamentis cap. 2. n. 11.

10 Imo ſi in expoſitione huius textus, ſequendus eſt Dominus Ferdinandus de Mendoça in lib. ſuo de confirmando concilio iliberitano

beritano impreſſo Matriti Anno 1594 Innocentius Papa 3. in Textu, non loquitur de ſua poteſtate, ſed de Epiſcoporum. pro quo notetur, quod autor iſte Mendeça lib. 2. cap. 3. dicit ſic. Dico primum, quod antiquis temporibus, non ſolum Metropolitani, id eſt Archiepiſcopi, & Epiſcopi (quod inter ſacerdotia ſummus, & ſupremus gradus ſit is quem Epiſcopi tenent) ſummi Sacerdotes, Summi Pontifices, Summi Antiſtites, & Epiſcopatum, ſummum Sacerdotium, nuncupabantur. & probat ex Anacleto Papa in Epiſtola 2. ad Epiſcopos Italiæ, & refertur in cap. accuſatio 2. q. 7. Cornelius Papa in Epiſtola 2 ad Rufum, refertur a Gratiano in cap. Sacramentum 2. queſt. 5. Euſebius Papa in Epiſtola 3. ad Epiſcopos Thuſciç, & Campaniæ refert Gratianus in cap. manus quoq; de conſecratione diſtinctio. 5. Tertulianus in libro de Baptiſmo cap. 17. Innocentius in epiſtola ad Aurelium Epiſcopum Carthag. refertur a Gratiano in cap. miſerum 61. diſt. & cap. legum 2. q. 1. cap. Preſbyterorum 56. diſt in. Zoſimus Papa 1. in epiſtola 1. ad Heſichium ibi, exorciſtam, acolitum Subdiaconum per ordinem fieri, neq; hoc ſaltu, ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus, iam vero ad Preſbyterij faſtigium talis accedat, vt & nomen ętas impleat, & meritum probitatis ſtipendia ante acta teſtentur, iure inde, Summi Pontificis locum ſperare debebit, *& infra*, Subdiaconus quatuor annis, & ſic ad benedictionem Diaconatus (ſi mereretur) accedat, in quo ordine quinq; annis ſi inculpate ſe geſſerit hærere debebit, ex inde ſuffragantibus ſtipendijs per tot gradus datis proprię fidei documentis Preſbyterij ſacerdotium poterit promoueri, de quo loco (ſi eum exactior ad bonos mores vita perduxerit) Summum Pontificatum ſperare debebit. hæc Zoſimus Papa 1. probatur etiam ex D. Gregorio epiſtola ad Eulogium Epiſcopum Alexandrin. lib. 7. in dictione 1. epiſtola 30. & refertur cap. & ecce diſt. 99. 2 quod notat eſt, monachos olim, & monaſteria, niſi quæ per Sedem Apoſtolicam eximebantur, in poteſtate erant Epiſcoporum Concil. Calced. can. 4. 18. q. 2 cap. quidem. concil. Aurel. can. 21 cap. Abbates. cap. qui relig. 18. q. 2. cap. cum dilectus Pen. de religioſis domibus Et ex his duobus quod Epiſcopi Sūmi Pontifices & ſummi Sacerdotes vocarentur, & monaſteria Innocentij tempore, ſub Epiſcoporum erant poteſtate, opinatur iſte autor intelligendum conſequi, quod hic ab Innocentio dicitur, Summum Pontificem, id eſt Epiſcopum, non poſſe licentia indulgere monacho, vt contra votum caſtitatis vel paupertatis, faceret. Et quod



quod arguitur in textu a maiori ad minus. Epiſcopus non poteſt, ergo neq; Abbas, accedit etiam, quod his temporibus Abbates vſurpabant iurſdictionem Epiſcoporum, vt patet ex concil. Lateran. can. 60. ſub Innocen 3. & refert cap. accedentibus 2. de exceſsibus prælatorum; & cap. peruenit 16. queſt. 1. hæc ex præfato autore.

11 Cuius opinio de autoritate Epiſcoporum circa monachos, & religioſos fulciri poteſt, ex eo quod hiſce temporibus, non erat neceſſe quærere approbationem religionum a Papa, ſed approbatione Epiſcoporum inſtituebantur. Innocentius enim 3. in eodem concilio Later. prohibuit ne vllus nouus ordo inſtitueretur ſine approbatione Apoſtolicæ Sedis cap. 13. & refertur de religioſis domibus, cap. finali, tradunt Frater Hieronymus Roman. lib. 7. *De las Republicas*. fol. 324. Bellarminus de monachis lib. 2. cap. 4. videatur Frater Emanuel Rodericus lib. qq. reg. tom. 1 queſt. 1. ar. 4. fol. 6. columna 2.

12 Redeundo autem ad ea quæ tradit Frater Michael de Medina ſupra optime concludit ſic, ex his aperte producitur, votum ſolemne caſtitatis eſſe in diſpenſabile, non eſſe expreſſam Inno. aſſertionem, vt quidam confidentiſsime pronuntiant, imo hinc proditur, nec illū hanc indiſpenſabilitatē ſomniaſſe. Hæc Medina, & certe iure optimmo. ſciebat enim Innocentius 3. Papam poſſe diſpenſare, imo quod diſpenſauerat v. g. Celeſtinus Papa 3. (qui eius prædeceſſor fuit: & ab eo, fuit Cardinalis creatus) diſpenſauit cum Conſtantia Sancti Moniali. *Medina.*

13 Et quod Celeſtinus Papa 3. diſpenſauerit cum Conſtantia filia Rogerij Regis, vxore Henrrici ſexti, quæ erat Sancti Monialis in Panormo: & natus eſt, ex tali coniugio Fredericus ſecundus, certum eſt, & inter alios doctores tradunt Cardinalis Caietanus 22. q. 88. ar. 11. & Frater Michael de Medina de ſacrorum hominum continentia lib. 5. cap. 28. & 32. & 33. & Illeſcas lib. 5. de la Pontifical cap. 31. *Celeſt. Pa 3. diſpēſabit cum Cōſtātia.*

Probo etiam quod Celeſtius Papa tertius diſpenſauerit cum Conſtantia. & ſummo argumentum ex bulla confirmationis huius ordinis Sancti Iacobi: pro quo notetur quod Celeſtinus Papa 3 dum exiſteret Cardinalis Sanctæ Mariæ in Coſmidim nomine Hyacinthus venit in Hiſpaniam legatus miſſus ab Alexandro Papa 3. & autoritate Apoſtolica, qua fungebatur hunc ordinem confirmauit, & poſtea ſecum duxit magiſtrum, & fratres milites

Q 2 Romam

Romani, & ibi intercesſit pro eis: ordiniſque confirmationem, ab Alexandro Papa 3. impetrauit, & eſt vnus de Cardinalibus, qui in bulla ſubſcripſerunt: vt patet ſupra cap. 4. n. 43. & dixi Fuſſius lib. 1. cap. 3. §. 2. & quod Celeſtinus fuerit Cardinalis Hyacintus prefatus tradunt etiam Stephanus de Garibai, lib. 12. c. 18. n. 5. & Illeſcas in lib. 5. cap. 31.

14 Ex his patet male quoſdam autores reuocare in dubium, hãc Celeſtini diſpenſationem, ſcilicet, quod non diſpenſauerit, & id propterea dicunt, vt defendant, non poſſe Papam diſpenſare. poteſt autem diſpenſare, & id experientia docet, quia quotidie diſpẽſat. & optime inter alios defendunt Nauarr. in Conſil. lib. 4. de ſponſalibus conſil. 9. & Caietanus, & Medina ſupra, qui laudat Celeſtinum 3. quod fuit vir ſanctiſsimus.

15 Bene etiam notetur cum Cardinali Caietano 22. q. 88. art. 11. quod Celeſtinus 3. creauit Cardinalem Lotharium, qui ſucceſsit in Pontificatu ipſi Celeſtino. 3. et fuit hic Innocentius 3. qui compoſuit cap. cum ad monaſterium. Ex quibus probatur Innocentium 3. qui compoſuit cap. cum ad monaſterium habuiſſe ſpecialem, et certam notitiam prędictæ diſpenſationis. neque ei potuerunt latere hæc nuperrime geſta in facie totius orbis: maxime quia matrimonium illud conſumatum fuit Romæ, vnde non eſt rationabile, vt ſic facta a prædeceſſore ſuo damnaret, per dictam decretalem, et per verba, hãc damnationem non ſignificantia, vt optime aduertit Caietanus.

16 His etiam accedunt, et notanda ſunt, quod Innocentius 3. nõ ſolum fuit contemporaneus Celeſtini. 3. ſed etiam Alexandri 3. qui hunc ordinem approbarunt. fuit etiam coetanus Gregorij Papę 8. qui Gregorius 8. fuit Cardinalis nomine Albertus, qui iſtam regulam D. Iacobi dictauit, et ordinauit, et Apoſtolica autoritate confirmauit, vt patet ſupra lib. 1. cap. 4. n. 43. et § 1. n. 19. et §. 34. n. 8. et ad notat Stephanus de Garibai lib. 12. fol. 700. Itaque a morte Alexandri Papæ 3. et Innocentij 3. numerantur anni 18. in quibus annis fuerunt Summi Pontifices, Alexander 3. Lucius 3. Vrbanus 3. Gregorius 8. Clemens 3. Celeſtinus 3. Innocentius tertius, electus anno Domini 1198. et hæc eo dixerim, vt oſtendam Innocentium tertium maximam notitiam habuiſſe inſtitutionis huius ordinis, intellexiſſeque poſſe ſaluari religionem cum caſtitate coniugali, et quod in dicta decretali loquitur de regula monachali, de qua afirmat, non poſſe Abbatem

*Nota.*

tem diſpenſare, non autem id negat de Summo Pontifice cuius legis verba proprie, & in ſenſu formali ſumenda ſunt. Et ſic argumentum, cum ſua replica, nullam vim habet.

17 Sed forſam iterum replicas ex autoritate Diui Thomæ, qui 2.2. q. 88. art. 11. interpretatur iſtam decretalem cum ad monaſterium, & eam profundamento ſumit ad docendum quod Papa non poteſt diſpenſare in voto religionis ſolemnizato.

Reſpondeo quod quicquid D. Tho. ſenſerit de textu, non eſt cõtra hos fratres milites quia hîc nõ agimus de diſpenſatione: iſti enim fratres ex fundatione poſſunt ducere vxores: faciuntq; profeſsionem per caſtitatem coniugalem. Adq; opportere interpretari literam Diui Thomæ, in hoc quod loquitur, de diſpenſatione, ne contra dicere videatur dictis, & geſtis Summorum Pontificum, videmus enim quod diſpẽſant: & ita non eſt, quod hîc litera Diui Thomæ contra hos fratres allegetur. Et profecto quia res eſt grauis, pro eius intelligentia (licet diſcutere non tenebar) volo aliqualiter immorari, & ſententias doctorum, de litera Diui Tho. referre. *D. Thom.*

Abbas Panormitanus in hoc cap: cum ad monaſterium, n. 21. ſequtus opinionem communem Canoniſtarum, tenet Papam poſſe diſpenſare in voto religionis. Et reſpondet replicæ propoſitę ex litera D. Thomæ, quod variauit. & ratio reditur in apoſtilla, quia in 4. Sententiarum d. 38. q. 1. ar. 4 quæſtiun. 1. ad 3. contrarium tenuit, quod Papa poteſt diſpenſare in voto continentiæ, & religionis. Hæc ex Panormitano, & Apoſtilla, qui mihi placent in eo quod poteſt Papa diſpenſare, non autem eos ſequor in modo loquendi, quod variauerit tantus doctor. vnde diſcipuli D. Thomæ vt tollant apparentem contradictionem, reſpondent dupliciter in concordantijs dictorum huius ſancti Doctoris impręſsis iuſſu Papę Pij 5. fol. 36. n. 1208. ſic. Reſpondeo dupliciter 1 quod in 2.2. loquitur de voto ratione conſecrationis indelebilis. In 4. vero ſententiarum, ratione boni promiſsi, quo poteſt eſſe aliquid melius, ſcilicet bonum commune. ſecundo dicendum eſt, quod in 4. ſent. loquitur ſecundum opinionem aliorum, ideo dicit quod alij dicunt probabilius: vnde ibi reſpondit argumentis ad vtramq; partem. In 2.2. vero loquitur ſecundum propriam ſententiam. Hęc ibi. Quæ vtraq; ſolutio nõ facit cõtra hos milites (vt dixi) quia non agimus de diſpenſatione. regula enim D. Iacobi ex ſui principio caſtitatẽ coniugalem admittit. *Abb. Panormit.*

Sed & Cardinalis Caietanus exponens iſtum locum D.Tho. in in 2.2.q.88.ar.11.dicit quod iſta opinio D. Tho. de indiſpenſabilitate voti ſolemnis, non eſt ſententia abſoluta. Ideo aliter videtur dicendum, quod eſt non ſententia, ſed opinio: quatenus, ex decretali cum ad monaſterium dependet, & quoniam eiuſdem eſt interpretari canonem, cuius eſt condere illum, ſi Sanctus Thomas vidiſſet declarationem Romani Pontificis, non ſuſcepiſſet onus iſtius Decretalis non interpretatę, videtur autē pluries a Romano Pontifice interpretata Decretalis illa vt diximus cum diſpenſauit cum multis Religioſis, vt contraherent matrimonium, vt de Rege Aragonum Petrus de Palude in 58. diſtinctione 4. refert, & de Conſtantia filia Rogerij Regis. Hæc ex Caietano.

*Ioannes maior.* Ioannes Maior in 4. diſtinct. 38.q.3.concluſione 4.dicit, quod Ioannes Capreolus Thomiſta curioſus bene intellexit, quod ſi D. Tho.intellexiſſet, quod Summi Pontifices diſpenſarūt: reuocaſſet ſuum dictum. Et ita credit Ioannes maior, quod derogaret, quia ad hoc ſatagit.

*Medina.* Et Frater Michael de Medina, ſupra de ſacrorum hominū continentia.lib.5 c.32.ad finem in hoc inclinat, quod D. Tho. plenam notitiam huius diſpenſationis non habuit, aut non plane aduertit homo Pariſijs agens, & Theologus, & Philoſophicis ſtudijs occupatus. Reſoluendo ergo iſta dico tenendum eſſe Papā poſſe diſpenſare. ſic enim videmus ſæpe diſpenſaſſe: ſicq; oportet intelligere, & 18 ſequi, vt inter alios docet Couarru. de teſtam c. 2. n.10. &c.

Reſpondeo ergo literā D. Tho. non eſſe contra hos milites ſed interpretādus eſt, quia ſi plenā notitiā habuiſſet, quod Sūmi Pont. diſpenſant. Itē & inſtituti huius ordinis S. Iacobi: quē Innocentius Papa 3.confirmauit: aliter loqueretur. Et iterū dico, quod quicquid 19 ſit de litera D.Tho. non eſt contra hos milites: quia hic non agimus de diſpenſatione voti ſolemnis, quæ particularē dificultatē in ſe habet, & in noſtro caſu non interuenit talis dificultas. & pro hoc facit quod dicitur turpius abijcitur quā non admititur hoſpes, & refertur cap. quemadmodū de iure iurando. §. alio qui & gloſſa finalis cap. literas de reſtitutione expoliatorū, itaq; in diſpenſatione, particularis difficultas inter venit, ex parte latriæ, quia voto ſolemni mediante, homo caſtitatē omnimodā Domino dedicauit, cui ſummæ, & finite maieſtati, sūma veneratio, oblatio, & adoratio ratione sūmi, & vniuerſalis dominij, & ſūmi boni debetur. & eſt vna ratio proter quā D.Tho. loco in argumento allegato 22. q. 88. ar. 11.





in corpore articuli & ad 2.argumentum, non admittit diſpenſationem in voto ſic ſolemnizato. cuius litera quia ad rē pręſentem maxime facit eā referro ſic. ad 2.dicendū quod in voto tēporalis cōtinentiæ diſpenſari poteſt, ſicut & in voto temporalis orationis, vel tēporalis abſtinētię, ſed quod in voto continentiæ per profeſsionē ſolemnizato non poſsit diſpenſari, hoc non eſt in quantum actus caſtitatis, ſed in quantum incipit ad latriā pertinere, per profeſsionē religionis † hęc D. Tho. quę etiā ſolutio confirmatur (vt dixi) ex interpretatione Diſcipulorum D. Tho. ad 4.ſent. In noſtro autē caſu non interuenit iſta ſpecialis dificultas, quia fratres milites Sancti Iacobi Calatrauę Alcantaræ & Monteſiæ non profitentur caſtitatem omnimode, ſed reſtrictam ad coniugalem. In his ergo caſibus loquendum eſt de litera D. Thomæ, ſecundum quod Sancta Romana Eccleſia docet, & facit. videmus autem diſpenſare in voto ſolemnizato. & ita tenendum eſt, & oſtendi ſupra §.12.prob.10.n.7.

Hic etiam notandum eſt quod talis diſpenſatio, a Summis Pontificibus fieri poteſt in ſenſu compoſito, & non tantum in ſenſu diuiſo. ſenſum diuiſū appello: quod qui erat religioſus non maneat religioſus: & faciat ex monacho, non monachum. diſpenſare vero in ſenſu compoſito, eſt diſpenſare cum aliquo, manente religioſo, & hoc Papa facere poteſt, quod patet ex probationibus poſitis ſupra cap.1. & ſingulariter ex §.11. & 12. fundamentum eſt, quia matrimonium natura ſua non pugnat cum ſtatu religioſo, & iam oſtēdi ibidem, & in ſolutione ad 2.argumentum, & quia voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inventa, vt etiam oſtendi in eodem §.12. & quia talis diſpenſatio cōtinētię, in caſtitatē coniugalē: non tolit omnē diſpoſitionē, imo potius remanet ſuficiens diſpoſitio, ad conſequendum finem religionis, & perfectionem charitatis. videatur & Nau. de Redditib. q.1. Mon.56.n.7. & ex dictis colligo quod quādo aliqui doctores dicunt, Papā non poſſe diſpēſare cū religioſo, in ſenſu cōpoſito, vt contrahat matrimoniū: ſed in ſenſu diuiſo hoc eſt: quod nō maneat religioſus. loquti ſunt, ſeu explicari debent de matrimonio, ſeu homine coniugato cui incumbit neceſsitas procurandæ familiæ, & vxoris, vt facere tenentur ſeculares. ſi autem fiat matrimonium ſecundum regulam Sancti Iacobi: nulla eſt ratio ad id conuincens: imo quod maneat religioſus, vt iā eſt probatū, & Summi Pontifices docent, quando diſpenſant cū aliquo, vt contrahat matrimonium ſecundū regulam Sancti Iacobi vel vt ſe transferant ad ordinem Sancti Iacobi, vt eſt dictum,

& in principio huius cap. notab. 7. *& infra*, inſolutione ad 10. diffuſe vbi explicatur magis litera D. Thom. & omnes iſte difficultates ſoluuntur, bene intellecta regula Diui Iacobi.

## Soluitur octauum argumentum, ex capite ſiquis ſuadente 17. queſt. 4.

## §. Octauus.

1 ISTI fratres milites Sancti Iacobi non gaudent priuilegio Canonis ſiquis ſuadente diabolo, & qui in eos violentas manus iniiciunt, non ſunt excommunicati. licet enim Alexand. Papa 3. in bulla confirmationis, de hoc canone mentionem faciat, tamen hoc intelligendum videtur, de Clericis & de monialibus huius ordinis.

2 Reſpondeo. Nego aſſumptum: quod iſti fratres milites non gaudeant priuilegio canonis ſi quis ſuadente, & contrarium eſt falſum, & quod bulla Alexandri Papæ 3. Non loquatur de his fratribus militibus loquitur enim de eis, vt oſtendi ſupra cap. 1. § 8. & quod ibi bulla non loquitur de fratribus Clericis. Argumentum ergo non recte procedit, ſed manifeſte falſe, & expreſſe contra determinationem Sedis Apoſtolicæ.

3 Notetur etiam quod gaudent hoc priuilegio Canonis ſi quis ſuadente. fratres milites nouitij. probatur ex cap. Religioſo in 6. de ſententia excommunicationis, & ibi gloſa. Silueſter verbo Ecclesia. 1. n. 6. verſic. 3. & deciſiones aureæ lib. 2, num. 23. & Nauar. in ſumma capite. 27. n. 79. Henrriquez lib. de indulgentijs. c. 25, n. 7. & Rodriguez in ſum. c. 80. n. 17. concl. 17.

## Soluitur nonum argumentum ex capite duo ſunt genera. 12. quæſt. 1.

## §. Nonus.

1 ISTI milites non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ergo nec religioſi. Probo antecedens. ex capite duo ſunt genera Chriſtianorum, 12. quæſt. 1. ex quo patet, quod omnis perſona



ſona, vel eſt Eccleſiaſtica, vel laica, ſeu ſecularis. ſic enim docemur in textu, quod vnum genus eſt mancipatum officio diuino, & deditum contemplationi, & orationi ab omni ſtrepitu temporali ceſſari conuenit vt ſunt Clerici, & Deo deuoti, videlicet conuerſi. Cleros enim Grece, Latine ſors, inde Clerici, ideſt ſorte electi omnes enim Deus in ſuos elegit, & ſunt Reges, ſe & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent, & hoc deſignat corona in capite, & victu & veſtitu contenti, non habent propriũ: ſed omnia in cõmuni. Aliud vero genus eſt, vt ſunt laici & his licet tẽporalia poſidere vxorẽ ducere, terrã colere, oblationes ſuper altaria apponere, decimas redere, Hæc ex tex. ſed tales ſunt hi milites, qui ducunt vxores, proprium habent, decimas dant. vt patet ex bulla ſupra lib. 1. c. 4. n. 33. & in n. 1. vocat hos fratres laicos, ergo ſunt laici, & ſeculares, participantes aliquid religionis, non vero ſunt religioſi eſſentialiter.

2 Reſpondeo, nego antecedens, & ſimiliter conſequentiam, & ad probationem, ex capite duo ſunt, ſatis patet ex ſupradictis male allegari contra hos fratres milites S. Iacobi, & Dei, mancipatos profeſsione ſolemni diuinis obſequiis. ad hoc enim ab Eccleſia creati ſunt, & ad ſui defenſionem irreuocabiliter, & in prerpetuum aſſumpti, vt oſtendi ad ſolutionem ſecundi argum. n. 9. & c. 1. §. 1. & 7. & 9. & in omnibus probationibus ibi poſitis. Nota.

3 Vnde a viris doctis, iure optimo textus iſte allegatur in faborẽ horum fratrum militum. Sic Doctor Nauarrus in Apologia de redditibus mon. 55. & mon. 57. & lib. 3. conſ. titul. de regularibus. conſ. 25. n. 1. rationem redit quia non ſunt laici, ergo Eccleſiaſtici. & probat ex eo quod gaudent priuilegio ſi quis ſuadente, & cap. non dubium de ſententia excommunicationis, etiam ſi ſit mulier. cap. de monialibus. eodem tit. probat etiam ex eo quod ſunt perpetuo mancipati ſuo ordini, & officijs eiuſdem ordinis, pro vt magiſter diſponit & palam geſtant regularem habitum, & faciunt profeſsionem. Item quia ſunt capaces benefitiorum Eccleſiaſticorum, quæ vocantur commendæ, quæ ſolum conferuntur Eccleſiaſticis perſonis. & profeſsis, neque poſſunt conferri laicis, Item in propugnaculo Apolog. num. 18. quia iſti fratres Commendatores decimas & primitias recipiunt de manu loicorum, & etiam ingreſum Eccleſiæ, hoc eſt, *El pie de Altar*.

4 Quod veriſsimum eſt & patet ex ſupra dictis probationibus ſupra capite. 1. §. 3. quod Summi Pontifices vocant eos religioſos.

& in §. 4. quod profeſsionem regularem emittunt, ſub habitu regulari & in §. 5. quod non poſſunt tranſire ad aliam religionem ſine licentia. & in §. 7. & 6. quod relinquunt ſeculum & quod gaudent priuilegio Canonis, & fori: ſuntq; perſonæ Eccleſiaſticæ, vt ſupra §. 8. & 9. & 10. eſt probatum. quodq; Dominus Rex Philipus habet adminiſtrationem ordinis, auctoritate Apoſtolica, ipſaque dignitas magiſtralis, eſt Eccleſiaſtica, & preceptoriæ ſunt Eccleſiaſticæ, & per collationem canonicam his fratribus conferuntur, de quo etiam videndus eſt Nauarr. in propug. Apolog. de reddi num. 15.

5 Sunt etiam hi fratres milites de ſorte Domini: a ſeculo ſe gregati, tranſlati totaliter, & poſiti in iſto ordine militari, qui eſt vnus de Eccleſiaſticis gradibus, & victu & veſtitu in pane, & aqua ſunt contenti, neq; habent proprium, vt patet ex ſupra dictis, maxime lib. 1. cap. 4. §. 45. & 46. &c. & cap. 2. notab. 7. verſ. alij &c. Item quia profitentur vitam communem, vt & fratres clerici, nam & vbicumq; ſint, etiam in domibus ſuis, quicquid poſſident habent nomine ordinis, & diſtribuunt de licentia magiſtri, ſicut etiam fratres clerici beneficiati ſunt in domibus ſuis, & quod ſunt mancipati ſuo conuentui, etiam eſt veriſsimum, & probatur in bulla confirmationis ſupra cap 4. n. 11. vbi agitur de domo maiori ordinis, & n. 23. ibi in conſilio, & diſpoſitione domus aſsiſtãt, & n. 37. tã in domo maiori &c. & in regula ſupra §. 1. n. 53. & n. 56. vbi fit mentio conuentus, ad habendũ capitulum Generale: & Prioris ordinis, qui animarum omniũ fratrum tam clericorum, quã militum curam habeat, & eſt capitulum 32. & cap. 35. regulę quę etiã habetur, in lib. ſtabilim. & in cap. 5. regulæ fit etiam mentio Eccleſię propriæ, hoc etiam patet, ex lib. ſtablimentorum quorum facta eſt mentio, ſupra cap. 1. §. 47. n. 3. (*Le tornen a ſu conuento.*) Sunt etiam mancipati vitæ contemplatiuæ, & orationi, & horis canonicis, vt probaui ad 6. arg. & patet ex regula ſupra lib. 1. c. 4. n. 23. de horis canonicis n. 53.

6 Illud vero quod vltimo loco allegatur, quod iſti fratres vocantur Laici, in bulla confirmationis, friuolum eſt. ibi enim ſatis aperte indicatur, & oſtenditur: dici Laicos, non quia ſeculares ſunt: ſed quia clerici non ſunt, ſacramento ordinis inſigniti. Imo bulla in eorum fauorem eſt allegãda. dicit enim ibi. quod ipſi, & clerici communem vitã profitentur & quod gaudẽt priuilegio Canonis.

7 Explico magis, & confirmo ex praxi aliarum religionum, in quibus religioſi conuerſi, hoc eſt, non deputati choro, ſed offi-

cijs



tijs laicalibus domus, dicuntur laici, ſunt tamen vere religioſi, text. cap. ex eo. de electione. in 6. §. in Eccleſijs. ibi, conuerſi laici, cum Clericis. & gloſa ibidem, ſic Diuus Thomas in 22. queſt. 189. artic. 8. ad 2. vocat quoſdam monachos laicos. Et Dominicus Soto de Iuſtitia & iure libro. 10. art. 3. verſus finem de monachis laicis. Sic frater Petrus de Aragon in 22. D. Tho. q. 183. ar. 12. fol. 852. & 853. col. 2. & frater Manuel Rodriguez in ſum. c. 138. conc. 12. & refert quandam bullam Leonis papæ 10. quæ habetur in compendio ſuorum priuilegium titul. laici fratres. §. 4. Sic & frater Alphonſus de Vega in ſua Sylua lib. 2. caſu 453. qui & refert eandem declarationem bullæ Leonis 10. in compẽdio priuilegiorum ſui ordinis, pagina 183. ſic & Syluester in ſumma verbo. de laicis. num. 1. videri poterit Abbas Panormitanus in cap Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtitutionibus. n. 3. & Nauarr. de oratio. cap. 7. num. 4. & Belarminius lib. de Clericis. c. 1. Verba ergo tex. duo (quę diui Hieronymi ſunt) bene ſunt intelliganda: nam iſte ſanctus Doctor notitiam non habuit huius ordinis militaris, & loqutus eſt generaliter, regulariterque ſecundum quod contingere ſolet: videlicet vxoratos religioſos non eſſe.

8 Et quod omnia verba textus, non ſint ſtricte, ſeu literaliter ſumenda: patet ex ipſo, & gloſa. agens enim de genere Eccleſiaſticorum, dicit. & hoc deſignat corona in capite. at profecto in religionibus, fratres conuerſi, ſeu laici, vt in ordine ſancti Domininici, & ſancti Franciſci coronam non portant, ſed neque eſt neceſſarium, quod ſint mancipati, & vacent rebus Eccleſiaſticis addicti choro, & diuino offitio: ſed ſat eſt, quod per tria vota ad alia obſequia, & opera vitæ actiuę ſint deputati. quales ſunt hi fratres milites principaliter dicati vitæ actiuæ: ſcilicet defenſioni Eccleſiæ. quod regula ipſa S. Iacobi in cap. 12, etiam indicat his verbis, *Si algun freyle fuere medroſo, o no conueniente para yr a la guerra, ſirua ſegun la prouidencia del Maeſtre, en las otras coſas, e negocios de la caſa.* In quibus verbis, etiam notetur iſta verba, *de la caſa*, mancipatus eſt enim vniuſq; ſuo cõuentui, vt modo dicebã, & omnes hi milites degũt vitã (vbicumque ſint) de ordinatione magiſtri.

9 Sed neq; obſtat, quod allegatur in argumento, ſcilicet, temporalia poſſidere: nam poſsident ea, vt alij religioſi viuendo ſine proprio, ſed neque terram colunt, vt pretenditur de ſecularibus, quia iſti fratres totum ſuũ ſtatum habent in belligerendo

 pro

pro Deo & hoc omnes profitentur. Quod ſi aliqui negotia ſecularia tractant, ſeculariter non tractant: nam quidquid faciunt de licētia magiſtri faciunt, vt etiam oſtendi §. 2. in ſolutione 2. argumēti. quod ſi aliqui tractant negotia ſecularia, ſeculariter, adhuc argumentum non probat intentum, ſed tales male facere, & debere corrigi.

10 Vxores vero ducunt de licentia Magiſtri, & qui coniugati ordinem ingrediuntur, de licentia vxorum ingrediuntur, & propterea habent vxores, quaſi non habentes. vt explicatum eſt, in ſolutione ad 2. & 3. argumentum, & quod ſe totaliter mancipant diuinis obſequijs, & ordini, & magiſtro, cui obedire tenentur in omnibus, & vitam degere in habitu, & conuerſatione religionis, vt dicit bulla, & regula, vt ſæpe eſt dictum, & ita de his coniugatis textus non loquitur, ſed de alijs, qui ſunt cum proprio, & ſine obſeruantia regulari, vt ſunt communiter coniugati. Eſt etiam inſtantia optima contra intentionem argumenti, quia apud Græcos, aliqui coniugati ſunt, & perſonæ Eccleſiaſticæ, & etiam apud nos Occidentales, ſunt aliqui Clerici primæ tonſuræ coniugati, & gaudent priuilegio ſi quis ſuadente 17. q. 4. & fori, vt docemur in cap. vnico de clericis coniugatis in 6. & cap. quia tua 12. q. 1. cum gloſſa. Item quia vt ad notat gloſſa, in cap. duo ſunt. Templarii ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, & tamen poſſunt mouere arma ex permiſsione Eccleſiæ ſicut etiam fratres Sancti Ioannis.

11 Id vero quod arguitur, decimas dare: in eo ſenſu quo loquitur textus, non comprehenduntur iſti milites, non enim ſic dant decimas, ſed ipſi potius, accipiunt decimas a ſecularibus, & ingreſſum Altaris, *El pie del Altar*, habet enim hij fratres milites Eccleſias, & populos earum, & propterea dicuntur commendæ, & ipſi Comendatarij, & vnum corpus religionis faciunt, cum fratribus clericis, qui clerici reſpectu populorum ſunt veluti Vicarij perpetui, ſacramenta adminiſtrantes, & alia ſpiritualia. Decimas vero quas hi milites dant, fratribus clericis ſui ordinis dant, & ita (licet iſtæ decimæ ſint fratrum clericorum) ſuo ordini dant, & per conſequens ſibi ipſis dant, vt ad notat gloſſa loquens in noſtro caſu, in cap. veniens de verborum ſignificatione, verbo, per ſoluant. textus ergo duo ſunt genera, non facit contra eos, & allegandus eſt in ſummi fauorem, & ita allegatur a bene ſentientibus.

Solu-



## Soluitur decimum argumentum ex doctrina D. Thomæ. 22. q. 186. art. 4. ad 3. & ar. 2. ad 3. & q. 88. ar. 11.

## §. Decimus.

QVIA cepi ſoluere argumenta ab autoritate deſumpta, placuit hoc loco doctrinæ D. Tho. mentionem facere, quam aliqui Neoterici, ſine fundamento ſolido, allegant contra hos milites. 1

Dominicus Soto lib. 7. citato de iuſtitia, et iure q. 5. ar. 5. circa finem; vt probet iſtam religionem S. Iacobi reſpectu militum non eſſe ſimpliciter religionem: ſed ſecundum quid: adducit literā D. Tho. 22. q. 186. ar. 4. ad 3. ſic. Arguit D. Tho. quod continentia ad perfectionem religionis, non requiratur, eo quod aliqui ſunt religioſi, qui vxoribus vtuntur. et reſpondet D. Tho. illos viuendi modos, vbi eſt matrimonialis vſus, non eſſe ſimpliciter, et abſolute loquendo religiones, ſed ſecundum quid, in quantum ſcilicet aliqua participant quę ad ſtatutum religionis pertinēt, Hec D. Tho. hæc Dominicus Soto lib. 7. de iuſt. et iure q. 5. ar. 3. verſus finem. 2

Secundo arguitur ex doctrina D. Tho. ar. 2. eiuſdem queſtionis 186. in ſolutione ad 3. arg. dicit enim D. Tho. quædam conſilia ſunt quę ſi prætermiterentur, tota vita hominis implicaretur negotijs ſecularibus, puta ſi quis haberet propriū, vel matrimonio vteretur. 3

Tertio arguitur ex eadem 2. 2. q. 88. ar. 11. vbi dicit quod debitum continentię eſt eſſentiale ſtatui religionis. ergo. 4

Reſpondeo ad primum. D. Thomam non loqui de his fratribus militibus, qui profitentur regulam religionis, tria ſubſtantialia vota continentem, ſed loqui de illis, quæ aliqua conuenientia ſtatui religionum ſeruant, quales dicuntur eſſe, viri, et fæminę ordinis tertij Prędicatorum, vel Franciſcanorum, non profitentes tria ſubſtantialia vota religionis, ſed obligantes ſe, tantum ad quędam ieiunia, & præces, et continentiam quorundam dierū et ad ferendum aliquem habitum ſecretum, vel publicum, quo ſignificetur eſſe illius tertij ordinis, et multi viri docti noſtri tēporis ſic intelligunt D. Tho. inter quos eſt doctor Nauar. in Apolog. de redi. q. 1. mon. 56. n. 5. et 9. et in conſ. lib. 3. de regul. conſ. 12. ad 5

initio

iuncto.13. De ſimili etiam modo viuendi loquitur Clementina
cum ex eo, de ſententia excom. & ibi gloſſa, vbi præcipitur, ne
fratres minores recipiant in ſuis Eccleſijs ad audienda diuina offi-
tia tēpore inter dicti fratres de ordine tertio S. Franciſci, & gloſa.
dicit ibi, quod iſti habent propriū in ſingulari. Videnda eſt etiam
gloſa in Clementina cum de quibuſdam, de religioſis domibus ver
bo obedientiam, & Abbas in c. cauſam de iuditijs.n.2. dicit, quod
iſti de tertio ordine S. Frāciſci non ſunt ſimpliciter fratres, ſed fra
tres de pœnitētia. videri poterit Ancarran. de immunitate Eccle-
ſiarū. lib.6. & Arnaldus Albertinus de hæreticis lib.6.c. quoniā.

6 Præterea quod doctrina D. Tho. non habeat locū in his fratri
bus militibus qui regulā profitentur, & nō habēt propriū, nec pro
priam voluntatē, nec ſunt ſui iuris: patet ex doctrina eiuſdem in
eodem articulo. ibi enim D. Tho. loquitur de frequenti experien-
tia venereorū, quæ verba non tantū vſum denotāt, ſed & fruitio-
nē vxoris pro voluntate non ad ſtricta ad obediendū prælato, vt
iſti fratres, vt etiā ſignificat in opuſculo 18. c.8. tractans ex profeſ
ſo de materia huius articuli. in quo etiā fundat ſuā doctrinam in ſo-
licitudine, quam talis coniugatus habet de familia, & vxore, cum
enim habeat propriū, gubernatio ſibi incūbit. hęc autem omnia
in conuenientia, ceſare per regulam D. Iacobi: patet ex ea, & eius
Bulla. & oſtendi c.2 notab.7. & in ſolutione 2. argum. & primi.
Dicit deinde D. Tho. in hoc eodem artic. in reſpōſione ad 2, quod
nō debēt homines prǽſumere eſſe tantæ virtutis, vt cū diuitijs, &
matrimonio poſsint ad perfectionē peruenire: ſicut nec aliquis prę
ſumit hoſtes, in ermis inuadere, quia Sāſon cū mādibula aſini mul
tos hoſtiū peremit. quę doctrina etiā eſt optima: ſed quod non ſit
cōtra hos fratres milites: patet ex locis modo allegatis in bulla, &
regula. nō enim præſumūt cū diuitijs, & matrimonij oneribus,
peruenire ad perfectionem charitatis: nec hoc regula docet:
ſed ad exēplū Domini noſtri Ieſu Chriſti. viuere ſine proprio, &
obedire prelato in omnibus, & per omnia. docet etiā caſte viuere,
vel omnimode, vel ſecundū caſtitatē cōiugalē, ducendo vxores de
licentia ſui prælati, ſecundum inſtitutionē Dei, & prudentiā Apo
ſtoli Pauli ad habendos filios, Dei ſeruos: & præcipitiū in continē
tię, euitandum, in quo Sāſon fortiſsimus, & Dauid, & Salomon, &
Alij plurimi ceciderunt. vt oſtendi hoc cap.2. in principio not.1.

7 D. Tho. in hoc argum. 4. q.186. in argumēto ſed cōtra, allegat li
terā D. Pauli. 2. ad Corint.7. mundemus nos ab omni inquinamento





carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationē noſtram in timore
Dei. hæc litera non eſt contra hos milites. vt oſtēdi c.1. §. 11. & 12.
Probo etiā ex eadē litera D. Pauli. Diuus enim Paulus non loqui
tur, contra caſtitatē coniugalem: ſed contra peccata. inducitq. nos
Apoſtolus, ad ea omnia vitanda, ſimuſq; mundi, & ſancti perficiē
tes ſanctificationē: hoc eſt mūdationē inchoatam in baptiſmo, quę
emundatio in vero cultu Dei perficitur. & per timorem: intelligit
timorem filialem, & nō ſeruilē. Deinde D. Pau. in eadem epiſtola
dicit capite nos. &c. vbi, per ad cōmoriēdum, & ad cōuiuēdū, intelli
git, id eſt, paratus ſum mori pro vobis, & ad cōuiuendum, & vt de
ſiderē vos eſſe ſotios in vita ęterna. quę optime accōmodari poſ-
ſunt his fratribus militibus. vt dixi c.1 § 11. quod ex vi regulæ quā
profitētur habēt expoſita corpora ſua iugi martyrio pro Chriſto,
& fratribus. litera ergo D. Tho. nō eſt alleganda cōtra hos fratres
nec eſſe poteſt contra eos. cū dicatur in regula D. Iacobi quod Car
dinalis Albertus probauit doctrina D. Pauli hanc militiā, eſſe ordi-
nem confirmationem dignum, vt ſupra lib.1.c. 4. §.1.n.17.

8 Reſoluēdo iſta ſatis patet D. Tho. in diſcurſu totius articuli 4.
q.186. loqui de coniugatis, qui non profitentur tria vota: ſicut iſti
milites: & ita, doctrinā, quā tradit in ſolutione tertij argumēti alle-
gati in contrarium, debemus intelligere de coniugatis. qui ſecūdū
modos quoſdā honeſtos viuunt, non autē cōtra frates milites S. Ia
cobi, Calatrauę, Alcantarę, & Monteſię, et ſimilū, qui ſecundum
regulam D. Iacobi matrimonium, contrahunt.

9 Quod magis declaro, per ea quæ dixi cap.2. nota 7. et ad 6. argū.
quod matrimonio poſſunt homines vti ſecūdū diuerſos modos. et
id Sūmi Pontifices indicant aperte. verbi cauſa Paul.3. cū diſpēſa
uit cū militibus Calatrauę & Alcantarę, vt poſsint matrimoniū
contrahere: nō diſpenſauit in definite, vt poſſent quo quomodo
matrimoniū contrahere, ſed ſignāter dixit, vt fratres milites S. Ia-
cobi ſub regula S. Auguſt. ſuamq; diſpenſationem coarctat, modi-
ficat, ordinat, & ſtatuit in ordine ad regulā S. Iacobi, vt patet ex ea
dē bulla. quæ proter hanc cauſā, nō tantū ſemel, & iterū, ſed plu-
ries repetit ordinē S. Iacobi ſupra lib.1. §.50.n.6. & 7. & 8. & 9. &
§.51.n.2. & §.52.n.3. &c. vidit enim Sum. Pont quod ſic nō deſtrueba
tur eorū religio. ſed quod potius ipſius militiæ propagationi, & bono
regimini conuleretur. vt patet ex eadē bulla, & bullis Greg.13. &
Sixti 5. & propterea ibidem Sum. pont. profeſsionem cum caſtita-
te coniugali factam regularem, appellant, & poſitæ ſunt iſtæ bul-
læ ſupra §.51. & 52. pro militibus de Monteſia.

10 Sed & hæc hic magis immorari oportet pro intelligentia maiori literæ D. Thom. ad quam nos ipſa vocare videtur, dum in ſolutione 3. argum. citati vtitur particula. SECVNDVM quæ particula emphaſim habet. Et iſte S. Doctor ſæpe ea vtitur. in ſpetiali in iſta. q. 186. verbi gratia. ar. 1. ad 2. & art. 2. in corpore, docens. quod religioſus non tenetur ad omnia exercitia, ſed ad taxata ſecundum regulam. idem etiam dicit ar. 7. ad 3. & ita non recte allegatur litera D. Tho. in argumento iſto poſito in principio huius §. tacendo particulam (Secundum.) Litera enim Diui

*Litera D. Tho.*

Thomæ ſic habet. †ad tertium dicendum quod illi modi viuendi, ſecundum quos homines matrimonio vtuntur, non ſunt ſimpliciter, & abſolute loquẽdo religiones, ſed ſecũdũ quid.† Sic habet litera D. Thom. et ſic eſt legendus, non autem vt prædictus autor arguens, interpretatus eſt, dicẽs †Vbi eſt matrimonialis vſus† ſed dicere tenebatur.† Secundum quos matrimonio vtuntur † nã quo ad vim, et proprietatem verborum diuerſa ſunt, et multum difert, dicere: Ibi eſt matrimonij vſus: an, illic eſt matrimonij vſus ſecundum talem modum, vel regulam. Diferunt enim vt ſuperius et inferius, nam vti matrimonio, generi cum eſt, ad plures modos vtendi matrimonio. & multum intereſt an quis matrimonio vtatur ſecundum communem viuendi modum hominum, vel ſecundum aliquem pium viuendi modum, vel ſecundum regulam Sancti Iacobi. vt iam oſtendi. cap. 2. not. 7. ſit exemplum hoc declarans in animali, quod genus eſt. et vbicunq. eſt, viuens eſt: non tamen ſemper rationale, aut ſemper irrationale: certum eſt enim, quod ſi iungatur cum inhibili, ſit equs, ſi cum rugibili, leo, ſi cum rationali, eſt homo. Sic in vſu matrimonij: quia cõtractum ſecundum regulam S. Iacobi, quæ per tria vota ducit homines ad perfectionem diuini amoris, ſit homo coniugatus, religioſus. & hoc ſic docent Summi Pontifices, & ſignanter Alex.

*Nota.*

Papa 3. in bulla confirmationis, & in regula. Quã imitatus Paulus PP. 3. diſpoſuit, vt fratres milites Calatraue, & Alcãtare cõtraherent matrimonium: voueantque caſtitatem, non quomodocunque ſed ſecũdũ regulam S. Iacobi (vt modo dicebam.) Et de militibus de Monteſia; Greg. PP. 3 & Sixtus 5. dictis locis, ibi † tantum caſtitatem coniugalem vouerent, ſicuti in militia S. Iacobi de ſpata, obſerbauatur, *&* *infra.* num. 6. Coniugalem caſtitatem iuxta ſtatuta militię Sancti Iacobi. *&* *infra.* In numerum, & conſortium fratrum militum de Monteſia, eorumque habitum, & profeſsionẽ regu-



regularem recipi, & admiti, & in ea militia ſic coniugati permanere † vbi inter alia oportet ponderare vltima verba † in militia permanere coniugati † no quomodocunq; † ſed ſic coniugati † ſcilicet, ſicuti in militia S. Iacobi, quod etiam aperte probatur ex bulla Sixti Papę 5. conceſſa D. Balthatari de Cuniga fratri militi S. Iacobi, vt obtineat penſionem Eccleſiaſticam, & in ea fit mentio de matrimonio; iuxta ſtabilimenta militię S. Iacobi contrahendo, & conſumando, Dat. Romę 10. Sep. anni 1586. & ex his patet quod litera D. Thomæ in ſolutione ad tertium ar. 4. legenda eſt cum particula †Secundum† & non ſine ea recteque interpretatur, & ſumitur a doctoribus litera D. Tho. quod loquatur de hominibus, qui ſecundũ pium viuendi modũ, matrimoniũ contrahunt non autem de contrahentibus ſecundum regulam Sancti Iacobi.

12. Et profecto quod D. Thomas non excluſerit penitus matrimonij vſum, ab ſtatu religionis, non ſolum indicauit aliqualiter vtendo particula (Secundum) ſed etiam inſinuaſe videtur, dum in eodem articulo in ſolutione ad ſecundum argumentum, agit de modo, ſecundum quem Abraham, & antiqui Patres vſi ſunt matrimonio: dicens, quod ſimul cum coniugio matrimonij, habuerunt animę perfectionem.

Replicas, quia eſt diſpar ratio, vt ibi docet D. Thomas videlicet quod Abraham habuit cęlibatum in habitu; & potuit non vti matrimonio, ſed tunc non oportuit. Reſpondeo, non id inficior, ſed quod dico eſt, ſtare poſſe cũ vſu matrimonij, perfectionẽ animæ, multum que differre vti matrimonio vt ſic, vel vt ſic, quod D. Thom. non negat, ſed potius indicat & docet, & propterea Doctor iſte Sanctus allegari contra, non debet, nec poteſt, qui omnia ſigilatim explicare, non debuit, nec potuit.

13 Ad ſecundum argumentum deſumptum ex arti. 2. ad 3. eiuſdem D. Thomę iam patet ſolutio, ex dictis, & in ſolutione ad ſecũdum argumentum, & hoc eodem cap. 2. notabili ſeptimo quod matrimonium, & eius vſus poteſt diuerſis modo conſiderari ſcilicet, cum oneribus, & impedimentis ſuis: quę marito incumbunt: ſecus vero, vt in ordine S. Iacobi contrahitur, ſecundum cuius regulam, talia onera fratri militi non incumbunt, & ſic bene poteſt matrimonium ſtare cum religioſo ſtatu. Ac proinde, oportet prudenter interpretari literam D. Thomæ, nec ſtricte, & literaliter ſumenda eſt, quod nullo modo poſsit inueniri ſimul, habere

R proprium,

proprium, ſeu matrimonij vſum, cum ſtatu religioſo, & de primo conſtat ex decretali Grego. Papa 13. poſita ſupra cap. 2. nota. 9. eſſe religioſos, qui habent proprium non ſolum in communi, ſed etiam in ſingulari, & quod ſunt vere, & propię Religioſi, & certe ipſa litera D. Thomæ ſe declarat, dum dicit † quia ſi haberet proprium implicaretur negotijs ſecularibus † ex qua doctrina deducitur, quod ſi ſolicitudines iſtas, a tali homine qui proprium habet, ſeparemus non ſequitur tale inconueniens, nullaque manet implicato: nullum impedimentum potens ad impediendum curſum, & tendentiam ad perfectionem, & contra hoc non eſt litera D. Tho. qui bene docuit generaliter loquendo, & vt communiter fit, & tantus doctor, (vt dixi) non potuit cōprehendere, & ſigilatim tractare de omnibus caſibus, qui pro tēporū varietate eueniunt. ſic & in cauſa matrimoniali, de qua agimus, dicēdum eſt quod bene poteſt eſtare vſus matrimonij, cum religione. quia poſſunt tolli impedimenta omnia, tendendi ad perfectionem, vt in rei veritate Chriſti Vicarius Alexander 3. cum ſua ſancta Sede, diligenti, & maturo examine ſubſtulit in regula S. Iacobi, & ſatis eſt explicatū. Et huius inſtituti militiæ S. Iacobi particularem notitiam D. Thomas, non habuit, vt pote ab ea longe degens, & quia (vt dico) non debuit omnia tractare, & hæc maxime: quæ dificilis, inventu fuit, & longa indagatione pręmiſa, a ſancta Sede Apoſtolica, aprobatus ordo.

14 Ad 3. argumentum deſumptum ex litera D. Tho. 22 q. 88. ar. 11. Reſpōdeo. quod male allegatur & legitur litera D. Tho. vt eſt propoſita in argumento iſto. ſic enim litera interrumpitur, namq; doctrina D. Thomæ de virtute continentiæ loquente, non eſt abſoluta, ſed reſpectiua in ordine ad aliud. non enim de continentia loquitur categorice, & ſecundum ſuam pulchritudinem, & decorem ſeu dignitatem, vt patet ex verbis eiuſdem articuli in corpore ſed hic loquitur de eâ hipotetice, per modum plurium propoſitionum, & vt continentia inſtrumentum eſt, importans ordinem ad compoſitionē ſtatus religioſi, & propterea litera D. Thomæ legenda eſt, non membratim, vt in argumento vſurpatur, ſed tota legenda eſt. Pro cuius maiori declaratione pono concluſiones ſequentes.

Prima cōcluſio, cōtinētia in ſtatu religioſo pertinet ad cōſequēdam perfectionē inſtrumentaliter, & diſpoſitiue, ſicut paupertas.

Concluſio eſt Diui Thomæ 22. q. 185. in corpore, & in articulo 5. ad 4. in quo dicit quod per votum continentię, excluduntur actus





omnino perfectioni religionis contrarij, & in q. 188. ar. 7. ad 1. dicit quod paupertas non eſt perfectio, ſed perfectionis inſtrumentum, minimumq; inter tria principalia inſtrumenta perfectionis, nā votum cōtinentię præeminet voto paupertatis, & votum obedientię prefertur vtriq. quia vero inſtrumentum non propter ſe quęritur, ſed propter finem: non tanto aliquid fit melius, quanto maius eſt inſtrumentum, ſed quanto eſt magis fini proportionatum, ſicut medicus, non tanto magis ſanat quanto maiorem dat medicinam, ſed quanto medicina eſt magis proportionata morbo: ſic ergo non oportet quod religio tanto ſit profectior quanto maiorem habet paupertatem, ſed quanto eius paupertas eſt magis proportionata fini communi, & ſpeciali. hæc D. Tho. & in ar. 6. dicit quod comparatio quæ eſt ſecundum exercitium eſt reſpectiua, quia exercitium non quęritur propter ſe, ſed propter finem.

Itaq; ſecundum ſententiam D. Tho. & rei veritatem agendum eſt hic de continentia, ſecundum quod neceſſaria eſt vt ſimul cum alijs duobus votis, ſtatus religioſus conſtituatur. † vnde ſit.

16 Secunda concluſio, ſecundum doctrinam D. Tho. continentia quæ de neceſsitate in ſtatu religioſo requiritur, & ſuficit eſt, vt homo per eam, & alijs duobus votis ducatur ad perfectionem, ſeu quod idem eſt per eam, & alia duo vota ſtatus religionis taliter integretur, per quem homo ab renuntiet ſeculo, totaliter Dei ſeruitio mancipatus.

Concluſio hęc patet ex dictis, quia continentia requiritur diſpoſitiue, vt inſtrumentum. ergo &c. Probatur etiam ex littera D. Tho. in argumento allegata ex ar. 11. q. 88. in 22. dum dicit, continentiam eſſe annexam eſſentialiter ſtatui religioſo, per quem homo renuntiat ſeculo &c. probatur etiam Irrefragabiliter, ex verbis allegatis bullarum Greg. 13. & Sixti 5. in hoc arg. n. 11. ibi votum perpetuæ caſtitatis &c. ſed illius loco votum caſtitatis coniugalis facere, ſicuti in militia S. Iacobi, & ſic coniugati in militia permanere, hęc ex bullis Greg. ſupra li. 1. cap. 4. §. 51. n. 1. & Sixti 5. §. 52. n. 6. *Nota.*

17 Vnde & per hæc ſoluitur hoc 3. argu. propoſitum ex litera D. Tho. non. n. legēda ſejūctim, ſed totaliter eſt ſic † Eſt autē debitū cōtinentię eſſentiale ſtatui religionis, per quē homo abrenūciat ſeculo, totaliter Dei ſeruitio, mācipatus, quod nō poteſt ſimul ſtare cū matrimonio, in quo incūbit neceſsitas procurādę vxoris, et prolis et familiæ, et rerum quę ad hoc requiruntur &c. † Hęc ex D. Tho. Et ſic ſimul debet legi tota periodus, Sic autem, non eſt contra

1 regulam Sancti Iacobi: ſed potius in eius fauorem, præcipit enim regula continentiam coniugalem, taliter diſpoſitam per votum eiuſdem, & votum viuendi ſine proprio, & votum obediendi in omnibus & per omnia, quod homo ab renũtiat ſeculo. Vt probaui cap 1 §. 7. & totaliter Dei ſeruitio mancipatur, vt probaui eodẽ c. §. 11 & §. 6. quod relinquens hunc ordinẽ: eſt Apoſtata, & quod aſſumens eum, conſtituitur in ſtatu Eccleſiaſtico, & veræ religionis, vt probaui ibidem, & §. 3. ex modo loquendi ſummorum Pontificum, & § 4. ex profeſsione, & habitu regulari. & & § 5. & 8. & 9. quod gaudent priuilegio canonis, & fori. & §. 12. quod poteſt ſtare matrimonium, & eius vſus ſecundum regulam Sancti Iacobi, cum ſtatu religioſo, vt ſatis oſtendi ſupra cap. 2. notab. 7.

18 Preterea nec facit contra hos milites doctrina D. Pauli. 1. ad Corinth. 7. quæ in eodem articulo 11. eiuſdem queſt 88. allegatur a D. Thoma ſtatim ſubiungens, qui eſt cum vxore: ſolicitus eſt, quę ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Hæc ex D. Thoma. at iam oſtendi ſupra in ſolutione ad ſecundum argumentum, quod procedit contra eos homines, qui non faciunt hęc tria vota, & patet quod in hoc ſenſu allegatur hic a D. Tho. agit enim de hominibus, & matrimonio, in quo ex officio incumbit procuratio familię. Et hanc cauſam Apoſtolus aſsignat ſui conſilij: quod dederat de continentia ſeruanda. 1. ad Corinth. 7. Qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt quę domini ſunt. vt etiã docet D. Thomas, & in hoc ſenſu, hanc literam D. Pauli allegat opuſ 18. cap. 8. quæ ſunt valde notanda. & ſi bene intelligatur: non ſunt contra hos fratres milites Chriſti, & Iacobi. vt ſepe eſt explicatum, quod non ſunt ſui iuris, ſed totaliter cum omnibus bonis ſuis conſtituti ſub obedientia & dominio prelati, & ita ſatis (vt credo) patet, quod litera D. Thomæ loquens de continentia ſtatui religioſo annexa: eſt intelligenda, de cõtinentia quę ſufficiens eſt pro tali ſtatu.

Et confirmo & explico ex altera doctrina Diui Pauli. 1. ad Timot. 3. vbi dicit, ne Neophitus aſſumatur in Epiſcopum, ne ſuperbiat, & in iuditium incidat diaboli. Explicant Doctores, quod ſi ceſſent iſta inconuenientia, & cauſa inhabilitatis: valeatque ſe cum alijs conformare: poterit aſſumi in Epiſcopum, vt magis oſtendi ſupra in ſolutione ad ſecundum num. 15. Item confirmo ex Concilio Florentino in inſtitutione Armenorum.





vbi agens de Sacramento pœnitentiæ, ponit ex parte materiæ cõtritionem, & nullam facit mentionem attritionis. Similiter & Cõcilium Tridentinũ Seſsione 14. c. 3. At certum eſt quod ſub nomine contritionis compræhenſerunt non ſolum cotritionem perfectam, ſed etiam contritionem imperfectam. & probatur ex Concilio Tridentino. ſeſſ. 14. cap. 4. vbi docet, eſſe de materia Sacramẽti pœnitentię contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur. Et ratio huius eſt, quia ſimul cum alijs partibus ſacramenti, tollit obijcem gratiæ, diſponitque, &c.

19 Cum ergo hæc ita ſe habeant, & contritio, ſumpto vocabulo late, & non ſtricte, & in ordine ad Sacramentum pœnitentię, cõpræhendat contritionem imperfectam, intelligiturque ibi ſub nomine contritionis ad affectum diſponendi in ſacramento pœnitentiæ, conſtituendumque ipſum vere, & eſſentialiter vna cum alijs partibus: Profecto cum Diuus Thom. dicit continentiam neceſſa- Nota. riam eſſe materiam, vt inſtrumentum, ſeu diſpoſitionẽ in religioſo ſtatu: ibi per continentiam: non omnimodam continentiam, ſed quæ ſufficiens materia ſit, ſufficienſque inſtrumentũ vna cum alijs votis (neque enim vnum medium, aut votum tantum ſumere debemus) compræhendi debere, & intelligi dicendum eſt. eadem ſiquidem eſt ratio, & inſtrumentum non propter ſequæritur, ſed propter finem, & ideo non debet attendi an ſit in ſe maius, aut melius: ſed an fini proportionetur. vt docet D. Tho. in locis citatis. quæſt. 188.

20 Legatur D. Thom. lib. 1. in Periherm. vbi agit de natura, & vi propoſitionis Cathegoricæ, & hypotheticæ, & in. 1. p. q. 31. agit de dictione, ſolum, quod poteſt accipi, vt categoremmatica, vel ſincategoremmatica. & ibi, & in ar. 4. docet. quod dicta ſanctorũ Patrum in quibus reperitur dictio excluſiua adiuncta termino perſonali, exponenda eſt, vt non excludad perſonas diuinas. Et ita intelligitur illud Ioannis. 17. vt cognoſcant te ſolum Deum verum, &c. Itaq; dico quod dictio excluſiua (ſolum) aut (tantum) de iure non excludit caſus ſimiles in quibus reperitur eadem ratio legis, aut canonis, & cum caſus omiſſus, ſimilis eſt expreſſo, pro expreſſo habendus eſt. Et probatur ex lege. Gal. §. Quid ſit tantum de liberis, & poſthumis. ff. quod promiſsio facta in vno caſu, porrigitur ad alios ſibi ſimiles.

Videndus eſt Couarrubias 2. p. epi. decret. c. 13. num. 18. dicit ſic, notandum eſt, ad ſubſtantiam religionis perfectæ, pertinere tria

vota continentiæ, paupertatis, & obedientiæ, vt docet eleganter D. Thom. 22. q. 186. art. 3. 4. & 5. non tamen ita preciſſe ſunt hæc tria vota de ſubſtantia perfectę religionis, quin quandoque limitata religioni etiam adhereant, eſſe & enim hęc tria de ſubſtãtia perfectę religionis conſtat: poſſe autem contingere limitata: patet, vt votum paupertatis intelligatur in particulari, non in communi: Item, votum continentię quandoque intelligatur in caſtitate coniugali, vt in militibus S. Iacobi qui profitentur caſtitatem coniugalem, & nihilominus religioſi ſunt, & tria vota ſubſtantialia profitentur. Hæc ibi.

21 Reſoluendo ergo ſupradicta ſatis probabiliter dicitur, imo ita dicendum eſſe cenſeo, quod attenta omni doctrina D. Tho. (qui docet poſſe inſtitui religionem ad militandum) non eſſe contra hos fratres milites. dum enim dicit matrimonium non poſſe ſtare cum ſtatu religioſo, intelligendum eſt, de matrimonio in quo ex officio incumbit neceſsitas procurandæ familiæ &c. vt ipſe etiam Sanctus doctor ſe explicat. talis enim neceſsitas procurandi, ſecundum ſuam naturam diuiſionem cauſat, vt talis homo, qui & eſt ſui iuris, partim ſeruiat Deo, partim attendat familię, & diuiſus eſt. vxor autem fratris militis S. Iacobi, ceſsit iuri ſuo, fraterq; iſte poſſuit ſuum ſtatum in belligerendo pro Deo profeſsione ſolemni, ſub obedientiâ alterius totaliter conſtituto.

22 Sequitur in litera D. Thomę in eodem ar. 11. q. 88. nomen monachi ab vnitate ſumitur per oppoſitum ad diuiſionem prędictam. Hęc ibi. vbi attendendum eſt dicere per oppoſitum ad diuiſionem, non enim dicit per oppoſitionem ad matrimonium, & eius vſum, ſed ad diuiſionem, quę per obligationem procurandę vxoris, & familię cauſatur, iſti vero fratres non ſic, nam ſecundum regulam, quam profitentur totum (vt dico) ſuum ſtatum & intentionem ſpecialem habent in belligerendo pro Deo, & totaliter dependent a magiſtro, & ordine eorũq; domus, factumq; eſt eſſentialiter vnum corpus religionis ex coniugatis, & non coniugatis: coniugatique iſti recte ſe valent conformare cum non coniugatis, & cum ſtatu religioſo, vt expreſſe docet Alexander 3. in Bulla ibi. Et iſti, & illi militent vni regi. ſupra lib. 1. cap. 4. n. 10. & per totam. cum ergo ceſſet cauſa inhabilitatis, excludi nequeunt ab ſtatu religioſo, ſicut neque Neophiti ab Epiſcopatu.

23 Aliqui vt reſpondeant præfato argumento, opinantur, poſſe reſ-



reſponderi literę D. Thomę, quod dum dicit continentiam eſſentialiter requiri ad religionem, loquatur de perfectiſsima religione, & in apice religionis conſtituta, per ea quę tradit frater Michael de Medina de ſacro. homi. contin. lib. 4. controuer. 7. fol. 383. eo quod, in ſtatu religioſo, eſt latitudo, & vna religio eſt ſtrictior alia, & perfectior alia.

24 Mihi autem illa ſolutio propoſita placet, & magis eam confirmo ex doctrina eiuſdem Sancti Thomæ, nam in eodem art. 11. in corpore concludit ſic. † & ideo in voto ſolemnizato per profeſsionem religionis non poteſt per Eccleſiam diſpenſari, & rationem aſsignat decretalis, quia caſtitas eſt annexa regulę monachali † Hęc D. Thomas, qui doctrinę decretali innititur. Oſtẽdi autem ſupra §. 3. ad 7. argumentum hanc decretalem non loqui de omni regula religionis, ſed de monachali: item quia videmus quod Summi Pontifices diſpenſant, & etiam docent in ſuis apoſtolicis literis, has militias eſſe religiones. Propter quę: neceſſariũ eſt prudenter interprętari literã Diui Thomi ne contrariari bullis apoſtolicis, videatur, quas Sanctus Doctor ſemper ſequutus eſt.

25 Sic etiam aliquoties aliâs interpretatur a ſuis Diſcipulis, verbi cauſa in hac queſtione 88. articulo 8. & articulo nono & queſt. 189. articulo ſecundo ad primum & articulo 5. in corpore & in additio. ad tertiã partẽ queſtione 53. articulo ſecundo ad tertiũ & quodl. tertio articulo 18. & quodl. octauo articulo decimo & quodl. decimo articulo vndecimo dicit, quod duplex eſt votum religionis, ſolemne, quod hominem facit monachum, vel alterius religionis fratrem, habetque actualem promiſsionem, & collationem perſonæ. per votum autem ſimplex, habet promiſsionem ſine traditione, ex quo aliquis non fit monachus, vel religioſus, ſed ſolum eſt obligatus ad religionis ingreſſum, hæc ex Diuo Thoma. qui prudenter interpretandus eſt, ne relinquatur in hoc (vt ab aliquibus relinquitur.) nam vt vidimus in hoc capitulo ſecundo notab. nono decretalis Gregorij Papę deffinit, per tria vota ſimplicia emiſſa in ſocietate Ieſu, hominem, ſe religioni dedicare atque actu tradere, illaq; emittentes in ſtatu veræ religionis conſtitui, vereque & proprie religioſos eſſe, & vbique ſemper, & ab omnibus cenſeri & nominari debere.

R 4 Item

Item in alia materia dicit D. Thom. 3. p. q. 82. ar. 7. ad 2. quod ſolus Baptiſmus permittitur eſſe ratus hæreticis, & ſchiſmaticis: quia poſſint licite baptizare in articulo neceſsitatis, in nullo autem caſu, licite poſſunt Euchariſtiam conſecrare, vel alia ſacramēta conferre, hæc D. Thomas. ſecundum quam literā hęreticus ſacerdos, in articulo neceſsitaris non poteſt adminiſtrare ſacramentum pœnitentiæ, & tamen in rei veritate, & ſecundum Concil. Trident. poteſt tunc adminiſtrare ſacramentū pœnitentiæ, & ita intelligitur communiter Concilium a doctoribus. de quo videri poterunt Henrriq; lib. de pœnitentia cap. 11. n. 8. & Frater Manuel in Summa cap. 59. *De la Confeſsion*. concluſion. 2. n. 4. Saluatur autem litera D. Thomę dicendo, intelligi, non licere ſuſcipere ab hęreticis ſacramentum pœnitentiæ in extrema neceſsitate, quando ex tali ſuſceptione, immineret probabiliter periculum infectionis hæreſis, aut apoſtaſię ſuſcipienti, ſecus vero quādo non timeretur (cum Dei gratia) tale periculum. Sic ergo proportionabiliter dicendum eſt de voto continentiæ, requiri in ſtatu religioſo, vt vna cum alijs votis ducat ad perfectionem: non vero de neceſsitate requiri omnimodam continentiam, vt ſatis eſt explicatum, nec contra facit litera D. Thomæ, & ſi viueret ita ſe explicaret, Credo, & teneo & dicendum eſt, & dicūt & docent viri docti, quos de hac reconſului, & eorum nomina recenſeo ad finem huius libri, quorum & habeo obſignitationes.

## Soluitur vndecimum Argumentum quod vouent caſtitatem ſecundum quid.

### §. 11.

ISTI Fratres milites S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantarę, & Monteſiæ vouent caſtitatem ſecundum quid. ergo iſtæ militię ſunt religiones ſecundum quid, & non ſimpliciter, ipſi que ſunt religioſi ſecundum quid, & non ſimpliciter. patet antecedens, quia vouent caſtitatem coniugalem. ergo &c.

Et confirmo quia iſtud votum caſtitatis cōiugalis, nō eſt votum perfectum religionis. ergo non poteſt eo mediante conſtitui ſtatus religionis, probo conſequentiam, quia ſtatus religionis, ſtatus perfectus eſt, & debet conſurgere ex integra cauſa. maiorem probo,





quia eſt votum valde imperfectum, cum deſit illi materia omnimoda caſtitatis.

2 Ad argumentum, vouent caſtitatem ſecundum quid. Reſpondeo quod vouent caſtitatem eo modo, & gradu, quo determinat Summus Pontifex: ſicut & in alijs pluribus religionibus vouetur paupertas, & obedientia, non in tota ſua perfectione, & rigore: nec propterea dicuntur vouere obedientiam, aut paupertatem ſecundum quid, vt patet ex hoc cap. 2. notab. 1. & 9. in quo ſignanter agitur de religione ſocietatis Ieſu, in qua coadiutores non formati habent proprium certo modo, & tamen non propterea dicuntur vouere paupertatem ſecundum quid, ſed vouent paupertatem religioſam ſufficienter, talia que vota ab eis emiſſa, ſunt vere, & eſſentialiter religionis vota, ipſiq. vere, & proprie religioſi. Et per hęc ſatisfactum eſt argumento, nec opus eſt alia reſponſione.

3 Pro maiori autē abundantia, ſeu pro curioſis viſum eſt mihi ſic reſpondere, ſeu explicare. quando dicis, vouent caſtitatem ſecundum quid. diſtinguo ſecundum quid, id eſt non omnimode, & totaliter: concedo, ſecundum quid, ideſt, non eſſentialiter, & ſic non ſimpliciter: nego. Poteſt enim particula ſimpliciter ſumi aliquibus modis, ſcilicet abſolute ideſt, ſecundum naturam rei, vel totaliter, ideſt, vniuerſaliter, ſiue omnino, vt patet ex indice operum D. Thomæ verb. ſimpliciter, & ex ipſo D. Tho. 3. p. q. 50. ar. 5. in corpore vbi dicit, quod corpus Chriſti mortuum, & viuum idem fuit numero ſimpliciter, nam idem diuinum ſuppoſitum fuit corporis viui, & corporis mortui: ſemper idem permanens ſuppoſitum, ſi autem ſimpliciter ſumatur pro omnino vel totaliter, ſic corpus Chriſti mortuum, et viuum, non fuit ſimpliciter idē numero, quia non fuit totaliter idem. nam corpori mortuo, deficit vita. hæc ex D. Tho. vtendo ergo acceptione particulæ ſimpliciter, reſpondeo caſtitatem coniugalem eſſe ſimpliciter caſtitatem, ideſt eſſentialiter; caſtitati enim coniugali, eſſentialiter nihil deeſt; vt ſit vera virtus caſtitatis, & patet a diffinitione. Caſtitas enim ſimpliciter dicta, eſt abſtinentia ab omnibus prauis delectationibus venereorum. vt probaui cap. 2. notab. 5. ex doctrina S. Auguſtini. S. Thomæ, Abulenſis, Caietani & aliorum. *Caſtitas quid.*

4 Ad confirmationem, votum caſtitatis coniugalis quod hi *fratres* emittunt non eſt votum perfectum religionis, nego propoſitionem, quia aliud eſt, eſſe votum perfectæ religionis, aliud vero perfectæ, & omnimodę caſtitatis, & hoc vltimum conſiſtit in pro- *Nota.*

tendã omnimoda caſtitate: quod nõ eſt neceſſariũ ad cõſtituendã religionẽ, ſicut neq. eſt neceſſarium profiteri omnimodam obedientiam, & omnimodam paupertatem, & ita licet huic voto ca-
3 ſtitatis coniugalis deſit (vt de eſt) aliquis gradus, quẽ poterat habere, eſt tamen perfectio accidentalis, nec de neceſsitate requiritur, vt ſit perfecte votum religionis, quia non tenetur habere omnimodam caſtitatem, & ita recte dicitur perfectum, quia nihil deeſt de his quæ tenetur habere, eſtque vere votum ſubſtantiale, & eſſentiale religionis, quia de perfectione ſubſtantiali, & eſſentiali nihil deeſt.

5 Pro maiori intelligentia volo adnotare, quod hoc nomen perfectũ, aliquibus modis poteſt conſiderari, vt patet ex Ariſtotele 5. Meth. tex. 21. & ibi D. Thom. & Lexicon Eccleſiaſticum verbo perfectum rei, & Nicolaus de Lyra in 1. Ioannis cap. 2. ibi. qui ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei per ecta eſt. Belarminus lib. 2. de monachis cap. 2.

6 Itaque hæc vox perfectum dicitur ſecundum ſe, quod nulla pars ſibi debita deeſt. vt dicitur perfectus dies, quando nulla pars diei deeſt, & homo perfectus, quando nulla pars deeſt ei, & dicitur bonus medicus, quia habet artem ſine aliquo deffectu artis, & a nullo in tali arte exceditur. Alio modo dicitur aliquid perfectum in ordine ad aliud, ſcilicet, in ordine ad finem aliquem conſequendum, vel quia facit aliquod perfectum, ſicut medicina eſt perfecta quæ ſanitatem facit perfectam. Et ſecundũ hoc non repugnat aliquid eſſe perfectum: & imperfectum ſecundum diuerſas conſiderationes.

7 Modo conficio rationem ſic, perfectum in ordine ad aliud, eſt cui nihil deeſt, ad tale conſequendum, vt patet in medicina, & in votis ſolemnibus religionis, in quibus debet perfectio attendi in ordine ad aliud, & non propter ſe, ſeu in ordine ad ſe, quia inſtrumenta ſunt, & vt inſtrumenta in religione adhibẽtur ad adquirendã perfectionẽ charitatis: ſed in hac religione D. Iacobi homo per votum caſtitatis coniugalis, obedientiæ, & viuendi ſine proprio, fertur ad perfectionem charitatis: ergo ſequitur, talia vota, eſſe perfecta vota religionis; talequę votum caſtitatis coniugalis perfectum eſſe votum religionis. nam licet ſecundum naturam caſtitatis, & omnes ſuos gradus, de ſit aliqua perfectio, habet tamen ſufficientem materiam ad conſtituendum votum vere religionis. Excludit enim omnem actum illicitum: & etiam includit gradus aliquos ſupererogationis, ſcilicet, de non nubendo ſine Magiſtri licentia, & de non accedendo ad vxorem certis diebus, & quod relinquet vxorem quando Magiſter vocauerit, etiam vſque ad mortem, quod eſt quaſi vxorem non habere: quia non poteſt allegare ſe habere vxorem, nec mulier conqueri de abſentia mariti, & ita dicedere tenemur, nihil huic voto de eſſe perfectionis, quæ in religione de neceſsitate deſideratur. Nota.



Licet enim non ſe extendat ad omnes particulares actus continentiæ, extendit ſe tamen ſimul cum alijs duobus votis ad diſpoſitionem totius vitę iſtius fratris, ſeu fratrum, & ſecundum hoc habet quandam vniuerſalitatem. eſtque veræ religionis votum, vt dictũ eſt, quæ omnia indicantur, & confirmantur in bullis Gregorij Papæ Decimitertij, & Sixti Quinti, poſsitis ſupra libro 1. cap. 4. §. 51. numero 1. ibi. Votum perpetuæ caſtitatis, &c. *Et ſtatim*. Sed illius loco votum coniugalis caſtitatis facere, &c. Et Sixtus Papæ Quintus, ibid. §. 52. num. 6. ibi. Continentiam perpetuam vouendam, &c. Sed illius loco iuxta ſtatuta militiæ, S. Iacobi, ſatis ſit, eos coniugalem vouiſſe, & vouere, &c. videantur iſtæ bullę.

8 Et hæc omnia doctus lector ampliare poterit, & confirmare conſiderando quod inter hæc ipſa tria vota, eſt exceſſus: nec ęqualiter conſtituunt, & integrant religionem: nam votum obedientiæ eſt pręcipuum caſtitate, & paupertate; propriuſque accedit ad actus propinquos finis religionis, eſſentialiuſque, vt docet expreſſe D. Thom. 22. quæſtione 186. artic. 8. Huc etiam 9
ſpectat quę ſupradixi quod in diſciplina regulari, non vnum medium, aut votum debet tantum conſiderari, ſed omnia debent ſimul ſummi. & ſic huius voti caſtitatis religioſę perfectio magis Nota.
apparet, & intelligitur conſiderata cum alijs duobus votis, & maxime cum voto obedientiæ ad omnia.

10 Aliqua exempla adduci poſſunt, quæ hoc confirmant, vt in ſacramento pœnitentiæ, de eius materia ſubſtantiali ſunt contritio, confeſsio, ſatisfactio. Non tamen eſt neceſſarium ſit perfecta contritio: ſed vera & ſufficiens materia eſt imperfecta contritio, quæ attritio dicitur, vt oſtendi. §. 10. ad 10. numero 8.

11 Recolendum eſt etiam quod ſi iſta religio, exceditur, (vt re uera exceditur) ab alijs in caſtitate. ipſa excedit aliquas, in obediẽtia.

tia. & vt inquit frater Michael de Medina, per duriſsimum inſtitutum moriendi pro Chriſto: recompenſat, quod deeſt illi de laxitate.

Nota. 12 Item eſt aduertendum quod iſta militia abſolute, & pleno ore vocatur a Summis Pontificibus religio. vt oſtendi cap. 1. §. 3. itaq; eſt perfecta, & abſolute, ſimpliciterque religio. quod etiam probatur exeo quod perfectio eius, & alterius cuiuſcunque religionis, non eſt ſumenda, nec regulanda in ordine ad ſtatuta aliarum religionum: vnaqueque enim debet conſiderari ſecundum proprium finem, et ſic media adhibere proportionata. conſideranda que ſunt omnia vota, et exercita, et taliter ordinetur, ſeu ſubſtantietur per iſta tria vota in eo gradu, et forma, vt poſsit, et valeat religare homines cum Deo, relinquentes ſeculum: et perfectionē charitatis (adiutorio Dei) conſequi. et tunc profecto talis religio vere, et eſſentialiter, perfecta que eſt. nihil ſibi defficiens de perfectione neceſſaria, et eſſentiali. hæc tutem in ordine S. Iacobi inueniuntur. ergo vere, et eſſentialiter eſt religio. propterea enim Summus Pontifex ei priuilegium dedit in bulla confirmationis: vt fratres milites poſt factam profeſsionem ad alium ordinem non tranſirent, ſine licentia Magiſtri.

Videri poterit Medina de ſacro. homi. conti. lib. 4. controu. 7. cap. 39. fol. 383. dicit quod argumenta contraria tantum perſuadere poſſunt, non eſſe iſtam religionem in apice perfectionis conſtitutam, quemadmodum religiones quæ per omnimodam caſtitatem contemplationi deſtinantur: hoc tamen non tollit quin ſit perfecta religio, cum debeat eſſe, ſitque latitudo, in ſtatu religioſo ſicuti in emittendis votis eſt latitudo. et hęc continet vera tria eſſentialia vota ſolemnia.

## Soluitur duodecimum argumentum, de actibus ſupererogationis.

### §. 12.

1 DVODECIMO argumentantur, quia in voto caſtitatis, quod iſte milites emittunt, non vouent aliquid ſupererogationis, et conſilij, ſed tantum vouent quod om





nes fideles ſeruare de pręcepto tenentur, ſcilicet de non accedendo ad alienam, quod autem debuerant vouere, vt eſſent religioſi, erat non nubere. ergo &c.

Et augeo argumentum, quia cum in profeſsione faciant mentionem nuptiarum, tale votum eſt contra naturam religionis.

2 Reſpondeo nego atecedens, falſum eſt enim quod iſti milites S. Iacobi nihil voueant ſupererogationis, & conſilij, nam ad hoc ſatis eſt quod voueant caſtitatem ſecundum regulam Diui Iacobi, ſub regula S. Auguſtini, vt explicatum eſt ſatis, & ſæpe v. g. precedenti §. 11. ad 11. argumentum n. 7. & magis explico, & probo, quia certum eſt quod frater miles qui non habuerit vxorem, tenetur abſtinere ab omni acceſſu carnali, vt cæteri religioſi. & ſi vxorem habuerit, tenetur alteram non concupiſcere, quod ſi concupiſcerit, ſacrilegium committet, vltra fornicationem, & adulterium, & hoc eſt ex vi voti ſolemnis emiſsi, quod votum etiam obligat reſpectu ſuæ vxoris, volo dicere quod tenetur quando ad eam accedit, ſeruare thorum immaculatum, & ordinem naturalem, nam ſi cum propria vxore rem habuerit extra vas naturale, erit peccatum mortale, contra legem Dei, & etiam peccauit peccato ſacrilegij, & ratio eſt quia in profeſsione per votum ſolemne, omnem actum illicitum excluſsit, & ſe Deo totaliter tradidit, & dicauit, & id quidem, pręcedente licentia vxoris. taliterque quod vocante magiſtro, non poteſt allegare, ſeu reſpondere, vxorem duxi. Et hæc ſub conſilio cadere & eſſe ſupererogationis certum & euidens eſt. Et etiā hoc quod eſt vouere præceptum Dei, ſcilicet de non fornicando, & de nō cōcupiſcēdo: actus ſupererogationis ſunt. licet enim chriſtiani teneantur ad hæc pręcepta ſeruanda: non tamen tenentur voto firmare, quod ea ſeruabunt: & ita nouum hoc vinculum quod hi fratres ſibi imponunt, noua quædam obligatio eſt, & opus ſupererogationis, propterea enim (vt dixi) dupliciter peccant, ſi deficiant: ſicuti & ſi abſtineant a talibus illicitis: duplici titulo ſeruiunt Deo, & magis merentur.

3 Quæ omnia Summus Pontifex breuiſsime in bulla confirmationis, & regula huius ordinis docet, his verbis † in habitu, & conuerſatione religionis, ſub vnius magiſtri ſtatuerunt obedientia commorari, eo vtiq; moderamine propoſitum ſuum, & ordinem temperantes, vt poſsint ducere vxores. & ita manet probatum quod iſti fratres milites voueant caſtitatem ſufficienter, vt ſint vere & eſſentialiter religioſi, ſub regula Sancti Auguſtini, quam de licentia, Nota.

centia, & approbatione Papę, modificarunt per regulam S. Iacobi tribus votis ſubſtantialibus conſtantem.

4 Bene que notetur, quod in hac profeſsione trium votorum caſtitatis coniugalis, obedientiæ, & viuendi ſine proprio, continetur implicite perfectio caſtitatis, quę requiritur ad veram religionem. recteque iſtud votum caſtitatis coniugalis dicitur eſſe votum caſtitatis, ſeu continentię perfectionis religionis. Quoniam vna cũ alijs votis, ducit ad perfectionem charitatis. vt oſtendi ad 11. argum. n. 7. & c. 1. §. 11. n. 6. & optime hæc probantur exemplo ſatis repetito ex religione ſocietatis Ieſu, in qua co adiutores non formati dominium habentes, ſeruant ſufficienter paupertatẽ religioſam, verumque ſubſtantiale votum religionis emittũt. vt bulla Apoſtolica docet in principio huius cap notab. 9.

5 Ad confirmationem reſpondeo, quod profeſsio quam iſti fratres emittunt per votum caſtitatis coniugalis, non eſt contra religionem. bene enim eſt aduertendum, quod licet coniugium in religioſis, qui profitentur omnimodam continentiam, ſit contra votum continentiæ ab eis emiſſum. non tamen inde ſequitur, quod coniugium, ſeu votum caſtitatis coniugalis ſit contra ſubſtantiam religionis, vt eſt eſt dictum & ſępe probatum.

Nota.

## Soluitur 13. Argum. ex cælibatu, quod melius eſt quam matrimonium.

### §. 13.

MELIVS, & perfectius eſt eſſe cęlibem, quã coniugatũ: ſed iſti milites non ſunt cælibes, ergo nõ poſſunt eſſe perfecti, nec religioſi. probo conſequentiam quia deeſt illis talis perfectio.

2 Reſpondeo, concedo antecedens, & nego conſequentiã. Nam probatio eſt nulla ſiquidem talis perfectio cęlibatus, accidentalis eſt, & non variat ſpeciem in genere, ſeu ratione caſtitatis. imo nec in genere, & ratione religionis. Primũ patet ex hoc cap. 2. in principio notab. 5. ſecũdum probo, quia perfectio, quę in religionibus quæritur, non conſiſtit eſſentialiter in caſtitate, ſed in charitate, & illa perfectio cælibatus: perfectio eſt accidentalis huic voto religionis, & ſine ea votũ ſubſtantiale eſt, & ſufficiens vna cum alijs ad cõſtituendam religionẽ. Sit exẽplum in paupertatis voto: certe melius, & perfectius eſt quod religio non habeat propria bona in

com-



cõmuni: non tamen eſt neceſſe, vt ad maiorem perfectionẽ charitatis pertineat, non habere bona in cõmuni, nã pro diuerſitate perſonarũ, & ſtatuũ interdũ ita eſſe poteſt, interdũ ita eſſe nõ poteſt. & ita aliquę religiones habent bona propria in cõmuni, & alię nõ habent. vide D. Tho. in 22. q. 188. ar. 7. & Fraciſcũ Suarez ad 3. p. D. Tho. q. 40. ar. 3. fol. 458. et probatur aperte ex doctrina Papæ Ioannis 22. in extrauag. ad condi. de verborũ ſignific. de quo ſupr c. 1. §. 11. n. 1. et ad hoc propoſitum facere videtur doctrina D. Auguſtini, de Eccleſiaſticis dogmatibus. c. 36. 64. et 67. ibi. Bonæ ſunt nuptię, ſed cauſa filiorũ, et cõpeſcendę fornicationis obtentu. Melior eſt continentia, ſed non ſibi ſufficit ad beatitudinẽ ſi pro ſolo amoræ puditiæ retinetur, ſed ſi, et cũ affectu cauſa vacandi domino, eligatur, alioquin diuortiũ magis coniugij videbitur eſſe, quã apetitio caſtitatis. Virginitas vtroq; bono præcelſior eſt, etc. hæc ex D. Auguſt. quę doctrina pro ſolutione huius argum. et præcedentium notanda eſt.

## Soluitur 14. arg. quod nuptiæ pedicæ ſunt.

### §. 14.

NVptiæ pedicæ ſunt, hoc eſt, piguela, aut compedes. quia coniugatis implicatur negotijs ſecularibus. ergo iſti non poſſunt eſſe religioſi, nec milites Chriſti. nã dicit D. Paulus 2. ad Thimot. 2. labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu, nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus. ergo etc.

2 Reſpondeo, quod abſolute loquẽdo, nuptię pedicæ ſunt: in noſtro autẽ caſu non ſic pedicæ ſunt: ſed ſubſidiũ in remedium concupiſcentiæ venereæ, ex qua inſurgit continua pugna: et eſt rara victoria. vt eſt dictum c. hoc 2. in principio notab. 2. et 3. et 7. et §. 2. ad 2. n. 5. et ſequent. vbi oſtendi (& per id ſoluitur hoc argum.) hos fratres habere vxores quaſi non habentes, & de licentia earũ eſſe traditos totaliter Deo & ordini, & totaliter mancipatos.

3 Ex his etiam, & ex lib. 2. c. 1. §. 3. & 4. & 6. & 7. patet, quod autoritas allegata D. Pauli, non eſt contra eos, quia ſunt milites Eccleſiæ, certatim portantes iugum Dei. Et ad id faciendũ ſunt obligati profeſsione ſolẽni, et in cõſcietia ſub pœna offenſæ Dei: attẽdere inquã ad res belli, & in bellicis exercitijs, alijſq; obſeruãtijs regularibus huius ordinis, ſe exercere, ad perfectionẽ charitatis (vt omnes alij religioſi tenẽtur, in ſuis ordinibus facere, et ſe diſponere) tendentes.

4 Do-

4 Doctrina D. Pauli probat, & admonet; ne iſti fratres reuertantur ad ſæculum, vt canis ad vomitum: nec ſe immiſceant rebus mundanalibus: ſed inſiſtant deffenſioni Eccleſiæ, & hoc fatetur & docent, & admonent Bullæ, & regula S. Iacobi ſæpe ſæpius. ſupra cap. 4. lib. 1.

## Soluitur 15. argumentum, extendentia totali in Deum.

### §. 15.

ET quis ſit vere religioſus neceſſarium eſt, vt totaliter feratur in Deum, hoc eſt, quod ſit in ſtatu, cuius natura, & diſpoſitio talis ſit, quod potens ſit ad remouendum omnia impedimenta, per quę homo poſsit impediri, ne totalis eius affectus tendat in Deum, in quo conſiſtit perfectio charitatis, ſed huiuſmodi impedimenta ſunt gubernatio domus, & vxoris, & filiorum. ergo iſti milites non poſſunt eſſe vere religioſi, probo, quia habent talia impedimenta.

2 Reſpondeo, concedo antecedens, & nego conſequentiam, & probationem. nam iſti fratres non habent talia impedimenta, quia regula S. Iacobi ſufficienter tollit impedimenta quæ ſunt in gubernatione domus, vxoris, & familiæ, cęteraque omnia obſtacula diuini amoris, per que tria vota ſubſtātialia ducit ad cōplementum perfectę charitatis, & iam oſtendi ſępe cap. 1. §. 11. & 12. & cap. 2. notab. 7. & in ſolutione ad ſecundum.

## Soluitur 16. Argumentum a nomine monachus, hoc eſt ſolus.

### §. 16.

MONA-



MOnachus dicitur, id eſt ſolus. ergo iſti milites non ſunt monachi, cum ſint vxorati, & nō ſoli, ſeu ſolus. ergo non ſunt religioſi.

2 Reſpondeo, argumentum eſſe de nomine. Et etiam male procedere, quia a particulari, ad vniuerſalem negatiue colligit: vt non eſt Petrus, ergo non eſt homo, non valet. ſic non ſequitur, non eſt monachus, ergo non eſt religioſus, quia plures ſunt regulæ religionum, vt oſtendi in hoc cap. 2. in principio notab. 1. licet ergo iſti milites non ſint monachi, ſunt tamen fratres S. Iacobi, ſub regula Canonicorum regularium S. Auguſtini, & ſic religioſi. Et ita patet quod ſunt religioſi, & probaui cap. 1. §. 3. num. 12. oſtendendo quod hi milites vocantur fratres, a Summis Pontificibus. probatur etiam ex D. Tho. 22. queſt. 181. ar. 2. ad primum. vbi dicit, quod votum ſolemne facit hominem monachum, vel alterius religionis fratrem. & in ar. 5. in corpore dicit, quod votum ſolemne facit monachum, vel religioſum. itaque S. Doctor ſignificat, & docet non omnes religioſos eſſe monachos.

3 Videatur ſolutio argumenti decimi §. decimo vbi feci mentionem literæ Diui Thomæ 22. queſtione 88. articulo 11. interpretantis nomen monachi, quod eſt ſumptum ab vnitate per oppoſitionem ad vitam diuiſsibilem: iſti autem fratres non faciunt vitam diuiſsibilem, ſed profitentur vitam communem, vt docet Bulla confirmationis, & oſtendi ibidem, & alias ſæpe: vt hoc capitulo ſecundo in principio, notabili. 7. & §. ſecundo numero 7. in ſolutione ad ſecundum numero 5. & cap. primo §. 12. & ita patet argumentum non concludere, quia licet non ſint monachi, ſunt fratres.

4 Et profecto ſecundum doctrinam Diui Auguſtini de interpretatione monachi, tomo octauo, in Pſalmo 132. Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in vnum: confirmari hęc poſſunt. nā ſecundum Diuū Auguſtinum qui viuunt in vnum, vt vnum hominem faciant, vt ſit illis vere quomodo ſcriptum eſt, vna anima, & vnum cor, multa corpora, ſed non multæ animæ, multa corpora ſed non multa corda, recte dicitur monos, id eſt vnus, ſolus. hæc ex Diuo Auguſtino, quę ſufficienter verificari in iſtis fratribus militibus coniugatis docet Bulla. ſupra numero 1. & numero 15. ibi ſine proprio viuere debeatis, illorum fidelium exemplum habentes qui ad Fidem Chriſtianam Apoſtolorum prędicatione conuerſi, &c.

S Ma-

Manet ergo ſoluta vis argum. quę in eo ſita eſt, quod iſte habet vxorem. nam reſpondeo, habere, ac ſi non haberet, quia de eius cõſenſu, eſt ſub dominio Magiſtri totaliter conſtitutus, totaliterque & ſemper ab eo dependens & cum eo, & ordine facit vnum corpus religionis vt ſępe eſt dictum & in ſolutione ad 3. & 2. & in ſol. ad 19.

## Soluitur 17. Argumentum, de viuendo ſine proprio.

### §. 17.

ARgumẽto r. 17. quia votum paupertatis non emittunt, nam proprium habent. patet ex eorum profeſsione, in qua dicunt (*Yo hago uoto, y prometo uiuir en caſtidad coniugal, y ſin proprio, ſegun la regla, priuilegios y eſtablecimientos de la dicha orden, haſta la muerte.*) Ergo non vouent ſimpliciter, viuere ſine proprio, ſed cum reſtrictione.

2 Reſpondeo, negando quod iſti milites non emittant verum, & abſolutum votum viuendi ſine proprio, nihil enim ſibi reſeruant, vt patet ex hoc cap. 2. in principio notab. 7. & 8. & ex bulla confirmationis lib. 1. cap. 4. num. 15. ſine proprio viuere debeatis, & §. 1. in regula n. 21. & num. 44. nullum proprium habeant, nec retineant quidquam niſi quod a Magiſtro, vel Commendatore fuerit eis conceſſum.

3 Ex quibus patet, quod male allegantur in argumẽto verba profeſsionis, profeſsio enim recte ſub illis verbis fit, debent enim intelligi ſecundum eandem regulam & Bullam Apoſtolicam, & ordinis praxim, ſecundum quam nullo modo habent propriũ, & verba profeſsionis faciunt hunc ſenſum (*Prometo de uiuir ſin proprio, ſegun la regla de Sanctiago.*) Id eſt, cũ omnes religioſi teneantur vouere paupertatẽ in eo gradu, & modo, quẽ Summus Pontifex determinauerit, & non in toto rigore v.g. Franciſcani vouẽt de non habendo loculos in communi, nec in particulari, & aliqui alij religioſi vouent de nõ habendo in particulari, bene tamẽ in cõmuni. & vnuſquiſq; vouet ſecundum regulam ſuę religionis & nõ alterius, ſic iſti milites faciunt, dicentes ſe vouere ſecundum regulam D. Iacobi, & non ſecundum regulam S. Franciſci, aut alterius religionis. ſemper tamen verum eſt, quod ſimpliciter, & abſolute vouent viuere ſine proprio, exemplum etiam eſt in fratribus clericis hu-

ius



ius ordinis B. Iacobi, vouent enim viuere ſine proprio, & in profeſsione, expreſſe dicunt. *Segun las conſtituciones, de los Fraylas Clerigos de la dicha orden.* Qui & poſſunt mitti ad Rectorias, & Prioratus, ibiq; addire hæreditatem paternam, & adminiſtrare hęc, & alia bona, et diſtribuere, & condere teſtamentum (de licentia Prælati, ſic enim ſupponimus) & ſimiliter fratres milites quicquid ſic faciunt, & diſponunt in vita, et morte ex licentia magiſtri faciunt.

4 Præterea in religione ſocietatis Ieſu, coadiutores dum profitentur, dicunt expreſſe vouere paupertatem, caſtitatẽ, et obedientiam ſecundum modum declaratum per Bullas Apoſtolicas, & conſtitutiones ſocietatis eiuſdem, vt patet ex bulla Gregorij 13. allegata ſupra. Neque in his oportet immorari, ſunt enim notoria & certa, et aliæ religiones vouent ſecundum ſuas regulas, & conſtitutiones.

## Soluitur 18. Argumeutum, de ſarcina matrimonij.

### §. 18.

ARgumentantur aliqui, a ſarcina, & obligationibus matrimonij: quæ reſpuunt votũ legitimæ paupertatis: quod Fieri non poteſt, vt quis allat in paupertate et penuria vxorẽ & filios: debetq; eis in perpetuum prouidere, ac proinde poſſeſsiones, ac primo genituras ambire, quas illis relinquat. ergo &c.

2 Confirmo, & explico virtus in mediocritate conſiſtit, et res extrema, & in ordinata eſt, vt pater familias det omnia, ſine quibus, nec ipſe, nec familia poſſunt vitam tranſigere, & hoc eſt exponere ſe periculo fame moriendi. ius ergo naturæ poſtulat, vt iſti milites ſint capaces dominij, propriumque habeant, et aliud videtur in intelligibile.

3 Ex quibus colligendum eſt, quod motus Pij Quinti, qui aufert priuilegia teſtandi omnibus Commendatoribus, non eſt intelligendus de his Commendatoribus coniugatis, quia eorum ſtatus dominium poſtulat, et ita habent poteſtatem teſtandi, taliter quod forte, nec Summus Pontifex ab eis auferre poſsit poteſtatem teſtandi de bonis patrimonialibus, & ſua induſtria acquiſitis, et probo, quia per ſuam profeſsionem, a ſe non abdicant dominium eorum bonorum.

4 Et confirmo, quia iſte proprius motus non eſt in Hiſpania receptus, quo ad hos commendatarios cõiugatos: cum omnes abſque vllo ſcrupulo teſtentur, vt antea teſtabantur. Et adquirunt bona, & majoratus iure hereditario, & ingentes habent prouentus, ergo habent proprium.

5 Ad argumentum Reſpondeo. Concedo antecedens vt propoſitum eſt, & nego conſequentiã. Antecedens enim abſolute loquẽdo eſt verum: non eſt tamen ad propoſitum. Nã procedit in coniugatis, qui ſunt ſui iuris, & habẽt bona propria, & eis incũbit ſarcina domus: ſecus vero eſt in his fratribus (vt ſepe eſt dictũ) quod proprium non habent, nec propriam, & liberam voluntatem: Argumentum ergo in equiuoco laborat. Et illud quod allegatur de penuria, & paupertate: non habet vim, quia licet prouiſio, & ſuſtẽtatio fieri non poſsit ſine bonis: non tamẽ eſt neceſſarium, vt maritus, aut vxor habeant dominium rerum, aut proprium cenſum: dominij q; ſunt capaces. Et argumentum tantum probat, quod matrimonium poſtulat ſuſtentationẽ familiæ: ſed nõ probat quod maritus debeat habere proprium. patet exemplo illorum fideliũ, qui ponebant bona ſua ad pedes Apoſtolorum, & diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. Et hoc eſt quod in hoc ordine, Summus Pontifex in bulla confirmationis, & regula docet: vt patet ſupra numero 15. & numero 11. in horum collegio tu Petre Ferdinande Magiſterium ſuper alios, & prouidentiam ſuſcepiſti.

6 Itaq; ſatis eſt, prouideatur familiæ huius militis, ſecundum prouidentiam Magiſtri, & prout magiſtro viſũ fuerit, ſiue mediãte aliquo prepoſito Commẽdatore, ſiue dando licentiã ipſi marito, talis enim adminiſtratio, a marito exercita, non inducit in eo dominiũ ſeu proprietatem, vt patet in fratribus clericis beneficiatis huius ordinis, qui habent famulos, & ſeruitrices, & ſibi, & eis adminiſtrãt neceſſaria de licentia Prælati, quam vnoquoq; anno ab eo petunt, & ſimiliter vnuſquiſque frater miles, vno quoq; anno petit a magiſtro, preſentando ei inuentarium omnium quæ poſsidet, a quibus omnibus tunc ſedes appropriat, ponẽdo ea in manu magiſtri, vnde & dicit, in inuentario, *para adminiſtrar eſte preſente Año.* Vt ſupra libro primo capitulo quarto §. 46. numero quarto. quod eſt notandum. Et hec omnia fiunt ſecundum Bullas Apoſtolicas





tolicas, & regulam S. Iacobi, ſupra lib. 1. cap. 4. §. 1. numero 43. ibi nullum proprium habeant nec retineant quicquam niſi, quod a Magiſtro vel Comendatore fuerit eis conceſſum. videatur noſter Magiſteriſta fol. 11.

7 Ad confirmationem reſpondeo. Concedo quod virtus conſiſtit in mediocritate, & quod extrema ſunt fugienda & nego quod ſit in ordinatum, dare pro Deo bona ſua; quando de facili poteſt fieri prouiſio aliunde, vt docet D. Tho. 22. queſtione 32. ar. 6. Et quando vniuſquiſq; frater miles profitetur viuere ſine proprio, ponit prudentiſsime omnia in manibus magiſtri, ſic enim manet ſine proprio, manentibus talibus bonis, in manibus Prælati, qui ex vi legis, & regulæ D. Iacobi, approbatę a Summo Pontifice, tenetur prouidere tali fratri, & ſuæ familię.

8 Deinde illud corolarium argumenti, quod proprius motus Pij Quinti auferens priuilegia teſtandi commendatoribus, non eſt intelligendus de his commendatoribus S. Iacobi. falſum eſt: & contra bullam ipſius propij motus, & bullas Apoſtolicas huius ordinis. Innocentij 8. & Clementis 7. & Pauli 3. qui Summi Pontifices conceſſerunt iſtis militibus licentiam teſtandi. Nam ſecundum regulam D. Iacobi, nec; iſti fratres milites neque fratres clerici condere poterant teſtamentum, vt ex ipſis bullis patet, & ex regula, & bulla confirmationis. & ſtabilimentis, & conſtitutionibus huius ordinis, verbigratia in impreſsis anno 1503. fol. 42. tit. 48. quod optime profecto allegatur a doctore Nauarro, in propugnaculo Apologiæ de reddit. his verbis. *Los bienes immobiles que* Nota. *dexaren los Freyles de nueſtra orden que murieren ſin hijos legitimos, que queden libres, y exemptos para la dicha nueſtra orden, y de ellos no puedan mandar, teſtar ni diſponer a perſona alguna que ſea, de alguna manera, porque todo lo que el Religioſo adquiere, a ſu orden lo adquiere.* Hæc ibi. Patet ergo falſitas argumenti, videatur Nauarr. ſupra num. 19. & de reddit. quæſt. 1. memb. 56. num. 3 & num. 56. & 57. ſed neque ad faciendum teſtamentum, eſt neceſſe habere dominium, vt patet in fratribus clericis.

9 Illud vero quod in argumento additur, quod forte nec Summus Pontifex poſsit auferre poteſtatem his fratribus teſtandi, de bonis patrimonialibus, pluſquam falſum eſt. ſicut & illud aliud, quod per profeſsionem non abdicant a ſe dominium. quod manifeſte eſt contra bullam Apoſtolicam confirmationis Alex. Pap. 3 & regulam cap. 20. nullum proprium habeant, nec retineant quicquam niſi

quod a Magiſtro, vel Commendatores fuerit eis conceſſum. Patet etiam ex praxi.

10 Deinde circa id quod in confirmatione ſubnectit, quod proprius motus Pij V. non fuit receptus, quo ad hos fratres milites, qui faciunt teſtamentum. Notetur, quod pro parte domini noſtri Regis Philipi ſecundi, qui huius militiæ S. Iacobi, & Calatraue, & Alcantaræ, militiarum adminiſtrator perpetuus exiſtit, fuit ſupplicatū apud Sanctā Sedē App. de hoc propriomotu Pij V. & Gregor 13 reuocauit hunc propriummotum Pij V. vt ex eius literis Apoſtolicis patet, in quibus expræſſa mentio fit de iſtis militibus D. Iacobi, Calatraue, & Alcantare. Dat. Romę Anno Domini M. D. Lxxv. et de ea fit mentio, ſupra lib. 1. c. 4. §. 44. et habetur in lib. definitionum de Calatraue, tit. 32. c. 4. fol. 242. & hæc eſt cauſa quod abſque ſcrupulo teſtantur, et non vt argumentum adducit, cuius autor male eſt informatus: et tenetur aliter res iſtas cudere, quas typis male mandauit, et falſe, et in damnum animarum, harumq. religionum apertam deſtructionē, nec ſunt tollerandā, quia contra veritatem, et bullas Apoſtolicas aperte pugnantia.

11 In eo vero quod aſſerit, hos fratres milites adquirere bona, et maioratus titulo iuris hæreditarij, habereque in gentes prouentus, non maledicit, ſed tenetur adere. Quod hoc totum fit de licentia prælati, et in fauorem familiæ, ſecūdum talis familiæ ſtatum, neq. vero horum bonorum habet dominium, ſed vſum, et adminiſtrationem: ſic enim voluerunt ordinis fundatores, quod iſte miles nō habeat proprium, et prouidere familiæ ſuæ, et de hoc dicit regula D. Iacobi, c. 13. Statutū eſt enim, vt nullus fratrum exhæredet filium ſuum. Vt vidimus ſupra lib. 1. c. 4. §. 1. nu. 35 ſupradicta probantur optime ex c. inſinuante. qui Clerici, vel vouētes. In quo Summus Pontifex Innocentius 3. (qui hunc ordinem D. Iacobi de certa ſcientia cōfirmauit,) determinat; valere votum ſolemne paupertatis, cum clauſula expræſſa demanendo in domo ſua. vt etiam docet ibi gloſſa et Couarr. 2. p. epit. decret. cap. 3. §. 1. num. 18. et Ledeſma de matrimonio. ad tertiam partem D. Tho. q. 47. art. 5 fol. 234. Nauarr. in conſil. lib. 3. de regul. conſ. 20. vide infra §. 25. ad 25. num. 14.

12 Huc etiam accedit, et eſt notatu dignum, quod legibus Iuſtiniani, in Autenticis. quibus ſtatuitur, bona eorum qui monachi fiunt eo ipſo ad monaſterium quem illi ingrediūtur pertinere, hoc tempore multæ religiones renuntiarunt, vt inter lios refert, et ſequitur





quitur Belarminus. lib. 2. de monachis cap. 43.

13 Videnda ſunt poſita. lib. 1. c. 4. §. 28. vbi fit mentio Bullæ Clementis. et §. 32. Bullæ Innocentij 8 et §. 39. Bullæ Pauli. 3 et §. 44 Bullę Gregorij 13. et §. 46. et 47. etiam in quibus agitur pe nō habēdo proprium, et de modo diſpoſitionis bonorum, et teſtandi, a fratribus, et Clericis, et de modo dandi commendas.

## Soluitur 19. Argumentum, ex repugnantia traditionis, quæ fit in matrimonio.

## §. 19.

NEMO poteſt duobus dominis ſeruire, vt inquit dominus in Euangelio, de Deo, et mamonæ, ſed ſic eſt, quod mulier habet poteſtatem in perſonam mariti, ergo Magiſter non poteſt habere abſolutum, et totale dominium in hunc militem ſicut alij Prælati Religionum habent in ſubditos.

2 Reſpondeo, quod propoſitio maior intelligitur quando domini ſunt contrarij, et diſparati, et non ſubordinati, verbi gratia in exemplo propoſito diuitiarum. quibus ſeruire, Deum negare eſt: auaritia enim ſeruitus eſt Idolorum. Sed ponamus, quod homo ſe habeat circa diuitias, non vt ſeruus, ſed vt dominus earum, et vt bene expendat pro Deo. tunc bene poteſt ſeruire cum diuitijs, quia eis vtitur, vt inſtrumentis ad opera virtutum. Et aliud eſt ſeruire Deo, et diuitijs: quod eſſe non poteſt: aliud vero cum diuitijs ſeruire Deo, quod eſſe poteſt. Et hæc dicta ſint pro intelligentia illius primę propoſitionis, de ſeruiendo duobus dominis: quæ nō ad propoſitum allegata eſt. Nā mulier ſufficienter ceſsit iuri ſuo, vt iam nunc magis declaro.

3 Pro minori propoſitione, in quo eſt difficultas, iam ſępe eſt dictum, quod dupliciter poteſt quis eſſe vxoratus, ſeu habere vxorem, vno modo quod ſubiaceat vxori, iure matrimonij abſolute: & ſic bonus Chriſtianus eſſe poteſt religioſus, eſſe nō poteſt. Alio modo, quod mulier ceſſerit iuri ſuo, & maritus propter defenſionē Eccleſię ſe tradat Deo, & ordini ſe mancipet, & tūc iſte homo ponit totū ſuum ſtatū in agendo Dei, & Eccleſię cauſas: & hęc eſt ſua ſpecialis cura, & habet vxorē quaſi nō habēs: & eā reſpicit

ſpicit, ſeu tangit quaſi ex quodam mentis latere, vtens ea ad opus bonum, & in remedium ſuę animæ, ſcilicet ad habẽdos filios, qui Deo ſeruiant, & ne incidat in præcipium fornicationis, vt ſæpe dictum eſt, & quod iſte frater eſt conſtitus ſub magiſtri dominio ſufficienter, vt ſit Religioſus.

4. Sed replicas, quia ſecundum regulam D. Iacobi, taliter vxor dat licentiam marito intrandi ordinem: quod maneat vxorata, nõ ſolum quoad vinculum matrimonij, ſed etiam quoad eius vſum, habetque ius ad copulam: ſimiliter & maritus: ergo non fuit facta abſoluta, & totalis traditio perſonæ huius vxorati militis, Magiſtro, & ordini: qualis in Religione requiritur. Videturque implicatio, quod ſit traditus mulieri: & traditus magiſtro: & quod ſit vxoratus: & Religioſus ſimul. Sed videtur dicendum, quod ſit tãtum quædam ſubordinatio, ad magiſtrum: & non traditio, nec mutatio ſtatus: & ita non ſimpliciter Religioſus, ſed ſecundũ aliquid.

*Confirmo* 5. Addo, & confirmo, quia etiã eſt repugnantia ex parte educationis filiorum, & gubernationis domus, ad quæ tenetur iſte de iure naturæ.

6. Reſpondeo ad replicam, quod iſta mulier manſit vxorata: & habet ius ad copulam: ſimiliter & maritus: ſed iſtud ius ad copulã carnalem, eſt valde diminutum. Et inefficax ad toties quoties, & ad ſemper pro mera voluntate eorum; quia ceſſerunt iuri ſuo: & factum eſt tale genus diuortij, in fauorem animarum, & Fidei Catholicæ, quod iſte homo coniugatus, non eſt liber, ſed ſub poteſtate magiſtri totaliter conſtitutus. Ex quibus patet, quod conſequentia eſt nulla, & conſequens falſum, dum ſic habet, ergo non fuit facta abſoluta, & totalis traditio, prout in Religione requiritur. Pro cuius maiori declaratione, & firmitate pono cõcluſionẽ.

*Concluſ. notanda.* Homo coniugatus intrãs Ordinẽ S. Iacobi, vere, & realiter, & abſolute, totaliterque traditur Deo Magiſtro, & ordini mancipatur: in obſequium Dei in perpetuum, ita ſufficienter, & efficaciter, ac ſi coniugatus non eſſet.

Concluſio iſta ſatis eſt probata ex ſuperioribus probationibus addductis cap. 1. & 2. notab. 7. & 8. vnicuique militi dicitur: nihil facturum fore pro ſua voluntate: & quod totam voluntatẽ ponit in manu Magiſtri: cui ſe abſolute, & totaliter cum omnibus ſuis bonis tradit; & ſic facit profeſsionem per vota ſolemnia, dicens. *Me offrezco, y doy a Dios, &c.* Mutatque vitam ſecularem; in regularem, vt probaui cap. 1. §. 7. & §. duodecimo

explicans



explicans, quod per votum ſolemne, homo ponitur ſub alterius poteſtate, & quod non poteſt eſſe votum ſolemne religionis, niſi quis faciat profeſsionem certę regulę; & abrenuntiet ſęculo, & propriæ voluntati, & probatur etiam ex D. Tho. 22. queſt. 88. art. 7. Item §. 4. oſtendi, iſtos fratres facere profeſsionem regularem, in habitu regulari, & §. 5. quod profeſsi, non poſſunt reuerti ad ſeculum, nec ad alium ordinem tranſire, ſine licentia magiſtri. *Nota.* ergo vera eſt concluſio, quod ſunt totaliter tranſlati, vereque & ſufficienter quo ad hoc reliquiſſe vxores, nam contra iſtam profeſsionem, & Imperium ſui Pręlati magiſtri, ſeu ordinis, non poſſunt allegare ſe habere vxores, nec ipſę maritos, & hoc vſque ad mortem, vt eſt dictum.

7. Ad confirmationem iſtius replicę, etiam patet ſolutio, quod vxor poteſt cedere iuri ſuo, & paciſci cum marito, & ad inuicem ſe abſoluere, ab omni iure quod habent in alterutrum. caput dudum, cum ſua gloſſa, de conuerſi coniuga. Filijs vero & familię nulla fit iniuria, quia hæc in bonum animæ patris fiunt, & in fauorem, & ſeruitium ſanctę Fidei, & ſacro Sanctę matris Eccleſię: nec manent deſtituti, nec fit contra ius naturæ, quia ſatis eſt fiat æducatio, & prouiſio ſecundum legem, & regulam D. Iacobi approbatam a Summo Pontifice, & hoc ſatis eſt explicatum §. 2. in ſolutione ad ſecundum & §. 10. ad decimum in explicatione literę D. Thomę & in hoc eodem, cap. 2. notabili. 7. & ipſa regula ſatis in hoc ſe declarat, & ſufficientiſsime prouidet, vt cap. 14. & 13. & 20. & 33. eius.

Sed adhuc replicas, quia licet hoc poſsit eſſe verum, in fratre milite, qui poſt matrimonium contractum, de licentia vxoris aſſumpſit habitum, non tamen poteſt hoc ſtare, in fratre milite, qui poſt profeſsionem duxit vxorem, quia vt aſſeritur, totaliter eſt traditus Deo, & ordini, & ita non poteſt ſe tradere mulieri in matrimonium ex quo fit, quod nec erit verum matrimonium, & ita non poteſt eſſe quis religioſus, & coniugatus. & probo, & declaro, quia vt ſit verum matrimonium, debet realiter, & actualiter tradere partem corporis ſui, ſeu corpus ſuum: ſic enim contrahunt (do me tibi in ſponſum.

9. Confirmo exemplo ſerui, quia ſiquis contrahat conditione adiecta, vt cohabitet cum Berta, & redat debitum ſolũ quando Dominus ſuus voluerit, tale matrimonium eſt irritum, & nullum iure naturali: ſed talis conditio virtualiter apponitur ab iſto milite pro

feſſo

profeſſo contrahente: quia (vt dicitur) Magiſter habet dominium plius, non ſolum inciuilibus, ſed etiam innaturalibus: quod eſt fortius, & maius dominiũ, quã id quod habet Dominus, in ſeruũ. ergo.

Secundo confirmo, & declaro ex decreto Alexandri Papa 3. in cap. propoſuit de coniugio ſeruorum, in quo prę ſupponit quod error ſeruitutis anullat matrimonium tanquam ex lege naturali, quia non ſupponit eſſe nullum, ex lege ab Eccleſia inſtituta. ergo lege naturali repugnat, quod iſte religioſus contrahat matrimonium.

11 Ad ſecundam replicam. Reſpondeo negando quod frater miles S. Iacobi profeſſus non poſsit contrahere matrimonium, & ad probationem, nego quod ad contrahendum verum matrimonium debeat realiter, & actualiter tradi corpus, ſeu pars corporis. namq; nõ eſt neceſſaria actualis tradditio corporũ ſed potentialis dũtaxat corporum tradditio, vt verũ matrimoniũ cõtrahatur, ſit que ratũ.

Certum eſt enim quod matrimonij vinculum perficitur mutuo conſenſu: quo conſenſu, coniuges ad inuicem ſibi traduat ius, & poteſtatem in ſua corpora. vt conſtat ex decreto Nicolai Papę 27. queſt. 2. cap. ſufficiat ſolum ſecundum legis conſenſus eorum, in quo docet quod matrimoniũ non facit coitus, ſed voluntas, & conſenſu matrimonium perficitur eſſentialiter. Et ita copula carnalis ſeu actualis coniunctio corporum non eſt de eſſentiali perfectione matrimonij, ſic etiam Concil. Florent. in inſtructione Armenorum docet matrimoniũ perfici mutuo conſenſu, & Concil. Trident. ſeſſ. 24. diſtinguit matrimoniũ ratũ, & conſumatũ, & ſupponit illud eſſe verũ matrimoniũ et ita definiuit Alex. Papa 3. cap. ex parte, & cap. veniẽs, & cap. cũ locũ. & Innocen. 3. cap. cũ apud de ſpõſalibus. videri poterit Medi. de ſacro hom. cõti. l. 5 c. 88. v. 2.

12 Notandũ eſt autẽ, quod in voto ſolemni religionis, nõ ſic fit potẽtialis traditio corporis, ſed actualis donatio, & tradditio perſonę. docet D. Tho. 22. q. 189. ar. 2. ad 1. & ar. 5. & quol. 3. ar. 18. & alijs locis citatis § 10. et eſt doctrina recepta, & ex his ſequitur, & probatur, quod ex natura rei bene poſſunt ſe cõpati actualis traditio corporis, quæ fit in profeſsione, & vinculum matrimonij, quia vt hoc vinculum ſtet, non eſt neceſſe corpus tradatur actu, ſed poteſtas in corpus, ex quo etiam fit eſſe factibile, et aliquãdo licere contrahere matrimoniũ, animo tranſeundi ad religionem, vt in cap. commiſſum de ſponſalibus. ſecundum quod caput, poteſt quis habere animum vere contrahendi, & non conſumandi matrimonium.

13 Sed inſtas forſam, dicendo, quorſum hęc? quia in iſtis militibus

non



nõ ſolũ eſt vinculũ matrimonij, ſed vſus matrimonij, contrahunt enim animo cõſumãdi, & in tali copula tradit. poteſtas actualis corporis, ergo argumẽtũ prę fatũ currit cõtra eos, & nõ poſsũt cõtrahere matrimoniũ. Probo cõſequentiã, quia per votũ religionis corpus ſuum, & perſonã ſuam tradunt totaliter Deo Magiſtro, & ordini, & ita non poſſunt vlterius ſe alteri dare in matrimonium, nec alio modo, & ſi attentent dare, donatio erit nulla.

14 Reſpondeo, concedo antecedens, & nego conſequentiam, & ratio eſt, quia iſte miles cõtraxit matrimonium ſecundũ regulã D. Iacobi, ſecundũ quã habere copulã non tollit dominium Magiſtri, quod habet in fratrẽ coniugatum, quia in rei veritate, & abſolute loquẽdo, eſt verũ dicere, quod eſt ſub dominio Magiſtri, eſtq;. Et ſic patet ſolutio, quod & magis intelligitur ex eo, quod de licentia, & beneplacito Magiſtri cõtrahũt matrimoniũ, & ſecundũ regulã quã profeſsi ſunt, & ita probatio inducta non eſt contra hos fratres milites, ſed contra religioſos qui profeſsi ſunt ſecundum regulam, quæ matrimonium non permitit, imo impedit, & dirimit.

15 Sed arguis quia probationi nõ eſt ſatisfactum, procedit enim ex natura voti ſolemnis, et ſtatus religionis, qui per vota ſolemnia, et nõ ſimplicia integratur, et ſic fit traditio corporis et perſonę, taliter quod ex natura rei; matrimonium impeditur, eſtq; illicitum, et nullum ipſo facto, ergo vel regula D. Iacobi non debet admittere matrimonium, vel ſi admittit non poteſt eſſe regula religionis inductiua, quia non habet vota dirimentia matrimonium.

16 Reſpondeo, nego antecedens, et conſequentiam, et falſitas antecedentis, in eo eſt quod habet non poſſe hominẽ fieri religioſum nec ſtare verã traditionem religionis, niſi per vota ſolemnia, quod aperte eſt falſũ, vt patet ex decretali Greg. 13. poſita ſupra cap. 2. notabili. 9. et in ea docet in ſocietate Ieſu, eſſe verã traditionẽ religionis per vota ſimplicia, ſimulq; ſtatuit vt talis traditio deinceps dirimat matrimoniũ ſubſequẽs, ergo traditio religionis nõ dirimit ex natura rei matrimoniũ ſubſequẽs, ſed ſolũ, ex ſtatuto Eccleſię, ac per conſequens poteſt facere, et facit Sũmus Pontifex, quod votũ ſolenne non dirimat matrimonium in his religionibus militaribus.

17 Ipſa enim Eccleſia dat ſolemnitatem voto, facitque votum eſſe ſolemne et in hoc diſtinguitur, a ſimplici: quæ et propterea, tantum differunt accidentaliter, in ſe enim ſunt eiuſdem ſpeciei, et conſequenter habent obligationem, et vim eiuſdem ſpeciei, at vero vis voti ſimplicis, non ſe extendit ad dirimendum matrimonium, ergo neque vis voti ſolemnis

ex

ex natura ſua id habet, ſed ex iure humano Eccleſiaſtico, vt etiam vidimus ſupra ad 10. rationem. Vnde Caietanus 22. q. eſt. 88. ar. 7. & 11. optime docet, quod Papa poteſt facere, vt votum factum coram tribus teſtibus, ſit ſolemne, ſicut ſtatuit, quod quicumque ſuſcipit ordinem ſacrum, emittat votum continentię, quod etiam voluit Eccleſia eſſe ſolemne, & poteſt velle & facere quod ſit ſimplex, & non ſolemne. Item recte docet Caietanus, quod ſi ab aliqua religione, ex approbatis remoueretur approbatio, quam habet à Papa; & poſtea aliquis eã profiteretur, & benediceretur, vt de monachis eſt ordinatum, non propterea aſtringeretur voto ſolemni.

18 Ratio ergo propter quam in hac religione Diui Iacobi, per votum ſolemne non impeditur, neque dirimitur matrimoniũ contrahendum, neque diſſoluitur matrimonium ratum Eſt: non quia vota ſolemnia non ſint, ſed quia Summus Pontifex pręſcripſit illi formam, & modum, minuendo ſolemnitatem eius, quoad hoc ſcilicet, vt ordinem hunc profitentibus, nubentibus que, matrimonium non ſit caſum ſed poſsint nubere ſecundum Dei ordinationem. ſicq; inter alios doctores, ſentit, & docet de hac religione D. Iacobi Calatraue, & Alcantaræ, & ſimilibus, doctor Nauarrus lib. 3. conſil. de regul. conſ. 23. num. 11.

19 Præterea quod ſtante traditione religionis, poſsit fieri vt religioſus contrahat matrimonium: etiam aliqualiter declarari poteſt exemplo aliquorum religioſorum, qui totaliter cum ſint traditi ordini, de licentia Prælati fiunt Parrochi, ſeu Rectores Eccleſiarum, & tunc promittunt obedientiam diœceſano, in his quæ ad dictam Curam & Sacramentorum adminiſtrationem pertinet. Item pater religioſi, (cuiuſcumq; religionis exiſtat filius) habet ius, vt ſi fuerit in neceſsitate, alatur â filio religioſo. At vero iura hęc, non derogant ſtatutum religionis,

2 Item oſtendo in voto obedientię, ad quam ſeruandam magis stricte tenentur vni religioſi, quam alij. nam aliqui tenentur ad redemptionem captiuorum, vel admiſsiones alias ad partes longinquas, de quo ſupra cap. 2. notabili 1. Alij vero qui hæc non vouerunt poſſunt (etiam iubente Prælato.) ad has regiones exteras non ire, ſed manere in regione ſua. & ratio eſt, quia vouerunt obedientiam, ſecundum talem regulam. Sic docent. Cord. lib. 3. quæſt. q. 6. & Dominicus Sotus de ſecreto q. 3. con. 2. Fr. Man. in Sum. 2. parte q. 9. inſtr. conci. 1. part. cap. 56.

2 Reſoluendo iſta patet ſolutio ad argumentum, quod frater miles

les



les per profeſsionem traditur totaliter Deo, Magiſtro, & ordini, mancipatur ſufficienter, nam licet non ita perfecte & expedite vt, ſi cœlebs eſſet, ſufficienter tamen & efficaciter, ac ſi coniugatus non eſſet, quo ad hunc ſcilicet effectũ, vt ſit eſſencialiter religioſus; ſicque intelligenda eſt cõcluſsio poſita in hoc argum. ſub n. ſexto, & quod hęc traditio non impedit validitatem matrimonij, quia vt probaui cap. 1. §. 12. & hoc loco non repugnat matrimonium, & ſtatus religionis.

22 Et argumentum propoſitum, quod probat (& id fateor) eſt. quod iſta mulier ſuſcipit in maritum hominem non liberum, & ipſa ſic eſt cõtẽta: ſicq; ei nulla fit iniuria ſed neque familiæ, vt iã oſtendi, & doctus lector poterit magis explicare ex ſequentibus.

23 Ad confirmationem ſecundæ replicæ deſumptam a ſeruo, Reſpondeo, nego maiorem propoſitionem quod non valeat matrimonium contractum, ea conditione, quod ſeruus redat debitum quando Dominus voluerit, & ratio eſt quia non omnino tollit copulã carnalem, ſed quod tollit eſt aliquas vices copulæ, quod non eſt contra eſſentiam matrimonij, vt etiam patet in matrimonio contracto a ſeruo, contra voluntatem Domini ſui, cum ea quę ſciebat ipſum eſſe ſeruum. ſic etiam valet matrimonium leproſi, & ſenis, qui poteſt habere copulam, licet non ſemper, ſed aliquando, Et ita nulla eſt argumentatio: ſed neque eſt ad propoſitum, quia in noſtro caſu nulla apponitur condicio. nam iſte frater miles abſolute contrahit matrimonium, & nullam ponit conditionem, neq; formaliter, neque virtualiter, ſed tantum ſupponit illud, quod eſt intrinſecum ſtatui religioſo, ſcilicet eſſe ſub dominio, & gubernatione totali Pręlati: neque vero decipit coniugem, quia iam ipſa ſciebat nubere cum homine ordinis Sancti Iacobi, vel Calatrauæ, vel Monteſiæ, ſicut & altera, quę ſciens accepit ſeruum in maritum, maiori voluntate, quam ſi eſſet homo liber, quia pulcher, quia affabilis, quia induſtrius eſt.

24 Ad ſecũdã cõfirmationẽ deſũptã ex cap. propoſuit. reſpõdeo, negãdo antecedẽs, & cõſequẽtiã. nã in iſto cap. Alex. PP. 3 pręſupponit matrimoniũ eſſe nullum, ex vi legis Eccleſię, & nõ ex vi legis naturalis, & hanc legem tulit Zacharias Papa in cap. ſiquis liber 29. quæſt. 2. non ergo Alex. Papa 3. eſt in contrarium, ſed in fauorem, qui iſtam religionem approbauit, & ſapientiſsime longo præhabito examine, diſpoſuit, vt quis poſsit eſſe coniugatus, & Religioſus. ſupra in Bula cap. 4. numero 7. ibi. inhabitu, &c.

cõuerſatione religionis &c. ſuum ordinem temperantes vt ſiue etiam qui vxoribus ſuis vtantur. & ita manet ſatisfactum argumento, quod ducere vxorem, ſecundum Regulam Sancti Iacobi, nulla eſt repugnantia, vt quis poſsit ſimul eſſe religioſus, & coniugatus.

## Soluitur 20. argumentum, quod non Regulam, ſed modum viuendi profiteantur.

### §. 20.

1 QVOD fratres Sancti Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, non profiteãtur regulam: patet, ex forma profeſsionum quæ ſunt ſupra hoc cap. 2. notabili 8. & quidẽ de militia Sancti Iacobi, ſatis eſt dictum, de militia Calatrauę probo, quia in profeſsione tantum fit mentio voti obedientię, & in militia de Alcantara, obedientię & caſtitatis coniugalis, in militia Monteſię fit mentio obedientiæ. ergo.

2 Reſpondeo, falſum eſſe aſſumptum argumenti, vt ſatis patet ex ſuperioribus, & ſignantur ex c. 1. §. 4. in quo oſtendi, fratres milites S. Iacobi facere profeſsionem regularem, ſub regula Sancti Auguſtini, & fratres milites Calatrauæ, & Alcantaræ ſub Regula Ciſtercienſi, & ſub hac eadem regula Ciſtercienſi facere profeſſinoem regularem fratres milites de Monteſia, conſtat ex verbis profeſsionis, & quia filiatio eſt ordinis de Calatraua. Et ſic vidimus ſupra hoc cap. 2. in principio notab. 8. quod fratres S. Iacobi dicunt in profeſsione *ſegun la regla de San Tiago*, & milites de Alcantara exprimunt, *ſegun la Regla de S. Benito*, & milites de Monteſia, *ſegun la regla de Calatraua, de la orden de Ciſtel.* Vides apertè profiteri regulam?

3 Supereſt hic aduertere, argumentum illud verſari in quadam ignorantia videlicet, quod profeſsio regularis non eſt, ſi fiat ſub nomine obedientiæ, ſed neceſſarium eſſe, facere etiam expræſſam mentionem paupertatis, & caſtitatis. At vero hoc falſum eſt.

4 Certum eſt enim quod in Eccleſia Dei, vt aliquis veram regularem profeſsionem trium votorum obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis faciat, non eſt neceſſarium quod expræſſe iſtas tres virtutes



virtutes, ſeu vota ſigillatim exprimat: ſed ſatis eſt, quod voueat obedientiam ſecundum regulam: vt probauimus ſupra, in ſecunda probatione, §. 4. ex autoritate D. Thomæ, & Sancti Antonini, & Silueſtri, & Ioannis Trulli ſuo libro intitulato Ordo Canonicorum, lib. 1. cap. 13. numero 6. & ſequent. qui hoc probat diffuſie referẽs aliquos modos profitẽdi ſub nomine obedientię, ſecundum regulam approbatã. Et ratio eſt, quia tunc in voto obedientiæ includuntur paupertatis, & caſtitatis vota. Videndus eſt præfatus autor Trullus, qui ſequtus Dyoniſium Cartuſianum, in opuſculo de profeſsione monaſtica. art. 3. & 21. multas profeſsionum formas refert. Vna eſt regularifarum, quæ etiam pro viris deſeruit, Sic. Ego N. ſoror promitto ſtabilitatem, & cõuerſionẽ morũ meorum, perpetuam continentiam, carentiã proprij, obedientiam ſecũdum regulam Beati Auguſtini, ſub perpetua clauſura. Forma profeſsionis ſecundum regulam Beati Benedicti. Hæc eſt. Ego frater N. promitto ſtabilitatem, & conuerſionẽ morum meorum, & obedientiam coram Deo, & ſanctis eius, ſecundum regulam Beati Benedicti, in preſſentia N. Abbatis. Cartuſienſes autem ſic: Ego frater promitto ſtabilitatem, obedientiam, & conuerſionem morum meorum, in quibus profeſsionibus, ſub obedientia regulari, paupertas, & caſtitas plane (licet non exprimantur) continetur. Deinde ad finem capitis refert formam profeſsionis, quam tradit ſpeculator in exordio tituli de regularibus. Ego N. promitto Deo, & ſanctis eius, & vobis domino Abbati, vel Priori coram vobis, & conuentu veſtro perpetuam continentiam ſeruaturum, in hac domo, vel monaſterio, quantum Deus fragilitati meę permiſſerit, & renuntio proprij, & vobis debitam ſecundum regulam talis ordinis obedientiam, & reuerentiam, ac ſtabilitatem, & conuerſionẽ morum, promitto. Hæc ex Ioanne Trullo. Qui etiam refert Innocentium in capitulo Porrectum de regul. dicentem, quod ſi quiſpiam ſe alicui religioni tradat: tantundem eſt, ac ſi profiteretur, & quod ſi quiſpiam obedientiam monachalem promiſſerit: veram profeſsionem compleuit. Et dicit Panormitanus in eodem capitulo Porrectum. Profeſsionem fieri poſſe his verbis: Trado me tibi in monacum, & in fratrem. Videndus eſt etiam Nauarrus de regularibus in capit. cui portio. 12. queſt. 1. num. 18. vbi in fauorem ordinum militiarum Calatrauæ, & Alcantaræ reſpondet prælato argumento, et repræhendit de ignorantia oppoſitum ſentientes. Idem tenet in conſ. lib. 3, titulo de regularibus conſil. 31.

SOL-

## Soluitur 21. Argumentum, ex habitu regulari.

## §. 21.

1 VIDETVR quod iſti milites S. Iacobi non habeant certum habitum, nam eo ad libitum vtuntur; ſiquidem inſigniam Crucis, quam ipſi habitum nominant deponunt quando volunt: nec in hoc arguuntur temeritatis, a confeſſoribus. Aſſumunt etiam pro libito ſuo veſtimenta tam in forma, quam in colore, & ſic non poteſt dici, eos habere certum habitum regularem, & idem videtur dicendum de militibus Calatrauę & Alcantaræ, & Monteſię.

2 Reſpondeo falſum eſſe dicere, hos fratres milites non habere habitum regularem. Et id oſtendi cap. primo. §. 4. & de militibus S. Iacobi patet ex bulla confirmationis Alex. 3. ſupra lib. 1. cap. 4. num. 7. ibi. In habitu, & conuerſatione religionis. & §. 1. in regula num. 12. Crucem in modum enſis pectori ſuo impræſſerunt, cum inuocatione Beati Iacobi. & in altera bulla eiuſdem Alexand. 3. contra milites vagantes ſupra eodem capite 4. §. 3. nu. 3. ibi reiecto habitu regulari. Extāt & aliæ bullę, & etiam de hoc agitur in ſtabilimentis, huius ordinis. *Titulo del habito, y ueſtidos.* cap. 1. 4. & 5. & eſſentia eorum habitus conſiſtit in Cruce in modum enſis, vt etiam adnotauit Magiſter Isla in explicatione regulæ Sancti Iacobi cap. 24. & licentiatus Rades in Chronica de S. Tiago. 4. cap.

3 Hęc adeo ſunt vera; Quod ſi quis frater miles temerarie relinquat hunc habitum, Crucem ſcilicet in modum enſis, peccat mortaliter, & incurrit excommunicationem. Conſtitutio enim Bonifacij Papæ octaui, hos milites comprehendit. quæ habetur in ſexto, titulo ne Clerici, vel monachi. Et incipit, vt periculoſa religioſis euagandi materia ſubſtrahatur, diſtrictius inhibemus. Ne de cętero aliquis quamcumq. religionem tacite, vel expreſſe profeſſus in ſcholis, vel alibi temere habitum ſuæ religionis dimittat, &c. Et quod compræhendat hos fratres milites. Probo etiam ex eadem litera textus, dicit enim, † quamcunque religion † ergo de omni religione loquitur: nam cum generaliter loquatur, generaliter intelligendus



telligendus eſt, & per eandem rationem probauimus ſupra lib. 1. cap. 2. quod iſti fratres milites tenentur facere profeſſionem anno expleto: quia dicitur in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 15. in quacunq; religione &c. videatur Nauarr. de regularibus in cap. ſtatuimus 19. queſt. 3. in queſt. 20. numero 73. & lib. 1. conſil. tit. de his quæ vi metu. fol. 95. conſ. 5. vbi etiam docet, quod verba generalia, generaliter ſunt intelligenda: etiam ſi non militet tanta ratio in vna ſpecie, quam in alia.

4 Itaq; tales milites deponentes habitum temere, incurrunt excommunicationem poſitam in hoc capite vt periculoſa, & ita inter alios tenet Magiſter Isla, & frater doctor Martinus Nauarrus in manuali cap. 29. num. 131. & de redditibus mon. 55. n. 2. ibi & palam geſtant habitum regularem, & faciunt profeſsionem. Caietan. in ſumma verbum, excommunicatio caſu 61.

Hoc etiam probatur ex dictis cap. 1. §. 4. & etiam §. 6. quod frater miles relinquens ordinem iſtum, eſt Apoſtata a religione, ſecundum quod, ibidē frater miles Gundi ſaluus Garcia de Faro confeſſus eſt ſe eſſe excommunicatum. & Innocen. Papa 4. relinquentes ordinem, iubet excommunicatos denūtiari. Bulla eſt ſupra lib. cap. 4. §. 5. Faciunt etiam dicta §. 5. quod iſte frater miles profeſſus non poteſt tranſire ad aliam religionem, ſine licentia Magiſtri.

5 Et ex his conuincitur falſum eſſe, quod fratres milites habitum temere deponentes non arguuntur a confeſſoribus. arguuntur enim a confeſſoribus doctis & peritis, & ita ab omnibus fieri debet & in hoc vigilandum eſt. Ecce profecto vidi ſcripturam autenticam factam Anno 1370. qua Stephanus Prebyter Cardinalis Domini Papę Greg. 11. pœnitentiariæ curam gerens, dat commiſsionem cuidam confeſſario, ad abſoluendum quoſdam fratres S. Iacobi, a certis: & inter ea ponitur iſta clauſula, † ac etiam inhoneſta loca intrando, habitum ſuum, non tamen animo apoſtatandi, temere dimittendo.

6 Voluntate etiam, & falſe in argumento dicitur, quod hi fratres aſſumunt veſtimēta precioſa ad libitum: contrarium eſt enim in regula, ibi ſeculari pompæ in ſplendore veſtis precioſę. vt ſupra lib. 1. cap. cap. 4. §. 1. numero 12. & numero 47. ibi veſtes albi, nigri, & pardi coloris tantum habeant, & pelles agninas, &c. & hic notandum eſt quod Innocentius Papa 8. dedit facultatem Magiſtro, vt diſpenſet cum quibus ſibi viſum fuerit ad vtendum veſtibus

bus pretioſis, ſunt enim aliqui horum militum, Comites, ſeu Mar-
chiones, viriq; vaſallos habentes, quibus ratione ſui ſtatus, conue-
nit aliquando ferre veſtes pretioſas, & iſta ratio ponderatur ab eo
dem Summo Pontifice Innocentio 8. in Bulla huius conceſsionis,
non vero diſpenſauit in regula (quod eſt valde notandum) ſed dat
licentiam Magiſtro, vt in particulari diſpenſet.

7 Sed & voluntarie, & falſe argumentum retorquetur contra mi
lites Calatrauæ, Alcantaræ, & Monteſiæ: nam notorium eſt perti-
nere ad eorum habitum regularem Crucem quam geſtant in latere
pectoris. de quo vidēdæ ſunt Bullæ ijs militibus conceſſæ, & con-
ſtitutiones, ſeu deffinitiones Calatrauę titulo 7. vbi agitur de ſcapu
lario, & Cruce, & manto, de Choro, *Et que traygan ropas, y veſti-
dos honeſtos y conuenibles de colores honeſtos, como conuiene a* Religio
*ſos.* Videnda eſt Bulla Sixti Papa V. pro militibus de Monteſia.
ſupra lib. 1. c. 4. §. 52. n. 4. & 6. ibi † habitum regularem militiæ de
Calatraua &c.

Videatur Rades in Chronica de Calatraua. cap. 4. & de Alcan-
tara. cap. 2. Concludo ergo hos milites Sācti Iacobi Calatrauę, Al
cantaræ, & Monteſię habitum portare regularem, eoſque debere
ſemper eo vti: ſicut & tenentur alij religioſi, geſtare palam.

## Soluitur 22. Argumentum, ex natura belli, quod ad id irregularitatem tendat.

### §. 22.

OFficium quod tendit ad irregularitatem, opponitur reli-
gioni, ſed inſtitutio harum religionum militarium, tendit
ad irregularitatem, ergo hi milites Diui Iacobi, Calatra
uæ, & Alcantarę, & Monteſiæ, & alij ſimiles non ſunt
vere religioſi. bona conſequentia, minor patet quia iſti ordi-
nes ſunt inſtituti ad pugnandum contra inimicos, vbi irregularitas
contrahitur. Maior vero aſſeritur a D. Sarmiento de redditibus Ec
cleſiaſticis prima parte defenſorij mon. 57. & probatur, nam ad
perſonas Eccleſiaſticas pertinet lenitas, & humilitas, religioneſque
inſtitutæ ſunt ad orandum pro amicis, & inimicis, & hæ militiæ ad
pugnandum contra inimicos inuentę ſunt. ergo.

2 Reſpondet huic argumento Doctor Martinus Azpilqueta
Na-



Nauarrus, in propugnaculo apolog. num. 17. ſic. an vero periculoſe
ſignificet in reſponſione ad 57. mon. non eſſe veram religionem,
quæ ad militandum inſtituitur ipſe viderit. mihi ego piaculum ce-
ſerem, per prędicta, in. 15. reſponſione, ſcilicet quia ſecundum D.
Thomam, & omnes religio inſtitui poteſt ad militandum. & con-
traria ſententia eſt periculoſa, & iuri, & facto contraria. hęc ex Na
uarro, qui videndus eſt, nam diffuſe hoc explicat, & probat, & opti
me. Et pro maiori declaratione notādum eſt, quod religio militans
ex intentione tendit ad defendendam legem Dei, ſeu diuinum cul
tum, & Eccleſiam. Et ad opera pia, ob diuinum intuitum. quod pro
batur ex bulla confirmationis huius ordinis, dum monet fratres mi
lites, ne in ſarracenos mūdanę laudis amore, nec deſiderio effunden
di ſanguinem, nec terrenarum rerum cupiditate craſſentur, ſed id
tantum in pugna ſua intendant, vt vel Chriſtianos ab eorum tuean
tur incurſu, vel ipſos ad culturam poſsint Chriſtianæ Fidei prouo-
care. & in regula cap. 25. dicitur, vt quicquid ſic fecerint, pro exalta
tione nominis Chriſti faciant, ſic ſupra lib. 1. cap. 4. §. 1. n. 49.

3 Et profecto cum tale exercitium belli pro charitate ſit, non po
teſt eſſe contra charitatem, nec contra ſtatū religioſum, ſed potius
plena iuſtitia. per ea quæ docet D. Ambroſius in lib. de officijs, quē
refert, & ſequitur D. Tho. 22. q. 188. art. 3. ad 1. & ad ſecundū dicit
D. Thom. quod militare propter aliquid mundanum, eſt omni re-
ligioni contrarium, non autem militare propter obſequium Dei,
& proſequitur optime Menchaca lib. 3. controuerſ. illuſtrium cap.
105. num. 47. & 52. & Petrus Gregorius ſintag. iur. vniuerſi 2. par-
te cap. 34. num. 3. vbi dicit de fratribus militibus Sancti Ioannis
eſſe Eccleſiaſticos, cum arma libere, & ex profeſsione pertractent
pro Fidei tuitione, aduerſus Agarenos. exemplo Machabeorum,
quę tamen clericis non conceduntur. facit etiam Gloſſa in cap. duo
ſunt genera, vbi notat, quod templarij ſunt Eccleſiaſticæ perſonę,
licet arma mouere poſsint, ſed & efficaciter hoc docet & probat
Bulla Sixti Papæ Quinti conceſſa militibus Monteſiæ, ſupra lib.
1. cap. 4. §. 52. num. 1. ibi. † militias, quæ ſub regula approbata alicu
ius ordinis ad Fidei Catholicæ defenſionem, eiuſque hoſtium de
preſsionem canonice inſtitutæ ſunt &c. *&* *infra*, num. 2. ibi. ad
defenſionem Regni Valentiæ, &c. hęc ex Bulla ex qua patet ar-
gumentum nil probare ſed perperam procedere.

4 Deinde ratio quæ adducitur quod ad perſonas Eccleſiaſti-
cas pertinet lenitas, & humilitas, nec eſt ad propoſitum, nec

contra hos milites: imo potius facit, & est consona regulæ Sancti Iacobi, quæ præcipit, vt vnuſquiſq; frater miles ſic faciat in propria, & ſua particulari iniuria. cap. 18. & 19. ibi patientes ſint ad omnes Chriſtianos, ſupra cap. 4. § 1. num. 38. & 39. hæc autem humilitas, & lenitas Chriſtiana & religioſa, non tollit defenſionem patriæ, & Eccleſiæ, ſimulq; eſſe poſſunt humilitas, lenitas, fortitudo, & iuſtitia. nam fortitudo quæ per bella defendit patriam, & fidem a Barbaris iuſtitia eſt, imo impium eſt negligere hæc quæ ſunt Dei, eiuſq; iniurias diſsimulare. Ex quibus clare lucet, quod argumentum male hæc confundit: & diſtinguere oportet iram, & indignationem, contentiones que peruerſas, a virtutibus: & inter militiam ſecularem, & militiam regularem, quæ a religioſis perſonis exercetur, nam licet illa ſęcularis interdicitur pęnitentibus, non tamen regularis, quæ propter obſequium Dei fit, & docet D. Thom. ſupra in ſolutione ad tertium, quod & antea indicauerat, & docuerat regula Diui Iacobi, ibi, multo plus eſt, & difficilius perſonam magnis periculis exponere pro ſuis proximis: quam in domo otij corpus multa maceratione affligere. Et non eſt quicquam glorioſius apud Deum. &c. vt ſupra lib. 1. cap. 4. §. 1. num. 30. & in Bulla eodem lib. 1. cap. 4. num. 5. ibi nobiles quidam viri preteritorum agentes pænitentiam. &c. argumentum ergo nullum eſt, & abradendum, vbicumq; inueniatur.

## Soluitur 23. Argumentum, quod filij horum militum, ex copula fornicatoria habiti: non ſunt ſacrilegi.

### §. 23.

1 Videtur quod qui naſcuntur ex copula fornicaria habita inter fratrem militem Sancti Iacobi profeſſum, & ſolutam: non ſint filij ſacrilegi: ergo iſti milites non ſunt vere religioſi.

2 Et confirmari poteſt, ex eo, quod Petrus Nuñez de Abendaño, cap. 76. pretorum lib. 7. num. 11 dicit Concubinas Commendatorum huius ordinis Sancti Iacobi. mitiori pœna tractandas eſſe, quam Concubinas Sacerdotum, qui ſunt beneficiati ergo &c.

Reſ-



3 Reſpondeo negando aſſumptum, quod filij nati ex copula fornicaria habita a fratre milite profeſſo, non ſint ſacrilegi, ſacrilegi enim ſunt, nam pater eſt ſacrilegus, acſi eſſet frater clericus, quia vterq; facit contra eandem regulam Sancti Auguſtini Canonicorum regularium. Et hac eadem lege, & voto ſolemni tenentur quo ad hoc, vt oſtendi cap. 1. §. 3. & 4. quod ſub regula Sancti Auguſtini fratres clerici, & fratres milites faciunt profeſsionem. Et ratio eſt, quia regula Sancti Auguſtini, moderata fuit per regulā Sancti Iacobi, tantum quo ad hoc, quod milites poſsint nubere. & patet in Bulla ibi, propoſitum ſuum, & ordinem temperantes. &c. ſupra lib. 1. cap. 4. num. 7. itaq; bene notetur, quod ad hoc tantum moderata eſt regula Sancti Auguſtini, vt hi fratres milites coniugibus ſuis vtantur, non autem ad habendas concubinas. Sic etiam conſequenter in regula Sancti Iacobi dicitur, qui habuerint vxores, caſtitatem teneant coniugalem, & qui non habuerint vxores, caſte viuant. ſupra lib. 1. cap. 4. §. 1. num. 42. ergo omnis frater ex vi profeſsionis, & voti ſolemnis tenetur caſte viuere, & ad alienam non accedere, & ratione huius profeſsionis ſolemnis non ſolum ita ſeruare tenetur, ſed et cogi poteſt, et debet, a Magiſtro, ad id ſeruandum. quod profecto ad votum ſolemne pertinet, vt etiā declaraui cap. 4. §. 12. et §. 4. quod hi milites faciunt profeſsionem regularem. et §. 7. et 5. quod mutant ſtatum ſecularem, in regularem. et §. 3. quod ſint fratres & religioſi, & quod relinquentes hunc ordinem ſunt apoſtatæ §. 6. et §. 8. quod gaudēt priuilegio canonis, hoc eſt quod inijcientes manus violentas in eos, ſunt excommunicati. quæ pœna fundatur in ſacrilegio, quia iniurioſe ſe habēt tales percuſores circa perſonam Deo dicatam. ſic ergo eadem ratione dicere debemus, eſſe ſacrilegos, qui faciunt contra iſtam caſtitatem Deo dicatam voto ſolemni religionis. committereq; peccatum ſacrilegij oppoſitum religioni.

4 Hoc etiam eſt verum, et ita dicendum in militibus Calatraue, et Alcantaræ, et Monteſiæ, in quibus ordinibus certum eſt, quod quando omnimodam continentiam profitebantur, et ante diſpenſationem factam Anno Domini. 1540. ſi aliquis frater profeſſus habuit filium ex copula fornicaria, talis filius fuit ſacrilegus: ergo & modo poſt diſpenſationem ſacrilegus eſt. Probo conſequentiam. quia iſta diſpenſatio ad id tantū facta eſt, vt poſsit iſte frater miles contrahere matrimonium in domino. remanſitq;, & eſt aſtrictus ad alias obſeruātias regulares, mediāte profeſsione regulari, vt pa-



tet

tet ex verbis deciſiuis bulla huius diſpenſationis. ſupra lib.1. cap. 4.§.50.n.7.ergo dum ſic peccat, eſt ſacrilegus: non enim Summus Pontifex in totum abſtulit votum, ſed reſtrinxit, & ſic dedit diſpenſationem, conceſſaq; eſt facultas contrahendi matrimonium. & quod filij eorum in figura matrimonij habiti ſint legitimi, eiſq; ſuccedant. vt patet ex bullis Pauli Papæ 3 & Greg.13 & Sixti V. pro fratribus militibus Calatrauæ, Alcantaræ, & Monteſię, poſitę lib.1.cap 4.§.50.& 51.& 52.n.1.& 6.vbi notãda ſunt illa verba: † loco continentię perpetuæ: faciant votum caſtitatis coniugalis.

5 Declaro, & probo hoc magis. quia ſi Papa diſpenſet cum conſtituto in ſacris, vt nubat: iam tunc ſi extra matrimonium concuberet cum aliqua non ſua, ſacrilegus eſſet filius. ergo &c.

Nota. 6 Ex his etiam ſequitur, & decemur, quod dum iſte frater miles confitetur peccatum ſacerdoti, tenentur dicere, ſe eſſe religioſum profeſſum: & ipſa mulier fornicaria tenetur dicere ſe concubuiſſe cum homine religioſo. ambo enim egerunt cõtra Sanctitatem, & caſtitatem voto ſolemni religionis Deo dicatam, & ſacratam. ſic inter alios docent Magiſter Iſla fol.15. & Archiepiſcopus Valentinus Don Martinus de Ayala in explicatione huius regulæ. cap. 4.fol.6.& Fr.Emanuel Rodericus lib. qq.regul.tom.1.q.13.a.2.& multi viri docti noſtri temporis, a me conſulti.

7 Videantur ſtabilimenta huius ordinis poſita ſupra cap. 1.§. 47. ibi. *Tener manceba es contra lo ſubſtancial de la orden e profeſsion, & infra, Pierda la encomienda &c y por la tercera vez, le buelban al Conuento a hazer en el perpetua penitencia.* Et in ſtabilimentis impreſsis iuſu Regum Catholicorum. Anno 1503 tit.48.fit diſtinctio

Nota. de filijs illegitimis habitis ante ſuſceptionẽ religionis, & poſt ſuſceptionem religionis: quod hi ad nullam hęreditatẽ admittantur. de quo etiam fit mentio ſupra §.18.num.8. & in tit.1. *del dar el habito.* cap. 2. excluduntur a receptione habitus filij *de Freyles*. & quod eſt neceſſaria diſpenſatio Apoſtolica.

Concludo ſacrilegos eſſe filios fratris militis profeſſi Sancti Iacobi, Calatrauę, & Alcantaræ, & Monteſiæ, & contrarium eſſe falſum, & in periculum animarum.

8 Ad cõfirmationẽ Reſpõdeo quod quicquid ſit de eo quod dicit Auẽdaño: nõ eſt cõtra noſtrũ intentũ, nã per hoc quod rẽperetur rigor pœnarũ, nõ mutatur rei natura. Quinimo Auẽdaño ibi facit pro nobis. tenet enim in fine. nõ eſſe negãdũ hos Commendatores S. Iacobi eſſe veros religioſos: vt concludit Couarru. & Velluga.

Licet



Licet ergo, leges tẽperauerint pœnas cũ his militibus S. Iacobi, quo ad aliquos effectus, tã quo ad ipſos fornicarios, quã ad filios ſic habitos, nõ tamẽ propterea dicendũ eſt, nõ eſſe ſacrilegos, cõſiderarũt enim cõditores legũ, alias rationes. v.g. in caſu propoſito de acceſſu ad ſolutã: cõſiderãda eſt ratio, quod tẽpore huius concubitus poterant hic frater non coniugatus, & ſoluta, cõtrahere matrimonium. ex quo Ioannes Gutierrez in practica.qq.lib.2.q.3.in lege 2.tauri ad effectum probandi quod filius fratris militis non coniugati, & ſoluti gaudet exemptione ſanguinis puritatis: aſſumpſit pro principali fundamento, quod ſatis eſt, vt prędicti milites matrimoniũ contrahere poſsint tẽpore Conceptionis vel natiuitatis filiorũ. hęc ibi. In quibus pœnarũ moderationibus diſcutiendis, ſeu per tractãdis modo nõ immoror. hoc vnum dico quod tales filij habiti ex copula fornicaria ſunt ſacrilegi vt expreſſe tenet etiam & defendit Frater Emanuel Rodericus ſupra citatus, cõtra Ioannem Gutierrez allegantem legem Tauri tit.8.libro 5. nonæ recopilationis quam optime interpretatur Frater Emanuel dicens, quod filij illegitimi militum Calatrauenſium & S. Iacobi *de la eſpada* nec non Alcantaræ, ſunt ſacrilegi. Hoc etiam probo ex regul Sancti Iacobi ſecundum quam hi fratres iudicandi ſunt, & in ea pari pœna puniuntur frater miles & frater clericus, ſi fornicarij ſint. † Et idem præcipitur obſeruari in ſtabilimentis, & ordinationibus huius ordinis, vt modo dicebam in num. 7. differentiamq; facere inter filios naturales habitos ante ingreſſum ordinis, vel poſt. Sunt itaq; ſacrilegi tales filij fratris profeſsi, ex copula fornicaria habiti.

## Soluitur 24. Argumentum, de ſumptum ex priuilegijs.

### §. 24.

Videtur quod iſte ordo Sancti Iacobi non habeat priuilegia conceſſa ſibi & fratribus ſicut habent aliæ religiones, ergo apparet quod non ſit vera religio.

2 Reſpondeo argumentum procedere ex ignorantia. habet enim ordo iſte multa priuilegia prærogatiuas & gratias, & ſatis patet ex dictis libro primo cap. 4. in Bulla Alexandri 3. & Martini 5.§.29.num. primo & Sixti 4.§.31.num. 4.ibi † faciatis militiã, & illius Magiſtrum Priores pręceptores, & fratres &c. Et

T 4 Papa

Papa Pius 5. in bulla conſeruatoria ſupra lib.1.c.4. §.22. num.7.
ibi, † nos igitur, qui ſalutē religionum quarumlibet, & maximè
militiarum, &c. *Et infra*. num.15. omnia in fauorem dictæ militiæ
conceſſa, &c. *Et infra*. & eorum ſingulos tam ratione perſonarum
quam magiſtratus, præceptoriarum, &c. *Et infra*. n.18. ac vim va
lidi, & ſtipulati contractus inter ſedem, & militiam pręfatas habe-
re. Et ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctori
tate fungentes. videatur iſta bulla. n.6. & 7. vbi confirmat omnia
3 & ſingula priuilegia prærogatiuas, &c. Videndus eſt & noſter li-
ber, *del origen del Orden de S. Tiago*. lib.2. cap.14. vbi plurima di-
cuntur de hac materia, quę etiam conducunt ad ſalutem animarum
horum fratrum militum. videatur & ſolutio argum. ſequentis.

## Soluitur 25. Argumentum, ex eo quod videtur hos fratres non eſſe alicui conuentui deputatos.

## §. 25.

1 ISTOS fratres milites alicui conuentui deputatos eſ-
ſe, non videtur: ſed potius in domibus ſuis eſſe vt alij ſecu
lares, pro talibuſq; a parrochis locorū (in quibus viuūt)
reputari, proprioſq; confeſſores eorum eſſe. ergo &c.
2 Reſpondetur hoc quoque argum. procedere ex ignorātia fun-
dationis huius ordinis, nullamque vim habere. Patet ex dictis in
probationibus, & ſolutionibus argum. & ſignanter ad 9. argum.
num.3. & 5. & 9. vbi oſtendi eſſe deputatos conuentui, & conuē
tibus huius ordinis S. Iacobi. Et quandiu ſunt in domibus particu
laribus ſuis, de licentia, & obedientia ſui Magiſtri ſunt, ſecundū
regulam S. Iacobi, approbatam a Papa, vt patet ſupra lib.1. cap.4.
§.1. num.36. & 50. & 56. & 58. habere proprium confeſſorem or
5 dinis, de quo etiam extant ſtabilimenta, & ordinationes in iſto ordi
ne tit.7. *De las confeſsiones*. Abundeq; dicitur in dicto libro *Origen
de la Orden*, lib.2. cap.34. Vbi agitur de Priore, & Prioribus Or-
dinis, & diſtributione prouintiarum, & conuentuum huius or-
dinis.

4 Pro



4 Profecto ſupradicta optime declarantur, & perſuadētur ex do Nota ſeq.
ctrina communiter allegata, & recepta. quod vbicunque religio-
ſus, cuiuſcunque ordinis ſit, ſub ſuperioris obedientia manet: cenſe-
tur manere in clauſtro, & reſidere intra illud. Docet Syluest. ver-
bo religioſus.3. quæſt.19. num.2. & Abbas in cap. ex reſcripto de
iure iurando. num.5, & etiam citatur in cap. cum illorum. de ſen-
tentia excommunicationis, quem refert, & ſequitur Doctor Mar
tinus Nauarrus lib.3. conſiliorum. tit. de regul, conſil. 41. num. 3.
& conſil.42. num.2. & 3. & lib de reg. in cap. ſtatuimus.19. quęſt.
3. & frater Michael de Medina de ſacro. hom. conti. lib.5. cap.35.
verſ. deinde. ibi. Nam eas ſuo inſtituto conuentus habere, vbi Sa-
cerdotes, ac Clerici nomine totius religionis diuinis laudibus va-
cent, & laici per annum probationis profeſsionem ſolemnē edāt,
&c. *Et infra*. Sed neque in his, neque in illis extra conuentū va-
gari religionis diminuit, dum conuentum illum repetere quoties
eorum inſtitutum poſtulat, ſint parati: imo ſi non ſint parati apo
ſtatæ, fortaſsis erunt, ſeculares non erunt. videatur, ibi, & Mencha
ca lib.3. cōtrouerſiarum illuſtrium. cap.105. num.51. & citat Ho-
ſtienſem in cap. non dubium de ſententia excommunicat. dicens,
quod quando quis eſt conuerſus ad aliquem ordinem a Pontifice
approbatum, remanēs in domo propria, vt laicus, viuens honeſte,
vt Clericus cenſetur ex toto translatus in foro, & immunitate Ec
cleſiaſtica. Facit gloſa in dictum capitulum non dubiū in verbo
religionis conuerſos, & Bulla Vrbani Papæ ſupra lib.1. §. 20. ibi.
& mancipati ſupernæ maieſtatis obſequijs.
6 Et noſtrum intentum ſatis probat caput inſinuante qui Cleri
ci vel vouentes in quo Papa Innocentius 3. determinat fuiſſe vo-
tum ſolene, quod fuit a quadam muliere emiſſum in manibus cu-
iuſdam, de fratribus Sancti Auguſtini, eo adiecto tenore, vt in do-
mo propria cum omni ſubſtantia ſua remaneret. In quo textu
plane docemur, quod poteſt quis remanere in domo propria cum
omni ſubſtantia ſua, hoc eſt, pro vſufructu eius, vt docet ibi gloſ
ſa recepta. Quam adducit, & ſequitur Couarrubias, de quo ſupra
§.18. ad 18. numero 10. Et Doctor Nauarrus dicto lib.3. conſil.
de regul, conſil. 20. numero tertio, vbi vocat textum iſtum irre-
fragabilem ad probandum, poſſe virum, ſeu fœminam eſſe reli-
gioſam manendo in domo, quę ſua erat, ante profeſsionem. Vbi
etiam numero quarto, ſequitur Panormitanum in cap. Monach.

&c. cap.

& cap. cum ad monaſterium de ſtatu monacho. Nauarrus etiam citat capitulum de viduiis 27.queſt.2.quod habet. Et viduas & virgines poſſe fieri regulares, & manere in domibus ſuis ſecundũ intellectum Gloſſ. & facit cap. vxoratus, & cap. ex parte de conuerſione coniugatorum & ibi Panormitanus, num. 2. & in cap. ſicut nobis, de regularibus & tranſ. num. 3. ſatiſque ſufficienter hæc probantur ex regula D. Iacobi loco allegato c. 4 §. 1. n. 35. dicente poſſe religioſum manere extra cõuentum & n. 33. ibi extra monaſterium remanere voluerit: ſi Magiſtro pro bono viderit, ſecundum Magiſtri prouidentiam, poterit remanere. Et certe hoc eſt valde conforme dicto cap. inſinuante. conformitaſque inde magis apparet quod Innocen. Papa auctor huius cap. inſinuante confirmauit hũc ordinem S. Iacobi, vt Alexander Papa 3. videatur etiam Nauarrus in ſum. cap. 27. vbi explicat Bullam cenæ Domini ibi, † perſonas Eccleſiaſticas & capitula &c. *et infra*, qui vc iuris duciones ſeu fructus ad Sedem Apoſtolicam &c.

7 Sed & hic placuit reſpondere dubio quod alicui curioſo legenti Bullam Alexand. forſam poteſt occurrere. Quare Alexander in bulla fundationis exemit hos fratres, ab ordinaria Epiſccoporum iuriſdictione, quod non poſsint eos excommunicare? Reſpondeo ita factum eſſe quia ſecundum ius commune ſubiecti ſunt religioſi Epiſcopis. Et probatur cap. Abbates & cap. quidem & cap. qui religioſis 18. queſt. 2. & cap. cum dilectus pen. de religioſis domibus. videantur ſupradicta ad ſolut. 10. arg. num. 7. ſic etiam multi religioſi gaudent priuilegio exemptionis. verbi gratia mendicantis & habetur in Compendio Franciſcanorum titulo exemptio. & ſupra cap. 2. notab. 9. & hęc pro ſolutione huius arg. & precedentis, & omnium quæ hic poſſunt imaginari, ſatis ſunt. Quæ & oportet bene notare, & conſiderare, & quod autoritas Magiſtri, ſeu adminiſtratoris Domini noſtri Regis eſt Eccleſiaſtica, vt ſæpe eſt dictum.

## Soluitur 26. Argumentum, ex praxi quod videatur labefactata & fere abolita iſta religio.

## §. 26.

Licet



LICET detur poſſe ſtare caſtitatem cum ſtatu religioſo: & quod ita approbauit Alexander Papa 3. ordinem S. Iacobi. tamen videtur quod per non vſum ſit labefactata, iſta religio, quod ſic oſtenditur.

2 Nam videtur quod profiteantur paupertatem nomine tenus,

3 Et quod attinet ad caſtitatem, in ſeruiunt rei vxorię, ſicut & cęteri ſeculares,

4 Obedientia ſimiliter eſt nomine tenus, per totam vitam, eam non vident, nec mandatum Superioris audiunt niſi dum commitia fiunt, de quibus videri poterit Dominicus de Soto, ſupra lib. 7. de iuſtitia & iure.

5 Et Ludouicus Lopez in inſtructorio conſcientiæ 2. parte cap. 48. fol. 129. qui referens dictum Soti, inquit, hos fratres, non omnimodam caſtitatem, ſed aliqualem cũ aliquali obedientia, licet exiguã promittere: ſotumq; non male ſentire, dũ ait, expedire obtinere diſpenſationẽ, vt hi milites poſsint vbi velint vxores copulare.

6 Secundo confirmo, ex fine religionis, nam ſi attendamus ad finem, & inſtitutum religionis pręliandi. etiam cecidiſſe videtur & potius hos milites commorari in domibus ſuis, vel in Palatijs Regum.

7 Tertio confirmo, quia videtur (vt dico) iſtã religionẽ, quo ad milites, eſſe abolitã, per diſpenſationes: quas paulatim adepti ſunt.

8 Reſpondeo, argumentum iſtud plurima falſa iniurioſa, & animabus nociua continere, nec concludere ſuum intentum. Pro quo videatur Nauar. in Apolog. de red. Eccleſ. queſt. 1. mon. 56. num. 7. vbi reſpondet argumentis ſimilibus prædictis, factis a quodam autore Neoterico, Et de litera Nauarri tranſcripſi ſequentia. Alterum & poſterius argumentum, quod ex eius dictis ſumitur tale eſt, Prefati equites ambiunt honores, procurant diuitias per inde ac laici. alij tam egre ferunt vt Prælatus eorum quidquã accipiat de facultatibus, quas ſe habere illi manifeſtant: ac alij nobiles. Nihil fere præcipitur eis ab eo, quod faciant. niſi cũ conuentus aguntur: ergo non ſunt vere religioſi & ordo quẽ profitentur non eſt vera religio. Ad quod reſpondeo negando conſequentiã, vti peſsimam, tũ quia eſt ſimilis illi, qua ſola vſum fuiſſe ferunt, peſtiferum illum Lutherum, quando cępit ordines, & religiones ſanctas eo euertere, quod earũ profeſſores male illas ſeruabant, quamuis poſtea etiam alias addidiſſet, Abſit autẽ vt ob peccata, religioſorum religiones

damne-

damnemus. ſicut neq; ob peccata Chriſtianorum, chriſtianiſmum damnare debemus. tum quia male imitatur Pontif. Maxim. qui commotus ambitione, auaritiaque religioſorum quatuor ordinum mendicantium, et aliorum non mendicantium, ſic exorditur in cap. quorundam de electione lib. 6. quorundam oculos ſic vitium ambitionis excæcat, quod quaſi ſuæ profeſsionis immemores, qua contemptis honoribus, abiectis diuitijs, ſpretisq; delitijs arbitrium proprium ſubiungarunt alterius ditioni: retro reſpiciunt ad aratrum manu Miſſa, dum præcipitanter ruunt in litigiorum anfractus, & cauſarum ſtrepitibus ſe inuoluunt. Hæc ibi. ex quibus tamen non infert eorum ordines, non eſſe veras religiones, eoſque, non eſſe veros religioſos, ſed male facere, peccareque ac debere illis obuiã ire. Et ita ſtatuit ibidem, quod ad ea reprimenda iudicauit opportunum. Hęc Nauarrus, qui & ſimul docet quod prædictus autor non debuit arguere, vt eſt dictum: ſed in ferre ſic. eos equites cruciferos, qui neque obedientiã, neque paupertatẽ, neque caſtitatem ſeruãt, male quidem facere, peccareque, ac debere a Prelatis ſuis corrigi: & a confeſſarijs ſuis, ne amplius agant talia admoneri, regiamque Maieſtatem ad hortari, vt quando gratia Dei, & Papæ factus eſt Magiſter, & Prelatus tot tã illuſtrium, tamque fortiſsimorum virorum, eos reformaret, &c. *& infra*. quod autem ſignificat omnes prefatos cruciferos equites, & Commendatores eſſe in damnationis ſtatu, eo quod ait, eos non poſſe humano more loquendo, ſeruare quam promittunt paupertatem obedientiam, & caſtitatẽ viuẽtes laute, torneamenta, & alia militaria exercentes fæminas aulicas viſentes &c. in ſignis iniuria multorũ illuſtrium, & aliorum eſſe videtur: quia non eſt difficilius eis ſeruare votum caſtitatis. quam preceptum de non fornicado, extra matrimonij ſtatum. quod eſt ſextum decalogi. Hæc Nauarrus qui etiam videndus eſt. (& quidem a confeſſoribus vel etiam a concionatoribus) in cap. fin. 16. queſt. 1. & 3. corol. 36. his verbis, el 36. corolario. quæ etiam lector inueniet in meo libro origen. *De la orden de Sanctiago*. lib. 2. in prologo regulæ. & ad cap. 15. ibi docet, *Que los Caualleros deſtas Ordenes ſon Religioſos, y tienen hecho uoto ſolemne de pobreza, por el qual dexan de ſer ſeñores de lo que antes del tenian y ſe an hecho inhabiles de todo ſeñorio y poſſeſsion de coſa ſeglar, y que ninguna coſa de lo que tienẽ es ſuya ni puede ſer ſuya.* Et etiã vidẽdus eſt in Apol. de red. q. 3. m. 13. vbi ſimilia docet, quod hi fra-



hi fratres milites profeſsi, non poſſunt facere maioratus magnos, & paruos, e ſuis bonis patrimonialibus pro diuitibus. quia ſunt religioſi, & diſpoſitio eorum rerum omnium, quæ poſsident fieri debet, & adminiſtrare tenentur, ſecundum Magiſtri licentiã: & ſecundum profeſsionem ſolemnem, quam fecerũt; quod etiam probare poſſumus, ex forma inuentarij poſsiti ſupra c. 1. §. 46. n 4. 10
quod vno quoque anno, preſentant Magiſtro, & per eum ſe, & omnia bona ponunt in eius manibus, ſedes appropriãdo, & dicit vnuſquiſque, vt de ſua perſona, & bonis, Magiſter faciat, & diſponat pro vt ſibi bene viſum fuerit. fateturque nihil poſſe retinere, poſſidere, aut frui, ſine licentia Magiſtri. & hoc etiam quo ad bona patrimonialia, ſiue mobilia, ſiue immobilia. & propterea petit licentiã de omnibus quæ poſsidet, vt poſsit ea adminiſtrare, & diſtribuere ſecundũ Deum in pios, & honeſtos vſus, & ita res ſe habet, & patet expreſſe ex pluribus inuentarijs fratrum militum qui ita ſe explicarunt expreſſe in inuentario dicentes, id facere ſecundum regulã, & ſtabilimenta ordinis. Et licet modo non ita diffuſe hæc in inuentario exprimant, tamen in rei veritate omnes fratres milites coram Deo, & Magiſtro eadem dicunt: dicereq; tenentur. nam neq; per ſtabilimenta, neque per vſum, ſeu praxim, neq; per Bullas, neq; vlla via aliter eſt introductum. Quę ſunt valde notanda. Nota. faciunt etiam ſtabilimenta impreſsionis Anni, 1503. tit. 1. cap. 5. ibi. *Si alguno negare alguna coſa en ſu memorial de lo que tuuiere, que por el miſmo becho, pierda lo que anſi negare, & infra*. Reges Catholici adminiſtratores, in cap. generali, ſic adiderunt. *Declaramos, que podamos dar los tales bienes a otra perſona, o perſonas de la miſma orden, o, mandarlos gaſtar en coſas pias, e, que no ſean dados a perſona ſeglar, ni gaſtados en uſos profanos.* Nota.

Bene ergo ex his conuincitur eſſe falſum, quod in argumento habetur, quod profiteatur paupertatem nomine tenus, aut quod habeant proprium, & vbicumq; talis ſit propoſitio, abradenda eſt, vti falſa & contraria bullis & facto & in deceptionẽ & ruinã animarum horũ fratrum militum, quia ſic inducentur ad viuendum ſæculariter, & fraudulenter contra votũ ſolemne, & profeſsionẽ, ſecundum quam tenentur viuere regulariter, & tẽdere ad perfectionem.
11 Similiter eſt falſum, quod dicitur in ſeruire rei vxoriæ ſicut ceteri ſeculares, vt patet ex dictis ſupra lib. 2 cap. 1. §. 11. & 12. & cap. 2. § 2. & §. 3. & §. 11. & 12. & ſu. §. 19. & 23. ex quibus conſtat, profiteri caſtitatem, non aliqualem ſed caſtitatem perfectionis religionis,

ligionis. Licet enim non profitentur omnimodam caſtitatē; profiteantur tamen coniugalem, ſecundum regulam religionis, & tenētur abſtinere certis diebus, & ſunt dependenter totaliter a Magiſtro, in modo viuendi, & vbicunque ſunt vel degunt, de licentia, & obedientia Magiſtri ſunt. & ſi aliquis frater errat: corrigatur.

13 Et ex his conſtat falſum eſſe quod allegatur ab inſtructorio, quod profiteantur aliqualem caſtitatem. Veritas enim eſt, quod profitentur caſtitatem neceſſariam, & ſufficientem, vt verum ſit religionis votum: & ita oſtenſum eſt ſatis.

14 Similiter male, & damnoſe ſubiunxit idem inſtructorium eodem loco. fol. 129. in hęc verba, ſed quia iam fere abolita eſt effigies abſolute religionis, inter illos, & obſeruātia trium votorum, inter eoſdem parum viget: arbitror Sotum non male ſentire, dū ait, quod expediret huiuſmodi religionum militarium, equitibus ſcilicet S. Iacobi, diſpenſationem obtinere, vt ſibi poſſent vbi vellent vxores copulare, non ſemel, ſed vbi ſecundo, & tertio expediret. Hoc dicit iſte auctor. at vero (vt cum bona pace loquar) abradendum, & abolendum eſt, audiendum non eſt: inaudita loquutio eſt, quæ nec ſanat egrotum, nec illuminat cæcum, ſi quis eſt.

15 Potius infelīce debuiſſet cum Doctore Nauarro dolendū eſſe de tali lapſu, ſed reparandus. nam profecto dicere, quod diſpenſatio petatur regularis obſeruantiæ de cōtrahendo ſine licentia Magiſtri (vt auctor iſte aliqualiter indicare, ſeu ex eius litera inferri, aliquo modo poſſe videtur) eſt contra bullam fundationis ordinis, & bullam Innoc. Papę 3. poſitas ſupra. cap. 4. §. 9. & extra bonos mores (& extra doctrinam Cathechiſmi Pij V. & doctrinam Conc. Trident. Cathechiſmus in doctrina de Sacramento matrimonij verſus finē, fol. 374. inſtruens parrochos. ibi. † In primis autem ne adoleſcentes, & puellæ, cui ætati ineſt maxima imbecillitas Conſilij, falſo nuptiarum nomine decepti, turpium amorum fœdera incaute ineant, &c. & Paulo infra. fol. ſequenti. inter cętera autem maxime hortandi ſunt filij familias, vt parentibus, & ijs in quorum fide, & poteſtate ſunt eum honorem tribuant, vt ipſis inſcientibus, ne dum in vitiis, & repugnantibus, matrimonia nō ineant. Hæc Cathecismus. At certe hi milites ſub poteſtate Magiſtri ſunt, & libertatem de contrahēdo matrimonio mere libere, renuntiare potuerunt, & renuntiarunt profeſsione ſolemni: ſicut alij religioſi omnimode renuntiāt contrahere matrimoniū. Conc. Trid.



Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. de reformatione ad finem ſic habet. Si quæ Prouintiæ alijs, vltra prædictas, laudabilibus conſuetudinibus, & cæremonijs hac in re vtuntur: eas omnino retinere, ſancta Synodus vehementer optat. Hæc Concilium. at qui in iſta religione (vt modo dicebamus) & laudabilis conſuetudo, & laudabilis obſeruantia regularis, Apoſtolicis literis confirmata eſt: multiſque retro ſeculis ex initio ordinis, vſque nunc inuiolabiliter obſeruata: vt ſcilicet, petatur licentia a Magiſtro, ad ducendam vxorem, & ita nunc petitur a Rege domino noſtro Philippo adminiſtratore perpetuo: ſicut etiam ſtabilimenta ordinis precipiunt. tit. 5. cap. 6. & ita ſeruare oportet, euigilandumque, vt hæc religio D. Iacobi Hiſpaniarum Patroni, in melius ſemper procedat: quę Deo grata eſt, & accepta, vt docet Alexand. PP. 3. in ſua bulla cap. 4. §. 2. & idem dicendum, & faciendum eſt de alijs Calatrauæ, Alcantaræ, & Monteſiæ quæ ingentia commoda præſtiterunt, & in dies pręſtant Reipublicæ Chriſtianæ.

16 Illud etiam quod de obedientia allegatur, quod ſit nomine tenus, falſum eſt: nam verum obedientiæ votum. obediendi in omnibus, & per omnia, emittunt. vt patet ex regula ſupra c. 4. §. 1. n. 41. & ex praxi §. 45. in impoſitione habitus dicitur vnicuique, *No aueys de hazer vueſtra voluntad, &c.* Et ex profeſsione, *Me doy a Dios, y prometo obediencia al Maeſtre.* &c. Et plurimi ſunt in bellis & in rebus Chriſtianitatis occupati. & qui in domibus particularibus ſunt, pro voluntate Magiſtri ſunt, & iuxta eius diſpoſitionē, & ad eius vocationē, & quādo adminiſtrator pro bono videt expedire vocat, & omnia hæc ſecundū regulam D. Iacobi fieri poſſunt.

17 Notandumq. conſimiliter eſt, quod facta in conuentu profeſſione, non poſſunt ab eo exire, neque vllus exijt, ſine expreſſa licentia Magiſtri, ſeu adminiſtratoris domini noſtri Regis Caſtellę, qui Pręlatus eſt: eorumque ſingulorum ſpecialem curam habet, vbicunque ſint vel degant.

18 Secunda confirmatio argumenti deſumpta a fine religionis, eodē modo reijcitur, quod plures ſunt in bellis, et grauibus negotijs Chriſtianitatis, et quidē plures ſunt boni religioſi, et perfecti, qui mori pro Chriſti fide non formidant: vt ſingulariter declaro, et demonſtro per catalogum plurimorum fratrum militum eorū 19 nomina recenſendo, et ad manum habeo, vt typis mandetur in libro origen de la orden de S. Tiago, ad finem lib. 2. [illegible]

20 Addo quod comēdatarij, præter quā quod eis incūbit cura [illegible] omni [illegible] habe-

obernatio ſuorum populorum, & in eis reſidere certis temporibus, ſi inſeruiunt † con ciertas lanças, vt patet per ſtabilimēta, & ſi qui ſuo muneri deſunt: corrigantur. nam religiones iſtæ, non ſunt acephalæ, ſed Prælatum habent, & vigilat. [illegible] Deficit etiam argumentum iſtud cum ſuis confirmationibus quia extrachorum (vt aiunt ſaltat) nec eſt ad propoſitū, quæſtio enim propoſita (vt patet ex principio huius lib. n. 11.) eſt, an fieri poſsit, quod ſit vera religio cum caſtitate coniugali. hæc eſt noſtra diſputatio, & de hoc eſſe debet: & ad hoc eſt inſpiciendum, non ad accidentia quæ in eſſe poſſunt, vel non in eſſe ratione iſtius vel illius perſonæ profitentis, ſed ad naturam rei, ſeu ſtatus. nam licet contingat in aliqua religione, plurimos eſſe malos religioſos: non propterea deſinunt eſſe religioſi, eorumq; ſtatus religio, vitium namque religioſi diſcoli, non eſt vitium religionis, quæ optime docuit F. Michael de Medina minorita argumento præcedenti, dicēs: imo ſi non ſint parati: apoſtata fortaſsis erunt, ſeculares non erunt, etiam docet alter Fr. Minorita Alfonſus de Caſtro aduerſus hæreſes lib. 13. verb. virginitas colu. 12. his verbis. Cum de virginitate, aut merito alicuius ſtatus ſiue cuiuſcumque alterius rei diſputamus, non oportet ea quæ accidunt, aut contingunt inſpicere: ſed quid in ſe habeant, & quid illi neceſſario, & ex natura ſua conueniat, & perſona hæc, aut illa accidit ſtatui: quia ſtatus iſte poteſt eſſe in alijs valde diuerſis, & diſsimilibus perſonis. cum ergo dicimus virginitatis, aut monachatus ſtatum, eſſe vitā Angelicam, ad huius inueſtigationem, non ſunt proponendę in teſtimonium virgines fatuæ, &c. & infra, neque proponendi ſunt in teſtimonium multi monachi ſcortatores, & adulteri, quorum Deus venter eſt, & gloria eorum in confuſsione, &c. hęc ibi.

Et Ioannes Trullus Epiſcopus deſignatus Albarracinenſis, in ſuo lib. Ordo Canonicorum lib. 1. c. 17. num. 6. ſic habet. Quamuis enim ſtatuta non ſeruentur, nō ideo ſtatim deſinit eſſe religio: nam poſſunt forſam ex incuria, & culpa pręſidentium, ea quę mala reputantur, non puniri, hęc ibi. quę vera ſunt, & ita prędicanda. non vero celeriter dicere, res eſt abolita, & quando dicendum eſt, abolitam rem eſſe: non ab omnibus. ſeu a quibuſdam dicēdū eſt, ſed a Prelatis, quibus hęc indagatio, & cenſura inſtitutio, & deſtitutio pertinet: Sic Deus infinite iuſtus, & ſapiens non illico condēnauit ſodomitas Geneſ. 18. cap. ſed dixit. Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Hæc ibi:

imo



imo profecto. (Et eſt pro hac re valde notandum) parcebat huic ciuitati ſodomorum, propter decem iuſtos. vt dicitur ibidem. in iſto autem ordine plurimi ſunt milites de religione, & militia bene meriti vt & docent Bullæ Apoſtolicę.

22 Faciunt etiam quæ, ad hoc propoſitum vidimus allegaſſe D. Nauarrum, quod Bonif. Pap. 8. in cap. quorundam de electione in 6. inuehitur contra quoſdam religioſos ſuæ profeſsionis immemores: eos tamen vocat religioſos, ſuumq; ordinem, religionem, & non dicit, non eſſe religionem. Sed in §. volētes dicit, ſe velle huic peſti ſalubri remedio obuiare. Sic & Clemēs Pap. 5. legeſsit cum templarijs, quod licet infamati erant, tamen eos fratres, & ordinem appellauit, feciq;: donec contra eos, & ordinem ſententia fuit lata. vt conſtat ex quadam ſua Bulla (quæ eſt in archiuo huius conuentus Velenſis) ad Magiſtrum domus militiæ huius ordinis Sancti Iacobi tranſmiſſa, eum certionē faciens, de ſceleribus quæ illi commiſerant, & declarauerant in ſuis depoſitionibus &c. Dat. Auin. Pontif. ſui Anno 6.

23 Ex quibus ſatis patet, argumentum iſtud eſſe parum pium, & falſum, licentioſumq;, hęc enim determinatio ad Summū Pontificem pertinet. Neque vero ordo ille deſtitutus eſt, ſed ſumme charus Deo, & hominibus, & adminiſtratorē habet Dominū Regem, qui per ſe ipſum, perque eos qui ſunt de eius conſilio, videlicet Preſidem vnum, conſiliarios quatuor, & per Priores, & per Capellanos, & per viſitatores, alioſque miniſtros intendit, & prouidet gubernationi harum militiarum.

24 Summi etiam Pontifices inuigilant, & de tuitione harum militiarum ſępe, quotidie tractant, & ſua diplomata in earū fauorem concendunt, & contraria argumenti propoſiti: enuntiant. verbi cauſa in Bulla Greg. 13. Data die 6. Octob. Anni 1576. qua concedit facultatem teſtandi militibus huius ordinis, & Calatraue, & Alcantarę dicitur, quod pleriq; ex his militibus militiarum prędictarum, pro Fide Catholica tuenda, arma induunt, & ei rei plerumq; perpetuam operam (vt veros Athletas decet.) nabant. Alij vero grauibus negotijs pertractandis: ſunt diſtenti. Summus Pontifex Pius 5. ſic dicit. dum attentius &c. *& infra*, & quam impigre quoties ſe ad id offert occaſio impendere conantur, dignum quin potius debitum exiſtimamus, vt exemptiones, & priuilegia: quæ illis virtutibus, laborumq; ſuorum intuitu &c. Dat. Romę Anno 1566. de quo ſupra cap. 4. § 42.

V Iulius

Iulius Papa 2. Sic dicit. fratres militiæ S. Iacobi Chriſtianę, Catholicæq; fidei aduerſus Eccleſiæ acerrimos hoſtes, tutiſsimū preſtiterint hactenus, & indies preſtant auxilium, pariter & preſidium &c. vt ſupra §. 34. num. 4. & Leo 10. in Bulla de perpetuo confeſſionali, ſic habet. Religionis zelus ſub qua gratum Domino ſtudetis redere famulatum meretur. &c. Datis Romæ Anno. 1514. & Adrianus Papa 6. vniuit has militias S. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ Coronæ Regię Caſtellæ vt ipſarum militiarum fœlix & proſperum regimen ſemper in melius procedat, & illorum militum diſciplina ſolertior euadat. Datis Romæ Anno 1523. ſupra §. 36. num. 4. Probatur etiam ex Bulla Clementis 7. conceſſa de medietate fructuum, & redituum vnius bienij, vnius cuiuſq; preceptorię (dum vacare contingat.) pro conſeruatione ordinis, & domorum eius. Datis Romæ Anno. 1529.

Probatur etiam ex Bulla Iulij Papæ 3. conceſſa de quatuor triremibus. (galeræ nuncupatæ.) pro conſeruatione huius militiæ D Iacobi. Datis Romę Anno. 1553. Probatur etiam ex Bulla Pauli. Papę. 3. de exemptione eccleſiarum Dat. Romę Anno. 1542. ſunt & aliæ plurimę Bullæ in ordine S. Iacobi & in fauorem ſimiliter militiarum Calatrauę & Alcantaræ & Monteſiæ, quas iſtę militiæ apud ſe habent. vide ſupra §. 50. Bullam Pauli 3. & §. 51. Bullam Greg. 13. & §. 52. Sixti Papę 5. n. 4. ibi, ſicuti in militia S. Iacobi obſeruabatur. ex quibus conſtat, quod Summi Pontifices non labefactatos, & abolitos hos ordines militares dicunt eſſe, ſed potius pleno ore, eos ordines & religiones perſonaſq; earum, religioſos & fratres vocant, & gratijs, fauoribuſq; honorant, & tuentur, in meliuſque promouere quotidie conantur, ſicq; ab omnibus elaborandum, & inſiſtendum eſt, pro ſalute, & augmento earum.

25 Sed quid dico Chriſtiane docteq; lector? quo proceſsit mea oratio? demus caſum. (quod Deus auertat) & vtinam in pœnam noſtrorum peccatorum, non permittat.) iſtas religiones militares per non vſum, & malos omnium fratrum mores, etiam fratrum clericorum, omniumq; conuentuum diſſipatas, & abolitas eſſe. profecto ſanctum, & neceſſarium eſſet: pro tuitione Hiſpaniæ, & totius Chriſtianitatis deffenſione, iterum eas erigere, & de nouo facere. Nō ne ita? ita profecto? maxime his periculoſis tēporibus, Audi: audiatq; omnis populus. Summus Pontifex loquens de iſto ordine S. Iacobi dicit, eſſe in eo ſinceræ fidei nitorem puriſsimum, necnon & Catholicæ matris Eccleſiæ tutamen, & in gentem vtilitatem. Nota.



litatem. vt ſupra lib. 1. cap. 4. §. 1. num. 17. concludamus ergo, dignum, & neceſſarium eſſe: vt conſeruētur, & in melius promoueantur, & fidendum eſt. Cum earum adminiſtratio, gubernatio, correctio, & promotio ad Regem Catholicum, & potentiſsimū dominū noſtrum Philippum pertineat, Qui Chriſtianiſsimus Rex, de reformandis religionibus, etiam mendicantium, & monachalium (quarum non eſt adminiſtrator, vti harum militiarum.) ſumma ope enixus eſt, & enitur, vt videmus.

26 Confirmatio argumenti monet rem magnam & pro eius diſcuſsione, & intelligentia propono 27. arg.

## Soluitur 27. Argumētum, quod per diſpenſationes, ſit fere abolitus ordo S. Iacobi.

### §. 27.

QVOD iſte ordo S. Iacobi quo ad fratres milites, ſit per diſpenſationes fere abolitus, oſtendi, nititur, per oppoſita ſequentia.

1 Primo opponitur quia videtur poſſe iam iſtos fratres ſuis vxoribus vti, ſicut cęteri homines ſeculares. quod eſt cōtra capitulum 13. regulæ ſupra cap. 4. §. 1. num. 32. quod non conueniāt cum vxoribus certis diebus. Et ab hoc videtur eſſe liberi, per diſpenſationē.

2 Videtur eſſe diſpenſatum, circa audienda diuina officia, & ſurgere ad matutinas, & in dicendis horis per Pater noſter, & circa cęremonias ſtandi in Choro: quæ prętermittere, eſt contra regulam. in cap. 4. 5. & 6. Et patet ſupra eodem §. 1. num. 22. & 23.

3 Videtur eſſe diſpenſatū. circa ſilentium in menſa ſeruandum, & lectionem diuinarum ſcripturarum, benedictionemq; mēſæ, & gratiarū actionē de quo regula in cap. 23. ſupra eodē §. 1. num. 46.

4 Circa auditionem. Miſſæ ſingulis diebus, quam non audire eſt contra regulam in cap. 7.

5 Quinto eſt diſpenſatum, vt poſsint certis diebus plura genera carnium comedere. quod eſt contra regulam in cap. 22.

6 Circa paupertatem habent enim licentiam ad faciendum teſtamētū. quod videtur eſſe cōtra c. 20. regulæ, de nō habēdo proprio.

7 Septimo, circa veſtes, quod poſsint pretioſis vti: quod eſt contra regulam cap. 24. & eſt ſupra eodem, §. 1. num. 47.

8 Octauo quia non tenentur collocare in cōuentu vxores nec ſe ipſos, certis diebus anni. quod eſt contra cap. 13. regulę, & habetur.

V 2 ſupra

ſupra eodem §. 1. num. 32. & de eo loquitur Bulla Martini Papę 5.

9 Quia non teneantur ad ieiunia, & abſtinentias ciborum niſi vt cęteri Chriſtiani, & de eo ſtatuit Mart. Papa. 5. in dicta Bulla, & Innocent. Papa 8, quod eſt contra regulam cap. 8.

10 Præterea Leo Papa 10. diſpenſauit in capitibus 47. & 48. regulę. vbi agitur de correctione fratrum.

11 Vndecimo quia Clemens Pap. 7. diſpenſauit in regula cap. 7. quod non teneantur eam legere ſingulis menſibus, ſed ter in anno. Regula autem dicit legi debere ſingulis mēſibus. Diſpēſauit etiam in orationibus, ſeu Pater noſter, quos regula cap. 29. pręcipit recitare pro vnoquoq; fratre defuncto.

12 Tandem duodecimo opponitur, quod ſunt alię diſpenſationes, vt circa locum in quo debeat celebrari capitulum Generale. Et circa confeſsionem in die Pentecoſtes. &c.

13 Reſpondeo nego antecedens. falſum enim eſt dicere, licentioſumq;, quod iſte ordo militaris ſit labefactatus, & fere abolitus per diſpenſationes. pro quo ſit concluſio.

*Cōcluſio.* 14. Hodierna die regula S. Iacobi de Spata quod fratres milites, & quo ad fratres clericos eadem eſt ſubſtantialiter quæ, primitus per Alex. Papam 3. fuit confirmata. Hæc concluſio ſatis eſt probata in ſuperioribus, & probo, nam quod attinet ad votum obedientię, vouent obedire abſolute. Et id quidem in omnibus, & per omnia: & in voto caſtitatis, ſimiliter non eſt mutata ſubſtantia: quę a principio milites profitentur caſtitatem coniugalem: in quo noſtra ſpecialis quęſtio verſatur. Similiter non eſt mutata ſubſtantia voti paupertatis: quia a principio poſſunt filij horum fratrum militum ſuccedere in hereditate paterna, vt docet regula in cap. 13. diſpenſatio vero ad faciendum teſtamentum: licet reſtringat, & modificet votum viuendi ſine proprio notamen tollit eum, vt patet infra tribus clericis: qui etiam ſunt diſpenſati ad idem. Et quod attinet ad alias obſeruantias regulares, & maxime, in inſtituto ordinis ad pręliandum, ſatis ſufficienter eſt prouiſum, & remanet diſpoſitio verę religionis, verę que religionis inſtitutio. vt patet ex ipſa regula; & libro ſtabilimentorum, et inſtructione horum militum, vbi contenta ſunt, & interrogatoria, per quod viſitatores interrogant, & corrigunt hos fratres, ſi delinquunt. Patet etiam ex ipſis Bullis Apoſtolicis de diſpenſationibus loquentibus in quibus eſt valde notandum dicere, fieri tales diſpenſationes, in fauorem belli: quod eſt inſtitutum huius ordinis. Argumentum ergo

pro-



propoſitum nullam vim habet, procedítque ex quadam ignorantia credens, diſpenſationes omnes ſupradictas factas eſſe, tollendo regulam in partibus allegatis. quod falſum eſt. nam & bene notatur, quod in multis earum: facta eſt diſpenſatio ad tollendum periculum peccati mortalis, non vero ad tollendum obſeruantias regulares, & patet ex Bulla Innocen. Papa 8. ſt prac. 4. §. 33. in principio ibi† exhibita petitio cōtinebat, quod licet in fūdatione, & inſtitutione dictæ militiæ quæ ad pugnam, & contra ſarracenos Chriſti nominis hoſtes, inſtituta &c. nonnullis alijs diebus, ad eorum vxores accedere nō poſsint, ac cum debita attentione certas dominicas & alias orationes &c. & in certis diebus plura genera carnium comedere & in menſa ſilentium ſeruare &c. Ac plures alias obſeruantias ceremonias, & abſtinentias obligentur, & obillarum non obſeruationem peccatum mortale incurrāt, &c. † Reſpondet Papa his verbis† ſi contigerit Magiſtrum, præceptores & fratres dictæ militiæ qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, ad eorum vxores, pro vt alij Chriſti fideles faciunt, accedere. ac Dominicas, & alias orationes, ad quas iuxta dictam regulam obligantur, quacumque hora diei dicere, ac Miſſas, & alias horas canonicas audiendo, ſtare vel ſedere, ſeu aliquam interpoſitionem facere, aut non attente audire, ſeu illas propter ocupationem belli, vel infirmitatis, aut alias legitimas occupationes, non dicere, vel aliquas earū propter obliuionem ommittere, aut lectiones in menſa, aut Miſſam ſingulis diebus non audire, aut benedictionem menſæ non dicere, & plura genera carnium comedere, & alia prædicta non obſeruare nihilominus propterea peccatum mortale non incurrant, ſed eas tanquam leues culpas, eorum confeſſoribus confitendo, & penitentias per eos ipſos iniungendas adimplere plene ſatisfaciant, & ſatis feciſſe cenſeantur.† Hæc ibi Qui Innocen. Papa 8 vltimate de his diſpoſuit. Et ita adducitur in ſtabilimentis in capitibus regulæ 13. & 5. & 7. & 25. & 22. in argumentis citatis. Quod ſi transgrediātur: cōfiteātur vt leuia peccata Quod magis in ſingulari declaro.

16 Ad cap. 13. regulæ in annotatione marginali ſic habetur. *Eſta diſpenſado por Innocencio 8. que puedan conuenir con ſus mugeres, en todos los dias que los otros fieles Chriſtianos, ſin encurrir en pecado mortal, mas como de leues culpas hagan conſciencia.*

17 Ad cap. 5. ſic, *Eſta diſpenſado y declarado por Innocen. Papa 8. que por dexar de hazer eſtas ceremonias, no incurran en pecado mortal, mas que hagan conſciencia dello, como de leues culpas.*



Ad

18 Ad cap. 7. ſic. El Papa Innocen. 8. *diſpenſa que por antenpoſter, o poſoner las horas, o no dezirlas eſtando en la guerra, o por enfermedad, o por cauſa legitima, no incurran en pecado moatal, mas como de leues culpas hagan conſciencia.*

19 Ad cap. 23. *La miſma diſpenſaciõ ay de eſte capitulo del ſilencio y leccion,* hoc eſt, *no incurran en pecado mortal, mas como de leues culpas hagan conſciencia.*

20 Ad cap. regulę 22. ſic, *Eſta diſpenſado por Innocencio Papa 8. que por comer muchos generos de carnes, no incurran en pecado mortal, mas como de leues culpas hagan conſciencia.*

21 Similiter eſt verum quod ſubſtantia regulæ in cap. 24. de veſtibus, non eſt ſublata, nec diſpenſata regula. Innocen enim Papa 8. non diſpenſauit, tollendo eam, ſed dedit facultatem Magiſtro, vt diſpenſet, cum quibus ſibi viſum fuerit, & ita etiam ad notatur in lib. ſtabiliment. fol. 39. in Gloſſa marginali his verbis, *Eſta diſpenſado por el miſmo Innocen. 8. que el Maeſtre pueda diſpenſār que traygan veſtiduras precioſas.* Et per hoc eſt ſatis factum. 1. 2. 3. 4. 5. 7. oppoſito.

22 Similiter ad 6. oppoſitũ de faciendo teſtamẽto, iã eſt reſponſũ nil probare. & ex eo oſtẽdo, quia fratres clerici ſunt diſpenſati, ad faciendum teſtamentũ, propterea tamen nõ deſinũt eſſe religioſi.

23 Ad 8. Reſpondetur quod male allegat literam regulę ex dicto cap. 13. non enim dicit abſolute, vt hi fratres milites certis temporibus collocent vxores, ſeq; ipſos in Conuentibus. ſed regula loquitur per viã modi, & cõditionis, his verbis† in illis locis, quibus fuerit cõuentus &c. † ergo ſi fratres ſint in locis vbi nõ eſt conuentus: nõ eſt obligatio tã præciſſa, vt arg. intẽdit. Deinde ſequitur in regula † & vxores eorum interrim voluerint ſtare &c. in clauſtro &c. † vbi nota verbũ (voluerint.) Et iterũ loquens de eiſdem ſororibus viduis, ſubiungit, † ſi aliqua extra monaſteri remanere voluerit, ſi magiſter pro bono viderit, ſecundum Magiſtri prouidentiam poterit remanere. Ex quibus conuincitur, quod per iſtum diſpenſationem factam a Martino Papa V. non tollitur iſtius religionis natura, neque habet illam diſſonantiam, quam arguens fingit. nam (pręterquam quod manere in clauſtro, vel extra de licentia Prælati, non eſt de eſſentia religionis, vt ſatis oſtendi ad 25. argumentum in ſolutione 1. confirmationis, & probat efficaciter cap. inſinuante.) conſiderari, & attendi debet, quod hic non agimus de monachali ordine, ſed de militari, & qui a ſui principio habet in regula, vt fratres poſsint eſſe extra clauſtrum, & in domibus ſuis, ſic enim habet regula, † ſi aliquis ex fratribus, de mãdato Magiſtri in domo ſua, aut in aliqua hęreditate, quam domus dedit: vel ei, domus dedit moratur, viuat ibi ſecundum ſtatutum ordinis, & ſit obediens Magiſtro in omnibus, & per omnia. hæc in regula ſupra lib. 1 cap. 4. §. 1. num. 36. Nõ ergo argumentum recte concludit, abolitam eſſe religionem. imo, in contrarium eſt eadem Bulla diſpenſationis, vbi Martinus Papa 5. dicit, ſe diſpenſare in fauorem inſtituti, & finis huius religionis. *Nota.*



24 9. Oppoſitum de diſpenſatione ieiunorum & abſtinentiarum eadem ratione enerbatur, nam in eadem Bulla Mart. 5. docet ſe diſpenſare in fauorem huius inſtituti, & belli. vt ſic releuati, ad defendendum fidem Catholicam, ſolicitudines potiores ſtudeant, & valeant adhibere. hæc in Bulla. in qua Summus Pontif. conſiderauit ordinem iſtum eſſe militarem, & non monachalem, vt ſæpe eſt dictum, quod in conſtituendis obſeruantijs regularibus conſiderandum eſt vniuſcuiuſq; ordinis inſtitutum, & hominum eum profitentium mores, & complexiones &c. ſic prudenter in regula S. Iacobi a ſui principio habetur, Quod cũ horum fratrum intẽtio ſit deffendere Chriſti Fidem, & eius fideles: ſi aliqui propoſuerint facere alias abſtinentias quã pręlibatum eſt, ſecundũ prouidentiã Magiſtri illas faciant, ita quod propter hoc non relinquãt defenſionẽ, & ſeruitiũ Chriſtianitatis. hæc in regula. Sic optime Bullæ Cruciatæ concedunt. & declarant, quod exiſtentes in bello contra hoſtes fidei, non teneantur ad ieiunia, ad quæ ex pręcepto Eccleſiæ, aut ex voto erant obligati. Et propter iſtam rationem Innocentio Papa 4. diſpenſauerat cum his fratribus militibus, in ieiunijs Tempore quatuor Coronatorum: quod eſt per ſpatium ferme viginti dierum, de quo ſit mentio in regula cap. 8. Sic & Innocẽtius Papa 8. in duobus Bullis per quas (poſt prædictos Summos Pontifices Innocen. 4. & Martinus 5.) in ieiunijs & abſtinentijs diſpenſauit. iſtum eſſe ordinem militarem conſiderauit: Et omnes abſtinentias in iſto ordine ſolitas obſeruari non abſtulit, vt patet ex ſua vltima Bulla data Pridie idus Octobris. Anno 1586. & modo adnotaui num. 14. & 15. & 20. falſo ergo opponitur. non tenęri hos milites ad alias abſtinentias, quam cęteri Chriſtiani. Item argumentum non concludit, ex ea parte, qua facta eſt diſpenſatio, quia vt dixi ordo iſte militaris eſt.

Et pro maiori argumẽti eneruatione, notetetur. quod hi fratres

milites dum in conuentu ſunt. Viuunt ſecundum obſeruantias regulares, vt fratres Clerici, tam in Choro, quã in refectorio, & clauſtro, &c, ſequentes communitatem, & ieiunantes vt fratres Clerici tempore Aduentus, & per annum in ſextis ferijs, alijſque diebus.

27 Decimum quod allegatur, de diſpenſatione Leonis 10. ſuper cap. 47. & 48. voluntarie allegatur. Nam per talem diſpenſationem non tollitur ſubſtantia regulæ, & correctorium eius: ſed dicitur, quod talis correctio fratrum militum, poſsit fieri plenarie a Magiſtro, abſque eo quod teneatur conſulere Summum Pontificem, ad ſic corrigendum, & hic eſt fauor Magiſtri, conducens ad conſeruationem religionis, & maxime voti obedientiæ, quod talem poteſtatem puniendi, vel abſoluendi Magiſter habeat. Vt ex bulla patet. poſsita ſupra 4. cap. §. 35.

28 Vndecimum oppoſitum, ex praua intelligentia procedit. & pro intelligentia diſpenſationis notetur, non loqui cum ignorantibus regulam. Vt optime notauit Archiepiſcopus Ayala in explicatione eius cap. 3 fol. 17. & habent ſtabilimenta huius ordinis ad finem eiuſdem regulę fol. 46. & verſ. lo decimo. Docent ſic. *Los*
29 *Caualleros ſon obligados a ſaber la regla, y que no cumplen los que no la ſupieren con leerla tres uezes* Hęc ibi. non ergo lectura regulæ eſt abolita, ſed moderata quo ad ſcientes eam.

30 Non etiam variat religionem, id quod allegatur de orationibus pro deffunctis: ſuffragia enim illa, ſeu orationes pro defunctis, non ſunt abolita, ſed commutata in Miſſas viginti; & patet ex bulla diſpenſationis, ſupra lib. 1. c. 4. §. 38.

31 Ad duodecim, & vltimum, ſimiliter reſpondetur, falſum eſſe quod ſint alię diſpenſationes deſtruentes ſubſtantiam ſeu rationẽ religionis, & ita eſt certum. Porro argumentum friuolum eſt, in referendo illas diſpenſationes; non enim tollitur in diſpenſatione allegata capitulum generale: ſed tractat de modo, & loco celebrãdi. d. vt patet ex bulla diſpenſationis Papę Vrbani 4. ſupra lib. 1. §. 22. conſtat hoc etiam, ex annotatione marginali cap. 37. regulę his verbis: *Eſta diſpenſado por el miſmo Vrbano Papa 4. que el Maeſtre con conſejo de los treze, o de la mayor parte, pueda mudar el lugar ſeñalado, o differir el tiempo para celebrar Capitulo general.* Similiter altera diſpenſatio, non tollit confeſsionem: ſed commutat, & transfert confeſsionem temporis Penthecoſtes, ad feſtum Aſſum-

Aſſumptionis Beatæ Mariæ, vt patet in Bulla Clementis Papæ 7. ſupra capitulo quarto §. 38.

32 Concludo veriſsimum eſſe, quod per omnes diſpenſationes factas hucuſque in regula D. Iacobi, ſubſtantia eius non eſt ſublata ſed eadem ſubſtantialiter manet, & eſt, quæ fuit a principio, & pro tali vera regula, & religionis inductiua, habetur a populo Chriſtiano: & conſeruatur a Rege domino noſtro adminiſtratore perpetuo, & a Summis Pontificibus, & laudatur, & proponitur toti Eccleſiæ, vt etiam conſtat ex admiſsione ad habitum ſupra lib. 1. c. 4. §. 45. & 46. Et eo prolixe in hoc argumento progreſſus ſum, vt omnes diſpenſationes factas referrem, ne quis ſuſpicaretur alias, ſeu maioris ponderis eſſe. Et certe omnes retuli, quas inuenire potui, nec animo induxi aliquam tacere, & pro certo habeo, nullam eſſe prętermiſſam in hoc operæ, ſaltim ponderis, aut momenti quo ad præſentem diſputationem, & rem.

33 Imo vellem vt lector beneuolus optime legat, & examinet regulam Sancti Iacobi, & Bullam illam Innocen. Papa 8. datam Anni 1486 poſitam ſupra cap. 4. §. 33. vbi in narratiua dicitur quod in transgreſsione non audiendi Miſſam, recitandi horas, comeſtione carnium &c. peccatum mortale committebatur, at profecto attenta regula Diui Iacobi, eiuſque litera non videtur habere verba, quæ ad id affirmandum conuincant. dicitur enim in principio regulæ. Incipiunt ſtatuta fratrum ordinis militiæ Beati Iacobi. vt ſupra cap. 4. §. 1. num. 21. vbi ſtatuta dixit: non pręcepta. Et in cap. 39 dicit hæc omnia quæ pro ſalute animarum ſunt inſtituta, vnuſquiſque fratrum tenetur omnino obſeruare, niſi aliqua magna neceſsitate præpediatur, vt propter infirmitatẽ, vel alia magna neceſsitate, vel ſui Magiſtri prouidentia. hæc ibi. vbi licet poſuit verbum (tenetur.) dixit tamen, ſunt inſtituta, & non præcepta. Quod ſi ita eſſet, vt regula ex vi ſua non obliget ad tot peccata mortalia, quę in dicta narratiua Bullę Innocen. 8. continetur, profecto dicendum eſſet, in paucis eſſe diſpenſatam, quia Innocen. 8. remouit periculum peccati mortalis, non vero ſubſtulit tales obſeruantias regulares. Equidem tunc potuit eſſe, vt perſonæ huius ordinis proponerent Summo Pontifici ſic, propter maiorem cautela, vel quia primis illis temporibus, accuratiſsime ſeruabant iſtã regulam vel etiam potuit eſſe, quod in aliquo capitulo Generali ad aliqua ſe obligarent. ſicut in quodam capitulo determinarunt, vt nullus frater, poſtquam in ordine per quinque annos ſtetiſſet, vxorem duceret

çere poſsit. vt conſtat ex quadam Bulla Alexandri Papæ 4. & quantum opinor, hæc fuit cauſa, quod per Annum Domini 1354 vertebatur in dubium, an Magiſter S. Iacobi poſſet ducere vxorē ſecundum regulam, vt refertur in hiſtoria, *Del Rey don Pedro* Anno 5. cap. 20. Et in ſtabilimentis ordinis impreſsis Anno. 1565. fol. 6. & videri poterunt dicta ſupra cap. 1. §. 5. num. 5. & c. ſic ergo potuit eſſe. vt aliqua illis tēporibus, pro mortali haberentur, quæ attenta regula, non erant mortalia peccata, & hoc (vt dico) peritioribus modo relinquo, diſcutiendum.

Nota. Seq.

34 Hoc tamen ſilentio prætereundum non eſt. ſed maxime aduertendum. nullam eſſe factam diſpenſationem in fine & inſtituto huius ordinis ad præliandum pro Eccleſia ſancta Dei. imo (vt dixi) diſpēſationes ſunt factæ in fauorem exercitij Belli. ſępeq; commendatur in bullis. vt patet ex Bulla Greg. 13. ſupra lib. 1. cap. 4. §. 44. num. 2. & ex Bulla Pij 5. § 42. num. 5. & ſequentibus & Pij Papę 4. §. 41. & Bulla Pauli 3. §. 50. num. 8. & Bulla Sixti Papa 5. pro militibus de Monteſia ſupra lib. 1. cap. 4. §. 52. num. 4. ibi caſtitatē coniugalem vouerent, ſicuti in militia S. Iacobi de Spata obſeruabatur. Data Bulla Anno Dñi. 1588. & Bulla Iulij 2. §. 34. num. 3. & Bulla Vrbani 6. de vnione Magiſtratuum. §. 35. num. 4. quæ Bulla pro hac re, eſt valde notanda. Et etiam Bulla Innoc. Papa 4. cuius feci modo mentionem in reſponſione ad 9. oppoſitum. Data fuit iſta Bulla Lugduni 6. Idus Aprilis Pontificatus ſui Anno quarto. Probat etiam Bulla Mart. 5. qua diſpenſauit, vt ſic fratres milites. certis anni temporibus ſuas, in huius ordinis Conuentibus, non teneantur vxores collocare, & in aliquibus alijs rebus, iam ſupra in hoc argumento commemoratis, de pertinentibus ad regulam. Docet autem Summus Pontifex ſe diſpenſare in fauorem belli. Ex qua Bulla tranſcripſi ſequentia, vt de hoc art. conſtet ſic.

Martinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. ad eximiam ordinis militiæ Sancti Iacobi de Spata religionis conſtantiam, qua eius profeſſores, vt pote, fortes Athletæ, cōtra perfidos Catholicę Fidei emulos, non ſolum res & bona, ſed potius propria colla ſubmittere non formidant aſsidue paternæ, non immeritó dirigentes conſiderationis intuitum, illis, eorum præcibus Apoſtolico fauore benignius aſſentimur, per quę conſcientiarum pacem conſequi, & huiuſmodi operibus tam laudabilibus, quam glorioſis liberius (autore Domino.) valeant inſudare. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorū filiorum Magiſtri,



giſtri, Commendatorum & fratrum ipſius ordinis militię prędictę petitio continebat: quod licet iuxta regularia. dicti ordinis inſtituta, Magiſter, & Commendatores prefati certis anni temporibus ſuas in ipſius ordinis conuentibus debeant vxores collocare, &c & *infra*, quare pro parte Magiſtri, Commendatores, & fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis, & eorum ſtatui ſuper his paternaliter prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Magiſtrum, Commendatores, & fratres ipſos, ea volentes Apoſtolici fauoris gratia pręueniri: quæ præmiſsis inſtitutis. & oneribus releuati: ad defendendam fidem Catholicam ſolicitudines potiores ſtudeant, & valeant adhibere: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Apoſtolica, Magiſtro, Commendatoribus, & fratribus prædictis, autoritate concedimus &c. Datis apud Sanctos Apoſtolos. x. Kalend. Iulij, Pontificatus noſtri anno vndecimo. Hæc ex bulla. in qua conſiderāda ſunt illa verba. ad defendendam fidem Catholicam ſolicitudines potiores ſtudeant, & valeant adhibere. Idem etiam probatur ex bulla Pauli papæ 3. Per quam diſpenſauit cum fratribus militibus Calatraue & Alcantaræ, ſupra cap. 1. n. §. 50. num. 8. ibi. *Mas facilmente ſe combidarian a entrar en las dichas milicias, y a poner ſus perſonas, y bienes por la cōquiſta de los infieles, y enemigos del nōbre de Chriſto y uendria mucho acrecentamiento y utilidad y prouecho a las tales milicias, para exaltacion de la Fee Chriſtiana, y ſalud de las almas de los dichos Comendadores y Caualleros.* Hæc ibi. Idem etiam docet Summus Pontifex Sixtus 5. in Bulla conceſſa militibus Monteſiæ ad matrimonium contrahendum. vt vidimus ſupra lib. 1. cap. 4. §. vbi facit mentionem prædictę Bullæ Pauli 3. confirmans, ibi. Paulus Papa 3. & noſter predeceſſor, vt eo libentius plures inſignes viri habitum regularem militiæ de Calatraua ſuſciperent, ac ipſius militiæ propagationi, et bono regimini &c. amplius conſuleretur &c. † Et ex dictis cōſtat, in his militijs nullam eſſe factam diſpenſationē in ſuis inſtitutis: ſed quod milites qui modo eas profitentur non minus tenentur ad exercitia belli, et ad perfectionem charitatis tendere (quę eſt ſcopus religionum.) quam primi fundatores. Et hoc ita eſt verum: et ita dicendum eſt, et predicandum. Non vero, inanimarum ſcandalum, dicere, iam ſunt fere abolitæ. vt in argumento falſo prætenditur. ad quem patet reſponſio per prædicta. Nota.

(∴)

Soluitur

# Soluitur 28. Argumentum, ab autoritate Doctoris Fr. Dominici de Soto, & DD. Franciſci Sarmiento, & aliorum.

## §. 28.

Dominico Soto, (vt patet ex ſuo lib. de Iuſtitia & iure lib. 7. q. 5. art 3. & lib. 4. ſenten. d. 27. quæſt. 1. art. 4. col. 13.) viſum eſt, iſtam militiam Sancti Iacobi non eſſe veram, & ſimpliciter religionem, & quod D. Thom. eſt huius opinionis. ergo.

2 Pro reſponſione huius argumenti. videnda eſt ſolutio decimi argumenti. In quo oſtendi, doctrinam D. Thomæ potius eſſe allegandam pro his militibus. videnda eſt etiam doctrina Doctoris Nauarri quam retuli in ſolutione ad 26. num. 8. & etiam lib. 1. conſ. Titul. de his quę vi metu conſ. 5. num. 6. & in apolog. de red. quæſt. 1. mon. 54. num. 1. & 55. num. 1. & monito. 56. num. 1. & 6. vbi docet, quod dicta opinio Soti eſt falſa, & noua, & quod non debuit viam relinquere regiam, & contra omnium ſententiam nouam cudere.

3 Et ita reſpondendum eſt, cum Nauarro, & nullomodo Sotus ſequendus eſt: vir enim (alioqui doctus) nullum ſolidum fundamentum adducit, vt patet ex ſupradictis ſolutionibus argumentorum, & falſam relationem habuit huius ordinis, & non plenam notitiam eius inſtituti, imo nec aliarum militiarum Calatrauæ, & Alcantaræ. Etiam antequam diſpenſarentur ad nubendum. Et iure optimo dicit Nauarrus, quod aſſertio Soti eſt falſa.

4 Quod & magis probo ex ſuis ſcriptis, locis allegatis. lib. de iuſtitia, & in 4. ſent. in quibus non ſolum docuit, contra hanc religionem D. Iacobi, in qua a principio caſtitas coniugalis vouetur, ſed etiam contra religiones militares, Calatrauæ, & Alcantaræ, Quando caſtitatem omnimodam vouebant, & vxores nō poterant ducere: Opinatus eſt enim legitimas religiones non eſſe. & quod tale votum non erat legitimę religionis, & ſtatuto Pontifi-

cis



cis matrimonium impediens, ac proinde quod Summus Pontifex poterat diſpenſare, in eo. vt in voto ſacerdotum, & in lib. 4. ſent. opinatur, quod tale votum religionis non dirimebat matrimonium ratum & etiam dicit, quod per ingreſſum religionis D. Ioannis, quantum ad equites, affirmare non auderet dirimi matrimonium ratum. Hęc dicit. Et frater Franciſcus Ouando in eodem lib. 4. ſententiarum diſt. 38. ad finem fol. 54. refert eundem Dominicum de Soto, in quodam exercitio publico Salamanticæ, dixiſſe, ſe dediſſe conſilium ad faciendam diſpenſationem, cum militibus Calatraue: quia non habebat illud, pro voto ſolemni. Hæc Ouando, qui tamen aſſertum Soti non admittit. Et iure optimo, ſiquidem hęc doctrina ſuſtineri non poteſt Certum eſt enim, votum illud caſtitatis omnimodæ quod ante diſpenſationem emittebant, fuiſſe votum ſolemne veræ religionis. vt patet ex D. Tho. in 22. q. 186. art. 7. vbi docet, quod religionis ſtatus conſiſtit, & integratur ex tribus votis obedientię, continentiæ, & paupertatis. Et in quęſt. 188. docet quod poteſt inſtitui religio ad militandum.

5 Et ita certum eſt, & dicendum. votum ſolemne religionum militiarum, in quibus equites non ducunt vxores: dirimere matrimonium ratum, non dum conſumatum, etiam quantum ad equites. ſic; ita, in religione diui Ioannis, & expreſſe cauetur in ſtatutis ſuis, quod qui contraxerunt matrimonium, & non conſumauerūt illud: poſſunt intrare, & profiteri talem religionem. vt refert & ſequitur Nauarrus. lib. 3. conſil. de conuers. coniug. fol. 296. conſil. 1. n. 3. Et quod ſic tale matrimonium dirimatur: tenent etiam frater Petrus de Aragon in 22. quęſt. 83 fol. 1037. & frater Petrus de Ledeſma in addit. ad 3. p. quæſt. 61. art. 2. fol. 593 ad 4. argumentum, & Cordub. in ſum. quæſt. 178. & citat Nauarrum de reddit. ad finē, & frater Ouando ſupra. & Frater Manuel, in ſumma. cap. 220 cōcluſ. 2. qui omnes expreſſe loquuntur de religione militari diui Ioannis, quo ad fratres milites. Et probatur ex diffinitione Concil. Tridēt. ſeſſ. 24. can. 6. ſiquis dixerit matrimonium ratum, non conſumatum, per ſolemnem religionis profeſsionem alterius coniugum, non dirimi. anathema ſit. Vbi Concilium aperte loquitur, de quacunque religione, & profeſsione ſolemni cuiuſcunque religionis. *Concil. Trid.*

6 Præterea idem Dominicus de Soto, in lib. 10. de iuſtitia & iure, dicit: Quod religio quæ chorum non habet, hoc eſt quæ non celebrat in communi diuinum officium, vix nomen religionis mereatur.

tur.

tur, quæ verba abolenda ſunt. Nam religionis ſtatus, in ordine ad charitatem conſequendam conſiderandus, & ordinandus eſt. & ita poteſt inſtitui ad docendum, ad ſtudendum, & alia opera vitæ actiuæ: vt patet, ex doctrina D. Thomę 22. quæſt. 186. ar. 2. & quæſt. 188. art. 2. patet etiam ex praxi, in religione Societatis Ieſu, inſtituta ad propriæ ſalutis, & perfectionis ſtudium, & proximorum: docendo, & agendo priuatim, & publicæ, &c. & facit pro hoc Caiet. in ſum. verb. horæ canonicæ. in principio. dicit enim, eſſe profeſſos monachos in Dei Eccleſia, abſque horis canonicis, & citat in ſui fauorem D. Thom. 22. q. vltima art. 7. ad 2. & D. Hieronymũ 16. q. 1. c. alia & cap. Sic viue. & cap. Si Clericatus.

7 Itaque Dominicus Sotus in his quæ contra hos fratres milites tradidit, audiendus non eſt. Imo, & certe ſi eius fundamenta bene expendantur, non ſunt contra hos milites, & eius regulam. Loquitur enim Dominicus Sotus (vt ex eius litera patet) de ſtatu matrimoniali, cum ſuis oneribus, & implicationibus, & non vt, ſecũdum regulam D. Iacobi contrahitur, ſic enim omnia ſufficienter ceſſant, in vnoquoque fratre milite, per licentiam quam dat mulier ſumendi habitum, & faciendi tria vota, vt ſatis oſtendi. Et procul dubio credo, quod tantus vir, ſi plenam notitiam huius inſtituti, & ordinis habuiſſet, aliter docuiſſet, ad docendumque tenebatur, & tenetur omnes, qui ipſum ſequuti ſunt. Sic etiam viſum eſt viris doctis, & tenent etiam ex ordine S. Dominici, quod frater Dominicus de Soto fuit male informatus, & quod ſi ipſe, & DD. Franciſcus Sarmiento, & alij vidiſſent bullas ſupra poſitas lib. 1. mutaſſent ſententiã quod & ego (Chriſto Ieſu duce qui in hoc natus eſt, vt teſtimoniũ perhiberet veritati) ſic magis oſtẽdere curo.

*Nota.*

*D. Ioan. cap. 18.*

8 DD. Franciſcus Sarmiento ſequtus eſt Dominicum Sotum: vt patet ex ſuo defenſorio. ſed (vt dico cũ debita modeſtia, & pace loquar) vir iſte (aloqui doctus) malam in hac re habuit relationẽ, & opus ſuum præfatum defenſorium 1. parte mon. 55. & 56. & 57. & 62. multa falſa, & intollerabilia continet, quæ optime refutat Nauarrus in Apolog. de reditibus. quæſtione prima, mon 54. & ſequentibus. & quæſtione tertia, mon. 13. & in propugnaculo. mon. decimoquinto, vbi quędam, de præfato auctore dicit eſſe falſa, & parum pia, ſicut & noua. quod ego ſic etiam oſtendo.

Ecce, in prima parte defenſorij monito. 55. dicit nullus autor ſeu Catholicus nunquam dixit, quod hi Commendatores ſint per-



perſonæ Eccleſiaſticæ. Hæc Sarmiento. At vero contrarium monſtraui ſupra cap. 1. §. 10. & §. 3. & ſequentibus, & cap. 2. in ſolutione ad 8. ad argumentum; & ad nonum. & ad 24. & 25.

Deinde eodem monito. 55. numero 3. dicit quod iſti Comendatores, nec habẽt chorum, nec Eccleſiam, ſed parochiam ſub qua degunt, ſicut alij laici. quæ falſa eſſe, probaui ſupra §. 9. ad nonum. & ad 25. argumentum.

Et in eodem monito. 55. num. 5. & mon. 56. num. 4. dicit. Hos comendatores non gaudere beneficio canonis, neque fori, & ita cõcludit eſſe ſeculares, & non perſonas Eccleſiaſticas. quæ ſimiliter falſa eſſe patet, ſupra lib. 2. cap. 1. §. 8. & 9. & 10. & c. 2. §. 8. ad octauum, & ad 24. & 25. argumentum.

In monito 56. num. 2. & 3. dicit hos Comendatores Sancti Iacobi, Calatrauę, & Alcantaræ non emittere tria vota ſubſtantialia religionis. Et quod Comendatores Sancti Iacobi non profitentur ſimpliciter viuere ſine proprio quæ omnia falſa eſſe, patet ſupra cap. 1. §. 4. prob. 2. & ſeq. & cap. 2. §. 17. ad 17. & 18. & ad 20.

Ad illud etiã quod in hoc monito num. 2. & 3. allegat, de eo, quod coniugatus non habet dominium ſui corporis, iam ſatis reſponſum eſt, quod de licentia vxoris ſumit habitum, & tradit ſe totaliter Deo magiſtro, & ordini de quo videatur ſolutio ſecundi argumenti, & tertij, & ſexti, & decimi.

In eo etiam quod hoc monito num. 1. docet (ſequendo Dominicum Sotum in 4. diſt. 27. queſt. 1. ar. 4.) quod per ingreſſum religionis S. Ioannis, non diſſoluitur matrimonium ratum: iam patet quod non eſt ſequendus, vt modo oſtendi, contra Dominicum Sotum.

9 Illud etiam quod in fine huius moniti. 56. dicit, forte melius eſſe, vt votum caſtitatis nullo modo iſti fratres milites emitterent, falſa doctrina eſt, & iniurioſa multorum virorum illuſtrium, quia non eſt difficilius ſeruare votum caſtitatis, quã pręceptum de non fornicãdo extra matrimonij ſtatũ. quod eſt ſextũ de calagi. vt docet Nauar. ſupra de reddit. q. 1. mon. 56. n. 8. vbi refert, eſſe quã plurimos viduos, & viduas, & virgines in aulis Regis: qui, & quę magnam caſtitatẽ ſeruãt, & ſeruaſſe per earũ ſacras cõfeſsiones cognouit. quod & cõfirmari poteſt, ex eo quod multi ſãcti viri cõmorati ſunt cũ regibus, & principibus. vt Ioſeph in Curia Pharaonis Pſ. 140. Et Moyſes in domo Pharaonis act. 7. Nathã Propheta inter fami-

familiares Dauid, & Salomonis computatur. Daniel etiam in Curia Regis Babylonis, conſtitutus eſt Princeps ſuper omnes Prouintias Babylonis, & poſtulauit a Rege, & cōſtituit ſuper opera Prouinciæ Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago, ipſe autem Daniel erat in foribus Regis. Danielis 2. in fine cap. & Mardocheus factus eſt Princeps in Curia Aſſueri Heſter 8. & D. Paul. ad Philippenſes vlt. cap. dicit, Salutant vos omnes ſancti, maxime autē qui de domo Cæſaris ſunt. Diuus etiam Sebaſtianus fuit in Curia Diocleciani. Non ergo eſt cur, ex hoc quod aliqui fratres ſunt in Curijs Regum, condemnandi ſint. Maxime quia de licentia, ſeu obedientia Magiſtri ſunt, ſuoque Magiſtro Regi Catholico ſeruiētes maximis negotijs Chriſtianitatis occupati. Aliqui etiam ſunt, vt rationē redant eorum quæ geſſerunt in bellis: Vel etiā tractant de reditu ad bellum, ſeu ad defenſionem Caſtri ſibi commiſſi, vt ego vidi aliquos. Item alij fratres qui adoleſcentes ſunt, eidem Magiſtro ſeruiunt: ſeruituri poſtea in bellis. Et hæc vera eſſe confirmo, inter alia ex bulla Gregorij 13. de facultate teſtandi, vbi in perſona Domini Regis dicitur, pleroſque ex militibus militiarum prędictarum pro fide Catholica tuenda, & conſeruanda arma induere, & ei rei perpetuam operam (vt veros Chriſti Adhlitas decet) nauare, alios vero grauibus negotijs per tractandis eſſe diſtentos.

10 Deinde in monito. 57. dicit, officium quod tendit ad irregularitatem opponitur religioni: & inſtitutionem harum religionum militarium ad irregularitatem tendere. Ad militandum enim, vbi irregularitas contrahitur, ſunt inſtitutę. hoc autem repugnat inſtituto perſonarum Eccleſiaſticarum, & ita non eſſe religiones: quia ſunt ad propugnandos inimicos inuentæ. hoc dicit. Quod eſſe pluſquam falſum: patet, ex ſupradictis in ſolutione ad 22. argumentum. Et hæc pro reſponſione huius argumenti ſufficiant.

11 Nam illud quod in eo allegatur, eſſe alios Doctores tenentes cum Dominico Soto: nullam vim habet, quia rem nō examinant ex profeſſo: ſed obiter tractant: nullamque rationem nouam, aut fundamentum adducunt, præter ea, quæ Dom. Sot. & D D. Franciſcus Sarmiento referunt: quæ iam ſoluta ſunt: nullamque vim habent contra regulam Sancti Iacobi, a Sancta Sede Apoſtolica, pro veræ religionis inductiua, approbatā. Et ita potius ſpero: quod tales Doctores, viſis bullis harum religionum, mutabunt ſententiam: & in particulari, ſperandum eſt de Alfonſo Azebedo. qui lib. 3. nouæ recopilationis. tit. 5. leg. 14. ibi, *Caualleros de Sant Iuan*

Azebedo. 12.



*Ioan, o otro algun religioſo.* Per particulam (*otro*) quia eſt repetitiua ſimilium probat milites S. Ioannis eſſe veros religioſos. Et profecto ſimili ratione, & motiuo idem dicere tenetur de fratribus S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, vt probaui ſupra cap. 1. §. 3. num. 13.

13 Conſequenter etiam notandum eſt, quod Petrus Nuñez de Auendaño, & Greg. Lopez non ſunt citandi contra hos milites: nam Auendaño, cap. 20. pret. num. 11. lib. 2. non negat hos fratres eſſe vere religioſos, imo expreſſe tenens cum Epiſcopo Couarruuia id docet. Suum ibi propoſitum eſt, quod cōcubina Comendatoris S. Iacobi, mitiori pena punienda eſt, quam concubina clerici beneficiati. De quo videantur quæ ad notaui in ſolutione ad 23. Auedaño.

14 Greg. Lopez l. 1. tit. 7. part. 1. Gloſſ. magna de hoc diſputat, ſed non determinat, quia inquit inciuile eſt iudicare, bullis nō viſis. Greg. Lopez.

15 Molina de primogenijs. lib. 1. cap. 13. num. 98. & lib. 2. cap. 9. num 69. ſi bene expendatur, non facit cōtra hos milites, agit enim de maioratus ſucceſsione, & ęquiparans in hos fratres milites, cum Eccleſiaſticis perſonis, ſcilicet clericis, dicit quod hi fratres milites, quo ad hæc, omnes potius laici cenſendi ſunt, quam religioſi. quibus verbis, non eos dicit eſſe ſeculares, ſed vult dicere, quod poſſunt ſuccedere in maioratu. in quo benedicit, fieri poſſe, ſitq; de licentia Magiſtri, ſalua religione militari, & regula Sancti Iacobi, quæ hæc admittit. non enim (vt ſæpe eſt dictum) regula monachalis eſt. Quę monachalis iure optimo excludit cōſeruationē familię. Molina.

16 Deinde iſte doctor Molina infra lib. 2. cap. 9. num. 69. admittit, quod hi fratres milites S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantarę faciunt profeſsionem ſolemnem, & quod eos debet obligare ſecundum earundem religionum ſtatuta, atq; obſeruationes. in quo vere, & fauorabiliter loquitur, pro his militibus.

17 Illud vero quod ibi dicit hos milites poſſe primogenia inſtituere, ad præſentem noſtrā diſputationē neceſſario non videtur attinere, & quicquid de hoc ſit, non eſt contra noſtrū intentū, ſatis eſt modo ſcire, quod omnia bona quę frater miles habet, etiam patrimonialia adminiſtrare, & diſponere de eis tenetur ſecundū Magiſtri licentiā, ſecundumq; profeſsionē ſolemnē quam fecit. quod etiā Molina admittit: & in eo concordat cū Nauarro. ſed id in quo diſſentire videntur, eſt, quod Nabarrus negat poſſe Comēdatarios facere maioratus de bonis patrimonialibus, pro diuitibus, quia non habent dominium illorum, ſicuti habent clerici ſeculares, qui do-

X mini.

minij ſunt capaces. E certe hæc Nauarri ſententia, ad rei naturā, & veritatem accedere credo, propter eius fundamentum. Nam certum eſt, quod omnia bona horum fratrum militum, etiam patrimonialia, ſeu alias quouis modo adquiſita ſunt de ordine iſto, D. Iacobi, nec illorum habent dominium, vt etiam ad notaui §. 26 ad 26 argumentum num.10. & expreſſe docet regula, D. Iacobi, cap.20. ſup cap.4.§.1. num.43. & Bulla confirmationis eius. Quod vero Molina in eodem num.69. addit † abſurdum namque foret quod poſſent hi comendatores filios legitimos procreare, & eis non licite aliquid proprijs filijs, nec in vita nec in morte ſiue iure primogenij, ſiue alias relinquere † non facit contra Nauarrum, nec contra nos, nec contra regulam S. Iacobi & Bullas Apoſtolicas. ſecundum quas ſufficienter eſt prouiſum ijs filijs, quo ad æducationem, & hæreditatem, vt iam oſtendi in ſolut. ad 28. arg.

18 Menchaca. Menchaca, lib.3. controuerſ. illuſt.105. de hac re diſputat, & videtur in fauorem horum militum, inclinare.

19 Bene etiam aduertendum eſt, pro intelligentia aliquorum Doctorum, qui de his religionibus aliquando tractant: in quo ſenſu loquantur. Ex eo enim quod aliqui dicunt, hos milites poſſe facere teſtamentum: ſuccedereq; in maioratu, aut quod ſi ſunt fornicarij mitiori pæna, ſunt puniẽdi: nō ideo negant eſſe religioſos. Beneq; iudices aduertant quomodo ſe habere debeant in cauſis horum fratrum, ne incidāt in pœnas iuris, & Bullæ Cœnæ Domini.

20 Sic, neq, allegā ti ſunt, cōtra hos fratres milites aliqui ex doctoribus antiquis; etiā ſi docere videantur contra eos: ſed potius prudenter ſunt interpretandi, quia ſpecialem, & plenam notitiā huius inſtituti nō habuerunt. Similiterq; intelligẽdi ſunt antiqui Patres,

Nota. ſi contra facere videntur, tunc enim inſtituta nō erat iſta regula, ſeu eius non habuerunt ſpecialem notitiā, quā ſancta Sedes Apoſtolica magno premiſſo examine, & diſputatione profunda, ſummoq; ſtudio ordinauit. Et ſpiritus Sācti ductu approbauit, ita vt vſus (res ſancti) matrimonij, poſſet eſſe cū ſtatu religioſo. Ac proinde beneuole, & docte lector, cū Patres, de vſu matrimonij loquuntur, quod

21 nō cohæreat cū ſtatu religioſo, intelligendi ſunt; docere de matrimonio ſecūdū q̄ communiter ab hominibus cōtrahitur qui ſūt liberi & ſui iuris, habētes curā rei familiaris, & agrorū, & mercaturę &c. neq; ſunt ſubiecti volūtati alterius, neq; nāc ſpati in obſequiū, & cauſas Dei per agendas, quales ſunt iſti fratres milites Chriſti, & Iacobi, totaliter translati profeſſione ſolemni per tria vota in obſequium Dei, vſq; ad mortē, videri poterit Petrus Gregorius,



in lib. Syntag. iuris vniuerſi p.2. lib.15.c.35.n.7.& 8.&14. 22
Concludo ergo argumentum propoſitum nullam vim habere. Nam omnia dicta Doctorum, ſi contra hos fratres milites, & eorū ordines facere videntur: regulandæ ſunt per regulam S. Iacobi: auctoritate Apoſtolica ordinatā, & approbatam, perq; bullas Apoſtolicas conceſſas in conſeruationem harum militiarum S. Iacobi, Calatraue, & Alcantare, & Monteſię. Siqui vero non regulariter viuunt: corrigantur. Et hoc tantum argumenta probare poſſunt. Et pro maiori declaratione, & reſolutione eorum quæ in hoc opere à me dicta ſunt, pono ſequentem concluſionem.

## §. 29.

## CONCLVSIO RESPONSIVA, quæſtioni principali Poſitæ, in principio huius 2. libri.

**Fratres milites Ordinis militiæ S. Iacobi de Spata, Calatraue, Alcantaræ, & Monteſię, vouentes caſtitatem coniugalem, viuere ſine proprio, & obedientiam: ſunt vere, proprie, & eſſentialiter religioſi. Et contraria aſſertio eſt falſa.**

Hæc concluſio manet probata, per bullas Apoſtolicas poſſitas in lib.1. & per probationes, & ſolutiones argumentorum 2. lib. Quod vero attinet ad Doctores eam defendentes, inter alios qui tenent primā concluſionis partē, quod ſint vere propre, & eſſentialiter religioſi, ſunt ſequentes. 1

MARTINVS Ayala. lib. Cōpendio y declaracion de la orden de S. Tiago. c.1 & 2. cui magna fides in hac re adhibēda eſt quia huius Ordinis D. Iacobi, & Cōuentus Vclẽſis fuit profeſſus, magnāq; notitiam habuit huius inſtituti, & ſanctarū ſcripturarū intelligentiam, vt teſtātur eius opera, quale eſt illud quod de diuinis Apoſtolicis. Atq. Eccleſiaſticis traditionibus, dū exiſteret Epiſcopus Guadigẽſi anno 1549. & poſtea anno 1552. apud Vtrētū ciuitatē cōpoſuit prefatū librū *Compendio, y declaracion de la Ordē de S. Tiago.* Fuit deinde Epiſcopus Segouienſis, & Archiepiſcopus Valentinꝰ. facit de eo mētionē cathalogus patrū, qui ad Sanctam

 Triden-

Tridentinam Synodum conuenerunt, ponimurque inter Epiſcopos Pauli 3. ibi. Martinus Perecius de Ayala, Hiſpanus, Epiſcopus Segouienſis. inter fuit autē toti Concilio. Quod & ad notauit Ioannes Trullus in ſuo libro Ordo Canonicorum. lib. 1. c. 6. n. 13. & vir iſte Ayala, ab obnibus laudatur quod ſemper fuit veritatis amator, & acerrimus defenſor. 1

Fr. Michael de medina, Ordinis S. Franciſci, de ſacrorum hominum continentia lib. 4. controue. 7. c. 29. fol. 383.

MARTINVS Azpilqueta Nauarrus Iuriſconſultorū noſtræ ætatis maximus Theologus, & Theologorum iuris conſultiſſimus de reddit. mon. 55. & 56. & impropugnaculo apologi. §. 15. & in conſilijs. lib. 1. de his quę vi metu. conſil. 5. n. 6. & lib. 3. de regularibus conſil. 23. & lib. 4. de ſponſ. conſ. 10. & 13.

FORTVNIVS Garçia. in conſilio preſtito, pro militia S. Iacobi. qui Doctor appellatur ſubtilis ob eius ingenij acumen.

DIDACVS Couarruuias Aleyua. Epiſcopus Segouienſis, & Philippi 2. Regis, ſummo præfectus prætorio. 2. p. Epi. decret. cap. 3. §. 1. n. 18.

3 DOMNVS Michael a Marañon. in lib. quem de hac re, reliquit ſcriptum, & in quodam conſilio præſtito, quod typis mandatū, circūfertur, & refertur a Nauarro ſupra in propugnaculo

PETRVS Belluga in ſpeculo Principum. cap. 1. rubr. 7. n. 7.

PETRVS Nuñez de Auendaño. cap. 26. prætorum n. 11. l. 2.

FR. Hieronymus Roman. in repub Chriſtiana cap. 2. fol. 402.

DOCTOR Martinus Garnica, primariæ cathedræ Theologiæ moderator, in Complutenſi Vniuerſitate. qui & poſtea fuit Canonicus Cathredalis ſacræ Scripturæ in Eccleſia Conchenſi, & Epiſcopus Oxomenſis.

FRATER Gregorius Satorres, ordinis S. Auguſtini Doctor S. Theologiæ, & eiuſdem publicus profeſſor, in Vniuerſitatate Valentina. & Prouintiæ Aragonum olim Prouincialis.

FRATER Hieronymus Cabanillas, ordinis S. Franciſci de obſeruantia Lector Theologiæ, & concionator Generalis, & Apoſtolicus apud Valentiam. Et alij plurimi viri Docti noſtri temporis, vt modo oſtendam.

Secundam partem concluſionis, tenent prefati Doctores Nauarrus Frater Michael de Medina, Domnus Michael a Marañon, & multi viri docti noſtri temporis, conſulti a me perſonaliter & eis propoſitus fuit caſus ad hunc modum.

Caſus.



# CASVS.

VTRVM fratres milites ordinis S. Iacobi, vouentes caſtitatem coniugalem, obedientiam, & viuere ſine proprio, ſint vere, propriæ, & eſſentialiter religioſi. 2

Tenent affirmatiue Archiepiſcopus Ayala. Epiſcopus Couarrubias. Fortunius Garcia. Auendaño. D. Michael a Marañon. Frater Michael de Medina. & dicit contrariam eſſe falſam, & Nauarrus dicit eſſe pluſquam falſam. 3

*Franciſcus Martinez, Sacræ Theologiæ Doctor, & primariæ Cathedræ Theologiæ in Complutenſi Vniuerſitatæ, & electus & confirmatus Epiſcopus Canarienſis. anno 1597. ſic reſpondit.*

TEneo cum prædictis eſſe vere religionem, & opoſitam ſententiam eſſe falſam. 4

D. *Franciſcus Martinez.*

*Gabriel Vazquez Societatis Ieſu Lector Theologiæ in Collegio Complutenſi, eiuſdem Societatis qui etiam Romæ publice profeſſus eſt Theologiam, & librum de Cultu adorationis compoſuit, & Commentaria in primam partem D. Thom. ſic reſpondit.*

IDem ſentio Gabriel Vazquez, Theologię profeſſor in Collegio Societatis Ieſu, Complutenſi. 5

*Ignatius, Lopez de Salzedo in eadem Vniuerſitate Complutenſi Iuris Pontifitij publicus, primariuſque profeſſor, & Decanus, qui & practicam criminalem compoſſuit. Sic reſpondit.*

DOctor Lopez de Salzedo, primarius profeſſor, & Decanus, & amplector opinionem, & teneo contrariam eſſe falſam. 6

*Ludouicus de Tena Doctor S. Theologiæ, eiuſdem Vniuerſitatis Veſpertinam Cathedram Regens, ſic reſpondit.*

SVB meliori iuditio, ſentio, hos fratres non tantum Sacerdotes, ſed etiam equites militiæ huius, eſſe vere, & proprie religioſos 7

X 3 gioſos

gioſos, & ita per legi in materia de voto, quia caſtitas coniugalis eſt ſufficiens materia veræ & propriæ religionis, nam ſicut in carentia proprii eſt magna latitudo, in diuerſis religionibus: ita & in obſeruantia caſtitatis, poteſt eſſe latitudo, vt alia ſit virginalis,
8 alia coniugalis, vnde verę & proprię committunt ſacrilegium, qui contra iſtam caſtitatem coniugalem faciunt, & ſententia oppoſita, dicẽs nõ eſſe vere, & proprie religioſos, ſemper mihi viſa eſt falſa.
9 imo ſi ponderentur verba Alex. 3. contenta in ſuis Bullis: quibus aſſerit ordinem veſtrum, auctoritate Apoſtolica confirmantes, & quod in partibus iſtis ſurrexit religio, quæ Deo grata eſt, ſicut indubitanter credimus. &c. *& infra*, qui religionem ipſam aſſumunt. &c. & tandem conſiderato religionis ordine, quem ſumpſerunt. &c & Honorij 3. deſertores huius religionis, tanquam
10 Apoſtatas iubentis haberi: videtur licentioſa aliquatenus. Compluti die 23. Iunij Anno 1597.

*Doctor Ludouicus de Tena, Veſpertinæ cathedræ Theologiæ Profeſſor, in Complutenſi Academia.*

L*Vdouicus Monteſino Doctor Theologus eiuſdem Vniuerſitatis cathedram Scoti Regens, & modo primariam Sanctæ Theologiæ, ſic reſpondit.*

11 TEngo por mas probable, y por verdadera la ſentencia de eſtos Señores, en quanto dizen que los Caualleros deſtas ordenes militares, ſon verdaderamente religioſos, y anſi la opinion contraria, tengo por falſa. *Saluo meliori iuditio.*

**D. Luis Monteſino.**

A*Luarus Villegas Doctor Theologus, eiuſdem Vniuerſitatis cathedram alteram Sancti Thomæ Regens, ſic reſpondit.*

12 In hac re ſentio cum Sapientiſsimo Doctore Tena.

**D. Aluarus Villegas.**

I*Oannes Marquez, ordinis S. Auguſtini Lector cathedræ Veſpertinæ Theologiæ, in Vniuerſitate Salamanticenſi. ſic reſpondit.*

Sentio



SEntio cum Sapientiſsimo Doctore Ludouico Monteſino. Salmantice, die 6. Nouembris. Anno 1597. 13

*Fr. Ioanes Marquez.*

E*Manuel Rodriguez Luſitanus, Lector Theologiæ, ordinis Sancti Franciſci, qui librum de expoſitione Bullæ Cruciatæ compoſuit, y la Summa de caſos, & librũ quæſtiones regulares, ſic reſpõdit.*

REſpondo, que eſta miſma opinion tengo por verdadera: como lo defendo largamente enel primer tomo Theſauri monachalis. q. 1. art. 6. y viſtas las Bullas, que eſta ſagrada Religion tiene, no ſe puede dezir lo contrario. 14

*Fray Manuel Rodriguez.*

M*Iguel Marcos, Lector Theologiæ, in Collegio ſocietatis Ieſu Salmanticenſi. ſic reſpondit.*

LA concluſion, que eſtos Señores firman aqui: tengo por cierta, y para ella ay fundamẽtos cõcluyẽtes, por los quales me parece, la contraria opinion, muy falſa. *Saluo meliori iuditio.* 15

*Miguel Marcos.*

L*Vdouicus Turrianus, Lector alterius cathedræ Theologiæ, in præfato Collegio Complutenſi. ſic reſpondit.*

ESto, del P. Miguel Marcos me parece bien, y cierto las Bullas de Alex. 3. y otros Pontifices que tiene eſta Religion, y yo he viſto de propoſito, hablan a mi juyzio claramente. y es bien que ſe vea lo que en la regla de eſta Religion ſe dize, enel cap. 20. *Obedientes ſint Magiſtro in omnibus, & per omnia. illi qui habuerint uxores caſtitatem teneant coniugalem: & qui non habuerint uxores caſte uiuant: nullum proprium habeant, nec retineant quicquam, niſi quod a Magiſtro, uel Commendatore fuerit eis conceſſum.* En las quales palabras, ſe declara la materia de los tres votos. 16

*Ludouicus Turrianus, Theologiæ Profeſſor, in Collegio ſocietatis Ieſu. Complutẽ.*



Orduña

*Orduña Doctor ſacræ Theologiæ, & Canonicus Eccleſiæ Sanctorum Iuſti & Paſtoris Compluteñ. ſic reſpondit.*

17 Sentio, cum Doctore ſapientiſsimo Ludouico de Tena. Compluti. 28. Nouembris. 1597.

*D. Orduña Canonicus Sanctorum*
*Iuſti & Paſtoris.*

*Hieronymus de Florencia publicus etiam Profeſſor S. Theologiæ, in Collegio ſocietatis Ieſu, Compluteñ. ſic reſpondit.*

18 Sententiam affirmatiuam Sentio eſſe veriſsimam, & Pontificũ menti ſatis cõſonam, quorum verba difficilem habere poſſunt, pro contraria ſententia expoſitionem. ſaluo meliori iuditio. &c.

*Hieronymus de Florencia, Theologiæ Profeſſor*
*in Collegio ſocietatis Ieſu, Complutenſi.*

*Ioannes Pardos, Doctor ſacræ Theologiæ Cathedræ Durãdi, in dicta Vniuerſitate Complutenſi, moderator, ſic reſpondit.*

19 PARA aueriguacion de eſte caſo, digo que la regla de la Orden de Sanctiago, como conſta por el cap. 20. ſobre que ay tres votos, obediencia, caſtidad, y pobreza, de la obediencia claro conſta, pues ſe manda en el miſmo capitulo que ſean obedientes a ſu Maeſtre en todas, y por todas las coſas, de la pobreza conſta que hazen verdadero voto, pues ſin licẽcia del Maeſtre, la qual deuen pedir en cada vn año, no puedan diſtribuir, ni adminiſtrar nada, como conſta del libro de ſu regla c. 4. titulo 5. de ſu profeſsion. La mayor dificultad eſta en el voto de caſtidad, a lo qual digo, que como conſta del dicho libro de la miſma regla, los caſados no pueden hazer profeſsion: ſino con expreſſa licencia de ſu muger:
20 cõ la qual licencia ſe puede muy bien entender, que haze verdadera entregua de ſu cuerpo a Dios, y anſi ſe dexa bien entender, que quando vna muger ſe caſa con vn Cauallero de la dicha Orden, le accepta por marido, con las cõdiciones de ſu Orden: y anſi ſiempre que el Maeſtre le mande yr a la guerra: eſtara obligado a hazerlo, y a poner ſu vida por la obediencia, y Religion Chriſtiana.





como conſta de la Bulla de Alexandro 3. *Quod nobiles quidam uiri non ſolum poſſeſsiones terrenas, ſed & corpora ſua dare in extrema queque pericula pro domino dacreuerunt. Et in habitu & conuerſatione religionis ſub unius Magiſtri, ſtatuerunt obediencia commorari, eo utiq; moderamine propoſitum ſuum, & ordinem temperantes, ut habeãtur in ipſo ordine, qui cælibem ſi uoluerint ducant uitam, ſint etiã qui iuxta inſtitutionem Dominicam ad procreandam ſobolem, & incontinentiæ precipitium euitandum coniugibus ſuis utantur.* Adonde claramẽte ſe comprehenden los tres votos. Mas que la miſma Bulla los admite por Religioſos, en la miſma orden, los que guardan el eſtado de la virginidad, y los q̃ guardã caſtidad cõiugal, en la qual Nota.
Bulla claramẽte ſe dize los vnos, y los otros, eſtar en religiõ, luego los q̃ prometẽ caſtidad, abſolutamẽte eſtan en eſtado de religiõ: luego los Caualleros militares de aquella orden, ſe deue dezir que ſon Religioſos. Y acerca de las encomiendas ſe deue aduertir, que quando ſe las dan, es con eſte grauamen, haſta tanto que durare el beneplacito del Maeſtre, de donde ſe colige que no ay obſtaculo para el voto de pobreza, y aſsi digo. *Saluo meliori iuditio.* Que la 21
contraria opinion no es defenſable, y quien la tuuiere, no deue auer viſto las Bullas de la Religion, eſpecialmente la de Alexandro tercero de la fundacion, y aſsi digo que es verdaderiſsima la opinion. *Quam teneo ſub correctione.* a 28. de Nouiembre de 97.

*D. Ioannes Pardos.*

*Andres Perez Doctor ſacræ Theologiæ, & Canonicus dictæ Eccleſiæ Complutenſis ſic reſpondit.*

Quod ordinis militares ſint vere & proprie religiones ſaluo 22
meliori iuditio, ita ſentio, eſſe verum: quod contrarium exiſtimẽ, eſſe falſum. Compluti die 29. Nouembris. Anni. 1597.

*D. Andres Perez de Arenas Canonicus*
*Sanctorum Iuſti & Paſtoris.*

*Chriſtophorus de Caſtro Lector ſacræ Eſcripturæ, in dicto Collegio Complutenſi ſocietatis Ieſu ſic reſpondit.*

23 CVm prædictis teneo religionem militarem Sancti Iacobi eſſe vere & proprie religionem: & oppoſitam ſententiam eſſe omnino improbabilem. Datum in noſtro Collegio Complutenſi ſocietatis Ieſu. 30. die Nouembris. Anni 1597.

*Chriſtophorus de Caſtro.*

*MArtinus Yañez Doctor ſacræ Theologiæ Collega Collegij Sanctæ Crucis Vallisoleti & in eadem Vniuerſitate Philoſophiæ, ac ſanctæ Theologiæ publicus, Profeſſor, nunc autem Canonicus Cathredalis ſacræ Scripturæ in Eccleſia Conchenſi, & Sancti Offitij Conſultor, ſic reſpondit.*

24 IN dubio propoſito, ſententiam afirmans, hos milites & equites militię S. Iacobi, non eſſe vere, propie & eſſentialiter religioſos, ſemper michi viſa eſt parum, aut nihil probabilitatis habere, & ita ſententiam aſſerentem huiuſmodi equites & nobiles Commendatarios militiæ D. Iacobi eſſe vere, propie & eſſentialiter religióſos multo probabiliorem ac veriorem cenſeo, & ita in meis publicis aſſertionibus & lectionibus, ſemper docui, cum caſtitas coniugalis ſit ſuficiens materia verę & propię religionis. Nam ſicut in diuerſis religionibus, in carentia propij eſt magna latitudo, ita in caſtitatis obſeruantia poteſt eſſe latitudo, vt alia ſit coniugalis alia virginalis. Ex quo infero vere & proprie comittere ſacrilegium, qui contra huiuſmodi caſtitatem faciunt, & poteſt hęc ſententia corroborari, nam ratio qua monſtratur a Theologis coniugium cum religione pugnare, eſt impedimentum, comtemplationis, & orationis: religio autem militum non hunc habet ſcopum, ſed militare, vbi nulla eſt neceſſaria contemplatio. ergo horum militum ſtatus eſt religio, quare ipſi ſunt vere propie, & eſſentialiter religioſi. Et hanc ſententiam exiſtimo eſſe Summorum Pontificum menti ſatis conſonam, quorum verba in ſuis literis, & bullis contenta, dificilem habere poſſunt, pro contraria ſententia expoſitionem, vt manifeſte patet ex bullis Alexandri 3. de confirmatione, & recomendatione huius religionis Sancti Iacobi, vbi ſic habetur, quod tēporibus noſtris ſurrexit in partibus illis religio, quę Deo grata eſt, ſicut indubitanter credimus, *& infra*, cum hi

qui



qui religionem ipſam aſſumunt ad hoc ſpecialiter & precipue ſtudio totius ſolicitudinis elaborent, vt inimicos Crucis Chriſti (eo adiuuante) confundant &c. *& infra*, religionis ordine. Et in alia Bulla ſic habetur, ordinem veſtrum autoritate apoſtolica cōfirmantes preſentis ſcripti priuilegio communimus. in Bulla Pontificis Vrbani 4. huic ordini Sancti Iacobi conceſſa. legitur ſic, ſalutem & Apoſtolicā benedictionē. Paci, & quieti religioſorum virorum fratrum ordinis militię Sancti Iacobi. Et denique in Bulla Summi Pontificis Honorij 3. iubet Summus Pontifex, deſertores huius ordinis Sancti Iacobi, apoſtatas haberi, hortamur in domino quatenus tales, tamquam apoſtatas habeatis & euitetis. Et plures alias Bullas referre omitto in gratiam huius religionis conceſſas. ex quibus omnibus colligitur hunc ordinem D. Iacobi eſſe vere propie, & eſſentialiter religionem: & eius milites & nobiles Commendadatores eſſe vere propie, & eſſentialiter religioſos, licet in huiuſmodi religione militari per diſpenſationē vel formam profitendi poſſit contrahi matrimonium, & vltimo hæc pars afirmans fulcitur ex facili contrariæ ſententiæ argumentorum ſolutione. nam id dumtaxat perſuadere videntur ordinem D. Iacobi non eſſe perfectā religionē: id eſt in apice Euangelicę vitę conſtitutā, quemadmodum eaſquę contemplationi deſtinantur, & omnino abſolutam caſtitatem, paupertatem, & obedientiam profitentur. Hæc quæ ſcripſi, ita eſſe ſentio, ſaluo meliori, ac expeditori iuditio.

*Doctor Martinus Yañez, Canonicus Cathredalis Eccleſiæ Conchenſis.*

